UAN
SIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO
CCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECA

BX2015
.R8
1693
c.1

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
CAPILLA ALFONSINA BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
13/ENE/83 MICROFILMADO R=21

# PSALTERIVM
## SIVE ROSARIUM
# CHRISTI, ET MARIÆ,

CVM SVMMA PRIUILEGIORUM CONFRATERNITATIS EIVSDEM.

AVTHORE B. M. Fr. ALANO DE RVPE, ORDINIS PRÆDICATORVM ROSARIJ RESTAVRATORE;

ELVCIDATVM PER R. P. M. Fr. IOANNEM Coppenſtein Maldenſem: & nunc de nuo auctum, & à quam plurimis mendis purgatum, & correctum PER R. P. Fr. FRANCISCVM SOLIS EIVSDEM ORDINIS.

ILLUSTRISSIMO
D. D. JOSEPHO BARCIA
ET ZAMBRANA,

OLIM CVIQVE SCIENTIARVM, CVIQVE virtutis, cuique Eccleſiaſticæ dignitatis apto: & nunc poſt infulas Epiſcopales in Gaditana, & Cathedrali Eccleſia Epiſcopali Sedi Præfecto.

---

GADIBVS Anno M,DC.LXXXXIII.

Sumptibus CHRISTOPHORI DE REQVENA Typographi.

8278
UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
CAPILLA ALFONSINA BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
13-ENE/83 MICROFILMADO R221
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

1080045893
PT 9550 R8
BX2015 .R8 1693
FONDO BIBLIOTECA PUBLICA DEL ESTADO DE NUEVO LEON
132628
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ILLVSTRISSIMO

# D.D. JOSEPHO BARCIA ET ZAMBRANA,

## EPISCOPO GADITANO.

### Epiſtola Dedicatoria.

Ypis mandaturus opera Beati Alani Rupenſis ex Ordine Prædicatorum, Illuſtriſsime Præſul, non ſemel prælo mandata, nec Epiſcopo dedicata; licet nunc denuo ſitibundo corde à quam plurimis expetita: vt devotioni eorum ſatisfacerem properè quidem eduxi, & hoc velut publicæ hilaritatis decore, devotio multorum in Mariano Pſalterio in propatulo radicitus fundaretur. Reſtabat vnum, quod ſolet animos dedicantium vrgere, quonam libri nunc exorientis initia ditarentur. Occurrebant proceres, inſtigabant Dynaſtæ, fervebat condecoratorum illuſtrata caterva. Sed quia in illo velut in alio, Sancto Sanctorum non ſolum eſt prætioſum Manna, Marianæ Virgæ frondoſa progenies; tabularumquè Domini indeficiens conſtātia. Nemini niſi Summo Sacerdoti adijcienda putaui, cui ſi patebantur ingreſſus, ab illo propulſaret rabidorum congreſſus. Nexille violarum hoc purpurearum Roſarum faſciſculum, albicantium hocque liliorum otarium in tali manu repponens. Ubi nec illis inderiſſum eſſet, & deuoti Panem hunc filiorum impertitum haberent, ducens fas eſſe mihi, qua Dij vocabant eundum, quam alio ſiſtere pedem, ne pænas darem amentiæ numini Diuino ne attenderem. Nam quid melius ſi in trivio ſumus, vt Alciatus olim dicebat, ne fallamur Dei miſerentis viam vocantis ſequamur. *Emb. 8. ſati. 3.* Ideo tibi per Illuſtris Domine, Hyerarchaque eximie adijciendum putaui. Congrua hæc munera congruo dominatori ſacrans, vt Seneca olim dicebat. Sequantur alij ductus ſuos, propriæque dictaminis ſortem, *De beneſ.* At ego tibi librum dico, volumen offero; vt pote

¶ 2 con-

congruo dominatori, qui de libris, & in libris tractat diſputat, diſcutitque vices eorum, & ad quem, quia talis: Magus ille Apolonius, ſi nunc eſſet, veniret ab Oriente mundi: vt Hyeronimus ad Paulinum refert; vt docentem videret non inſabulo; ſed in medio Eccleſiæ os apperientem, tantoque omnium plauſu prædicantem, vt illum magno conatu aſpectent, amantes, & admirantes illudque Claudiani clamantes.

*De laud. Stilic. paneg. 3.*

Quem Populi plauſu, Procerum quem voce petebas
Aſpice Gades virum, iam tempora deſine longa:
Totus adeſt oculis, aderat qui mentibus olim
Spe maior, fama melior, venerare curulem
Os Sacrum, quod inære colis, miraris in auro,
Cerne libens, hic eſt pro te bellator vbique
Deſſenſor patriæ; terræ pacator, & maris.

Hinc eſt quod Patrem, & Epiſcopum omnibus omnia factum te amant, cuius laudes iuxta nomen tuum terra decantat vbique, & meritò nam pro Stemmatibus nihil aliud in te videtur lucere quam quod vtriuſque teſtamenti pagina, de illis tuo denomine dicti reſonat, quod ſtrictim proclamabo non ſententiarum floſculis, non lenocinijs verborum, quæ magis clamorem, quam ſtuporem movent; ſed ſtylo brevi, & qui meum erga te de-
*Eccle. 49* moſtret affectum. Si enim ad primum Joſephum Egiptiorum Protoregem aſpiciam, virtutis prudentia adornatum, & rectorem Fratrum, ſtabilimentum populi, firmamentum gentis ab Spiritu Sancto proclamatum. In te ſimilem talem invenio cum rector in fratres, ſtabilimentum populi, & firmamentum gentis datus ſis Gadibus à Domino Jeſu Chriſto. O quanti tua prudentia in qua velut Cardinali virtute fulges per te in temporalibus, & ſpiritualibus ſunt recti, firmati, & ſtabiliti, ſcripto, verbo, & opere! quæ omnia viſitaturæ gratiæ oſſa tua poſt mortem, ſicut alterius Joſeph non parvam conjecturam oſtentant. Si ad ſecundum Joſephum reſpiciam in illo ſpecialis iuſtitia atteſtante Matheo effulſit. Sicut tu quia Ioſeph; videris ſpeciali iuſtitia elucere, non palpo, nec fraudulentus hoc dico: cum omnes per te, & per tuos, quod iuſtum eſt videant ad impleri. O! quoties quantos, & quantas à recto tramite deviatos reduxiſti: vt in vijs iuſtitiæ firmarent pedes, & ſtabilirent corda. Si ad tertium Joſeph venio: nobilem Decurionem conſpicio (hoc

eſt

eſt vt ex textu Greco Liſbonienſis doctiſſimus notauit tom. 5. lib. 8. q. 2.) quaſi honeſtum moribus, & vita; plenus grauitatis, authoritatis, ac dignitatis. Et vt ibi Chriſoſtomus ait: non ignobilis erat; ſed ex conſilio vnus atque inſignis, vnde eius maxima fortitudo admiranda eſt. Quid de tali nobilitate dicam in noſtro Joſepho? cum potius regulator, quam aſſecla grauitatis, authoritatis, ac dignitatis videatur, omitto aliam nobilitatem quam parui facit, qui pro ſtemmate ponit *ſola vir. us difert; cum homo homini ſit par*. Ac de tua fortitudine quid loquar: non es tu vnus ex Concilio Regio, qui taliter cor tuum confortas, vt omnes ſub te cuſtodias, illoſque defenſſos, veluti crucifixi membra ſuo loco reponas? Si ad quartum Joſephum accedo: illum ſcilicet qui cum Mathia poſſitus in conſpectu Domini, nõ miniſterij ſortitus eſt nomen, ſpecialem in illo temperantiam invenio, ſiquidem ad dignitatem aſſumptus: ſolum, quod Domini eſt deſiderabat. Fugienſque alta dignitãtum faſtigia, non à Domini voluntate fugiebat. At de te quid dicam? Niſi quod quamvis ad dignitates aſſumptus: alias ſupernens; alias aſſumẽs; velut alter Barſabas à voluntate Domini non receſſiſti; temperans mundana gaudia ſolum gloria Domini, qua ſolum orbis cæli, & terræ repletur. Omnes Dominum benedicentes qui noſtrum Joſephum tam prudentem, tam iuſtum, tam fortem, tam temperantum ad noſtra adduxit. Quapropter illuſtriſsime Princeps hoc tibi adijciendum putaui. Nam ſi Naſonis quondam fuit connatus ad Princem dicare libellum. lib. 1. de Ponto Elegia 1.

Accipe quodcumque eſt, dummodo non ſit amor.
Sub lare privato tutius eſſe putant.

Quare ego talem non tibi dicabo? tum ex materia, quæ ipſi cordi eſt: tum quia eſt, quod tibi dicatur Regale matrimoniũ Virginis ad Ordinem Prædicatorum, quam ſupra Epiſcopales inſulas ducis: & quia hoc Joſepho velut firmiſſimo muro, prudenti, iuſto, forti, & temperato: vt pretioſo margaritarum cortice ipſe liber exornatur. Vltimo tamen de te, & ad te verba Hieron. Epiſt. 46. dico, & applico pro tua benevolentia captanda: vt te cognito det mihi lector amica manus (loquitur cum Exuperio Epiſcopo Toloſano) Audio te in valle lacrymarum aſcenſiones in corde tuo diſponere in loco, quem Deus

po-

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

poſuit ad certamen : vt vincentibus coronam daret ; ireque de virtute in virtutem, & imitari Domini paupertatem : vt cum illo diues fias & in te reclinet caput , & per ſingulos dies ſuſcipiatur, viſitetur, alatur, veſtiatur : & præcipue in Sanctarum Scripturarum lectione feruere , facereque amicos de inimico mammona , & preparare æterna tabernacula , in quibus ſi paſſer invenit ſibi domum : cur tu , qui Pontifex Domini es, & calcas in fine mundi torcularia : vt ſitientibus populis ſanguinis Chriſti vinum tribuas non liberè proclamabis? cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum viuum: tuæ ergo benevolentiæ erit,non eruditionem noſtram , quæ in hoc nulla eſt;ſed pronam in te ſuſcipere voluntatem.

Tuæ dominationi addictiſsimus D. S. O.

*Chriſtophorus de Requena.*

SVM-

## SVMMA DE LA LICENCIA.

TIene licencia de los ſeñores del Real Conſejo de ſu Mageſtad Chriſtoualde Requena para imprimir vn libro intitulado: *Pſalterio, ò Roſario de Maria Santiſsima* , ſu Autor el B. M. Fr. Alano de Rupe, del Orden de Predicadores , como mas largamente conſta de ſu orig inal, que por aora queda en eſte oficio, à que me remito. Y para que conſte de pedimento del dicho Chriſtoual de Requena doy la preſente en Madrid à treinta y vn dias del mes de Octubre de mil ſeiſcientos y noventa y dos años.

*Joſeph Franciſco de Aguiriano.*

## SVMMA DE LA TASSA.

TAſſaron los Señores del Conſejo Real eſte libro intitulado: *Pſalterio, ò Roſario de Maria Santiſsima* , compueſto por el B. M. Fr. Alano de Rupe, à ſeis maravedis cada pliego, como conſta de la peticion, y decreto original , que por aora queda en mi oficio, à que me remito. Y para que conſte doy la preſente en Madrid à diez y ocho dias del mes de Agoſto de mil ſeiſcientos y nouenta y tres años.

*Joſeph Franciſco de Aguiriano.*



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## LIGENCIA DEL ORDINARIO.

NOs el Licenciado Don Diego Aguſtin de Roxas Conte, Prouiſor, y Vicario General deſta Ciudad, y Obiſpado de Cadiz, por el Iluſtriſsimo, y Reuerendiſsimo ſeñor D. Joſeph de Barcia y Zambrana, por la gracia de Dios, y de la Santa Sede Apoſtolica, Obiſpo deſte Obiſpado, del Conſejo de ſu Mageſtad,&c. mi ſeñor. Por la preſente por lo que toca à nueſtra juriſdicion Ordinaria Ecleſiaſtica, damos licencia à Chriſtoual de Requena, Impreſſor, vezino deſta Ciudad, para que pueda imprimir vn libro intitulado: *Pſalterio, ò Roſario de Chriſto, y Maria Santiſsima*, compueſto por el B.M.Fr. Alano de Rupe, Religioſo del Orden de Predicadores, que ſacò à luz el R. P. M. Fr. Juan Andres Coppenſtein, de dicho Orden, atento à que el dicho libro ha ſido expurgado de nueſtra Orden, y no tiene coſa que ſe oponga à nueſtra Santa Fè Catholica, y buenas coſtumbres; antes ſi ſerà muy vtil, y prouechoſo à las perſonas que lo leyeren, de que ſe puede eſperar mucho fruto al mayor agrado de la Diuina Mageſtad, y por dicha impreſsion no ſe incurra en pena alguna. Dada en la Ciudad de Cadiz à veinte y nueue dias del mes de Nouiembre de mil ſeiſcientos y nouenta y vn años.

*Lic. Roxas.*

Por mandado de ſu merced

*D. Franciſco de la Cruz,*
*Not. may.*



## AD PIVM LECTOREM,

*AVE MARIA.*

BEnevole, & amice Lector vltimò Beati, & illuminati Doctoris Fr. Alani de Rupe prodit ex optatus libellus de Pſalterio Chriſti, & Mariæ. Quid mirum? ab omnibus tam avidè expectetur: ſi volentes nares ſuaviſſimo odore ſopire, nil niſi hoc Roſaruin ſertum congrue, & belle ipſis adaptari debeat. Diverſis temporibus prælo fuit mandatus attamen iniuria temporis (quod omnia obliteraſcit) vel deperditus fuit, vel quod eſt magis credibile factus in pace locus Alani, & ſi memoria eius erat in veneratione: liber tamen, & opus eius plane deuotum deſiderabatur. At volente Deo votiſque tantorum favente, theſaurum hoc inventum in publicum, ante quam funditus periret, ex cogitavi prodere: vt ſic & devotioni omnium ſatisfacerem: & vt videatur quot, quantiſque favoribus totum hunc orbem, radijſque humanitatis voluerit B. Virgo reſpergere medio ſuo nouello ſponſo B. Alano. Nam ſi probatio dilectionis eſt operis exhibitio, per hunc conſtabit quantum noſtrum humanum genus diligat B. Virgo Maria, ſpecialiterque ſuos deuotos pro quibus tot talia que faciens humanitatis, & deuotionis iura rependit. Bene verum eſt lector abundare opus quamplurimis mendis, quæ vel originalis deffectu, vel alibi accidere, nam licet fuerunt correcta adhuc perſeverarunt errata, horum partim ſuple erratorum mendis, quæ hic habes, parti oque latitiitatis propria peritia. Nam magis eſt tibi propnare opera ſpectanda, quam propinata ab aliquibus deffenſare, & corrigere. Hæc eſt perpetua ſcriptorum querela, qui nec à Zoilis nec maledicis potuerunt proprios vindicare labores: niſi propria modeſtia, animique moderamine tuto. Habes hic materiam copioſam, quæ Alani eſt. Formam venuſtam, quæ Ioannis Coppeſtein, ſuperaditum laborem in hac impreſsione, qui Franciſci eſt. Finem tandem, qui eſt gloria Dei, & matris eius Virginis Mariæ. Vt omnia hæc tibi fructum ſempiternum acquirant. Forma divitur in quinque partes. Prima continet Apologiam B. Alani. Secunda, relationes, revelationes, ac viſiones. Tertia continet Sermones S. P. Dominici. Quarta, Sermones, ſeu tractatus Beati Alani. Quinta, exempla quibus totum opus ſtabilitur, deuotioque iu Beatiſſimam Virginem ſuadetur. Et



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

vt tanti viri cuius eſt tota forma habeas, & ſi brevem, notitiam aliquam. Scito Beatum Alanum fuiſſe in partibus Holandiæ Religioſorum ex Ordine Prædicatorum, quotidie occupatum in ſaluberrimis concionibus deuotè ad populum habendis. Vir erat Apoſtolici pectoris, & ad imitationem P. ſui Dominici ſalutis animarum ſitientiſſimus, ob quod Dei, & hominũ dilectus expectabatur; quia inculpabilis vitæ innotientia omnes in admirationem rapiebat. Donec à B. V. Maria vocatus in viſione, Roſarij Doctor pene obliti conſtituitur, nam iniuria tẽporis plantationes Dominicanæ in partibus Toloſſarum deperierant, præcepit illi B. Virgo, vt deuotionem ſuam in Roſario à terra penitus profligata reſtauraret, & populis tam ſalutare præſidium intimaret. Deſponſans ſibi illum intime; inſignumque deſponſationis dedit ipſi anullum ex ipſis crinibus Virginis conflatum. Euanuit viſio, & celans hunc fauorem B. Pater per ſe, & per alios cum magno fructu, & miraculis cæpit Roſarij deuotionem ſuadere. Quoad vſque vocante Deo ad ſuperos, plenuſque Marianis donis lætus vltimum clauſit diem vigilia Aſſumptionis; vt acciperet in Cælis, quæ tanto labore, & fatigatione ſeminauerat in terris. Morti eius ſequta ſunt prodigia, quæ tanti viri vitam præclaram commendabant. Scripſit opus in cantica, & copioſam materiam huius libri, quem Ferrico de Cluniaco Epiſcopo Tornacenſi dicauit. Faciunt mentionem tanti viri Sixtus Senenſis. V. Alanus. Lopez tom. 3. Chron. Ordinis Prædicatorum, cap. 20. lib. 3. & Alva, tom. 3. Bibliotecæ Marianæ fol. 551. Hic eſt Author libelli rediuiuus indigitatus, quia pene mortuus, in libro, revixit & in littera opera Coppenſtein. Illum ſuſcipe, & venerare, qui pro te hæc ſcripſit. & me, qui tibi hæc propinaui; invidus ne venenato dente laceres. Si vis cum illo à iuſto iudice in illum diem in Regnum Cælorum deputari, Valeas.

*Fr. Franciſcus Solis.*



# INDEX PARTIVM, ET CAPITUM.

## PARS PRIMA.

### *APOLOGIA B. ALANI DE RVPE.*


Cap. I. Cur hoc Pſalterium dicatur Chriſti, & Mariæ. fol. 3
2. Cur dicatur Pſalterium in Ordine ad Chriſtum, & Mariam Virginem. 4
3. Suffragium hoc an convenientius nominetur Pſalteriũ, an Corona, an ſertum, ſive Roſarium? 6
4. Cur in Pſalterio 15. Orationes Dominicæ diſponantur. 7
5. Cur in Pſalterio Chriſti, ac Mariæ ponantur C. & L. Orationes Angelicæ. 8
6. Vtrum præ altero ſit, Pater; an Ave. 15
7. Quomodo ſcripturæ Veteris Teſtamenti poſſint ad hoc Pſalterium aptari. 13
8. De Ortu, progreſſuque Pſalterij Chriſti, & Mariæ. 14
9. Quomodo potuit res ea diu tan miranda, & glorioſa in oblivionem dari. 19
10. De Pſalterij renovatione ex Deiparæ revelatione facta. 21
11. Vtrum dignitate, & virtute preſtet Pſalterium Dauidis an Deiparæ? 25
12. De vtilitate, fructuque multiplici Pſalterij. 26
13. De indulgentijs ad Pſalterium promerendis. 27
14. Quis ſit modus orandi Pſalterium. 28
15. Quod prædicari, ac publice privatimque doceri debeat Pſalterium. 29
16. De Fraternitate convenienter ſub Pſalterij nomine inſtituta. 34
17. De inſcriptione in fraternitatis nomen daturæ facienda. 37
18. De multiplici, in ſpiritualibus, item ac temporalibus vtilitate, ex inſcriptionis ritu dimanante. 42
19. Quid horum melius: Pſalterium orare voce, vel mente? an prædicare? dictare? propugnare id defendendo. 46
20. De Geſtatione Pſalterij. 48

21 De Pſalteriorum diſtributione facta vulgo. 52
22 De objectionum reſolutione. 52
23 De Pſalterij, & fraternitatis promotoribus Patronis. 56
24 De Pſalterij detractoribus, ac depravatoribus, deque Fraternitatis eiuſdem vituperatoribus. 57

## PARS SECVNDA.

*De Relationibus, Revelationibus, & viſis.*

Cap. I. Prologus encomiaſticus. in Pſalterium Sponſi, & Spōſæ Ieſu Chriſti ac Deiparæ Virginis Mariæ. fol. 60.
2. De Pſalterij Origine, vſu, reuelatione, & propagatione 63.
3. De S. Dominico Pſalterij Prædicatore ateſtata narratio. 66.
4. De B. Alano Deiparæ deſponſato Pſalterij innovatore, ateſtata narratio in Apol. Cap. 10 73.
5. De Monilibus 15. B. Alano Sponſo à Sponſa donatis. 76
6. De modo conſiderandæ B. V. M. inter orandum: revelatio Mariana ad Alanum. 79
7 Revelationes breves B. Alano à Deipara factæ. 82
8. Viſio Beato Alano facta de Aſſumpta B. V. Maria. 85
9 Monarchicæ Miſericordiæ conflictu cum iuſtitia. 90
10 De Angelicæ Salutationis excellentijs Sponſo Mariæ à Ieſu reuelatis. 94
11 De ſigno prædeſtinationis, vel reprobationis revelatio. 98
12 De Ieſu Chriſti paſſione ineffabili revelatio Ieſu. 99
13 De pænis inferni revelatio ad Sponſum Mariæ. 105
14 Ad Chriſtum paſſum compaſſionis viſio extatica. 106
15 Cur 15. Orationes Dominicæ in Pſalterio. 107
16 Cur in Pſalterio C. & L. Salutationes ſint. 107
17 De Fraternitatis ortu, Statutis, fructibus, & ſtatu revelatio Mariæ ad Sponſum. 109

## PARS TERTIA.

*De Sermonibus S. P. Dominici B. Alano revelatis.*

Cap. 18. De Oratione Dominica à Chriſto Ieſu Toloſæ revelata S. Dominico: & poſt Nouello Sponſo Mariæ. 119
19 De Salutatione Angelica à Deipara S. Dominico olim revelata: nuper ab hoc iterum novello Sponſo. 125
20 Pſalterium ſeruat à ſuccubis, vt revelat Spōſo Maria. 133
21 De 15 lacunis, ſeu beſtijs: cum atteſtatione viſionis. 138
22 De 15 Reginis virtutum viſio populi Britanniæ: revelata per S. Dominicum ſponſo nouello Mariæ. 159
23 De 15 Reginis virtutum. 162

## PARS QVARTA B. ALANI.

*De Sermonibus eiuſdem.*

Cap. 24 Sermo auſpicatorius in 3. ſententiarum Fr. Alani de Rupe, Ordinis Prædicatorum Prouinciæ Franciæ, nationis Britannicæ: in promotione ſui Bachalaureatus, in Alma Vniuerſitate Roſtochienſi anno 1471. in octaua S. Auguſtini. 185
25 Sermo 2. Doctoris Alani, de iudicio. 219
26 Sermo 3. eiuſdem, de excellentijs Sacerdotum. 245
27 De excellentijs Sacerdotum. 250
28 De Sacerdotali Pſalterio Ieſu Chriſti. 279
29 Scala Religionis B. Magiſtri Alani, ad quendam Carthuſianum in domo legis Mariæ. 281
30 Speciales gratiæ, & præconia Angelicæ Salutationis. 282
31 XXX. Excellentiæ Religionis B. M. Alano reuelatæ. 283
32 De modo meditandi Pſalterium Sancto Dominico revelato. 285
23 De Ariditate in orando: deque punctis meditandis ad Pſalterium. 287

## PARS QVINTA COPPENSTENIJ B. ALANO DE RVPE REDIVIVI.

*De Exemplis.*

Cap. 1. De Adriano Archidiacono lapſo: ſed erepto per vſum Pſalterij. 305
2 De quodam Rectore Scholarium mirabiliter è carcere liberato. 307

De

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

3 De quodam Bellatore Britone fortiſsimo. 309
4 De quodam Epiſcopo heretico per Pſalterium Mariæ conuerſo. 313
5 De Jacobo quodam vſurario. 315
6 De quodam Pagano Eliodato, per glorioſæ Virginis Mariæ Pſalterium mirabiliter conuerſo. 317
7 De Cardinali quodam deuoto. 319
8 De Alano Britano milite deuoto 322
9 De Bartholomeo Comite Italiæ. 323
10 Quam vtile ſit ſolum portare Pſalterium Virginis. 325
11 De R. P. Fr. Petro Carthuſiano Priore. 326
12 De Carthuſiano vidente Ieſum iratum orbi telis feriendo, niſi B. Virgo interceſſiſſet. 327
13 Gratum Deo cælitibuſque vſui eſſe Pſalterium, attenditur. 140
14 Pulchra viſio Beato Alano Sponſo nouello Mariæ Virginis facta. 141
15 Exemplum de Monacho facto repente docto. 142
16 Fructuoſum eſt orare Pſalterium Virginis glorioſæ, cum receptione diſciplinæ. 143
17 Schemata Pſalterij eius meritum deſignantia in cælis. 137
18 Breuiſſima miracula moderna circa Dominicam orationem. 339
19 Exempla quindecim breuiſsima circa Aue Maria. 342
20 de Petro Barone. 344
21 Quidam Franciæ Comes flagitioſus converſus virtute Pſalterij Virginis Mariæ. 346
22 De nobili prodigo converſo. 347
23 Pſalterium ſeruat Pyratam à familiari Spiritu. 349
24 De Fratre converſo, ſolum Aue orante. 349
25 De Principe Alphonſo. 350
26 De Chatarina pulchra prodigium Romæ factum. 352
27 Speculum peccatricis Benedictæ Florentinæ. 357
28 De Benedicta Hiſpana. 365
29 De Alexandra Virgine. 376
30 De Prænobili Lucia Hiſpana. 378
31 De Maria Comitiſſa Hiſpaniæ. 380
32 De Moniali conſervata, & Monaſterio reformato per Pſalterium. 382
33 De Helena Anglicana meretrice per Pſalterium Virginis Mariæ converſa. 385
34 De Maria Comitiſſa nobile exemplum. 387
35 Coniugatas decet orare Pſalterium Virginis. 389
36 De Virgine à Lupo diſcerpta. 390
37 De tribus Sororibus vita Sanctè functis. 390
38 De Maria Itala, nolente Pſalterium, & Confraternitatem Roſarij. 391
39 De quadam deuota Moniali, & merito Salutationis Angelicæ. 395

# ANIMA TOTIVS OPERIS B. Alani pro memorabilibus inueniendis.

Memorabilia primi Roſarij Sæculi. 410
Memorabilia ſecundi ſæculi. 423
Memorabilia tertij ſæculi. 433
Memorabilia quarti ſæculi. 447

## Finis Capitulorum.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# ANTILOQVIVM DIDASCALICON

R.P.Fr. FRANCISCI DE SOLIS , ORDINIS Prædicatorum: pro ſuadenda deuotione Mariani Pſalterij; illis qui omnia ſugillantes: non vacant Cantico Domini.

DOlens, & gemmens Iſraeliticus Populus ad flumina Babiſonea graui compede detentus: inter ſalices,hæderaceiſque Chorimbis omnia conſita, ſolum ſuſpenſis organis, modulis canoris poſthabitis; lauriſque pulcherrimis violis ob deſpectum iactatis, raucedine vocis;intimo præcordiorum ſinguito; lacrimiſque certatim ob oculis in longum ſingulis diebus diffuſis dicebat: quomodo cantabimus Canticum Dominum in terra aliena(Regio Pſalte atteſtãte)terram alienam vocantes illã,vbi non explicito ore,& ſine intervallo poſſent laudesDomini decantare: nam inimicorum timore detenti illi , nec thimiama,nec hymnos poterant adolere. Sed heu decidia ! Væ dolor, & noſtrorum temporum calamitas gravior illorum , qui non in aliena terra conſtituti : nec inter idolatras cooptati non ſolum non cantant; immo potius diſſuadent cæteros cantare,& in propatulo clara voce Pſalterium Domini proclamare : obmurmurantes,quod illi facere pro minimo ducunt. Cum neque in terra aliud ſit nobis datum, paternaque prouidentia porrectum in quo oporteat nos ſalvos fueri;-preterquam in Ieſu , & Maria toties in hoc Dominico Cantico repetitis. Erubeſcant certe,vel confundantur,qui ob ignaviam talia dicunt:& ne hoc tiniat populorum aures ſtudent. Neſcientes eſſe cunctarum animarum tutelam , atque medelam Ave Maria. ( Sancto Ephreno Syro atteſtante) Ecce munimem fidelium, & in quo vel in Dauidica Turri ſolum quod ad ipſorum armaturam ,& propulſionem inimicorum eſt expectatur. Velint nos inſidiatores noſtri perdere, & machinamento proprio ſpicula, & tela ignea eiaculenter in nos. Nam nulla ipſorum dominabitur iniquitas : ſi nos contenctos in Ave Maria ſumma nos protegit æquitas: vt ex ſequentibus patebit exemplis. Armabatur contra Eſau inimicum , & teterrimum prædonem Populi Iſraelici conſolator ille Jacob, quem

quem ſolum vſque ad necem perdere ſatagebat, quid in illo videtur? niſi baculum, quo tranſiens Jordanem Crucis, & miſteriorum Chriſti vmbraculum pro ſe habebat : vt pugnaret , & vinceret imbellis homo non ſolum homines;ſed & Angelos.Et ad vlciſcendum populum ſum per illuſtris ille Barac quondam Iſraelitici populi anteſignanus: quid niſi Deboram hoc eſt Mariam in ſuis myſterijs ſecum portare ſategit? Niſi quia previdebat certam victoriam futuram Debora Comitiſſa favente. Et ad quid tripudiat, & geſtit occurrenti Holoferni Bethulianus populus, parvus in conſpectu millium ſe circumdantium ? niſi quia in JudithaMaria victoriã, melioreſque partes preſtolabatur afflante.Et ad quid Gedeõ,vt capeſſeret de inſidiantibus populo Dei expectat velleris repetita dealbari functionem, lucidum,& admirandum tropheum? niſi quia in illo, & per illud Incarnationis Dominicæ in Mariano vtero, & in cantico noſtro ſignatæ duplicia ad vlciſcendum ſe inventurus erat ſpicula, & flammarum globos mortem inſidioſis minitantes. Et de cælo quid refferam? Nonne Pſaltici illi Cælites ſpiritus repetitis vicibus concrepando pſalunt gloriam, quæ Arcæ teſtamenti data , Mariani favoris in Roſario ſuadebatur proficua deuotio : & colentibus ſecuros expectare ſucceſſus: ſicut habebant iam illi,quide accuſatore Fratrum Michaele ſignifero perendie iam obtinuerant. Ore Apocaliptico affirmante. Siſtam in exemplis gradum: nam deficeret tempus, ſi vellem percurrere ſeriem omnium; & ſic ex conſulto omittens , per viſcera Miſericordiæ diuina in quibus orifer vir in nomine viſitavit in tenebris compede detentos peto, & efflagito : vt tam ſaluberrimo exercitio omnes ſtudeatis, omnes vos quibus vita eſt in poſſeſſione , & beatitudo in expectatione, & propter vos : & ob ipſum met Deum, quia nihil illi ſuavius quam Pater, & Ave repetitis vicibus in Pſalterio Mariano prolatis: certe non gaudet in mactatione pecudis, non in ſanguinis bobinæ effuſſione , nec inhircinarum carnium crematione; niſi cultro in caniſtro ſervato, laudationibus his honorari, & coli: Hecatombeque poſpoſito Sanctus, Sanctus, Sanctus alterna conſonantia laudari. Tum propter vos: nonne videtis quanto connatu inſigentes lactanei infantes labia vberibus ſugunt, quod ad vitam nutrit mortalem ?Quare: niſi quia hoc ad profectum ducit; ad augmentum provehit ; ad granditatem conducit. Similiter, & vos inſigite labia : ſi vultis ab vberibus conſolationis ſatiari: conamineque toto Pſalterio

*** Ma-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Mariano ſtudete; quod in vita, & morte vos habebit defenſos. (Mariæ ſententia eſt in Alano ) nolite ergo ob parvulam diei moram in Pſalterio Mariano ſumendam, vos omnes, qui tanto à Chriſto empti eſtis, & à fidelium turma ſegregari : & à beatorum ſorte privari. Si vultis vitam; quid cæci eſtis, & cæcorum duces? qui negotiationi ſolum ſtudentes meremini: vt à vobis vacent æterna tabernacula; voce, corde , & animo non ſemel digna cupitu.

---

## REVELATIO B. MARIÆ Sponſo ſuo B. Alano de ſigno predeſtinationis, vel reprobationis ex cap. II. 2. p. fol. 98.

*Scias, & intelligas, quod, & ſine mora alijs pateſacias:*

1 Quod ſignum probabile eſt, & propinquum æternæ damnationis; horrere, & attediari, & negligere Salutationem Angelicam totius mundi reparativam.

2 Habentibus verò deuotionem ad hanc, ſignum eſt ordinationis, & prædeſtinationis ad gloriam.

3 Propterea, qui teneat me in hac Salutatione ſemper me teneat; donec ad me in Paradiſum perveniat.

ALIA

## ALIA REUELATIO eiuſdem B. Virginis Nouitio Ordinis Minorum.

DVm hic eſſet ſæcularis habebat deuotionem ſuper imponere capiti B. Mariæ ſertum, ſeu Coronam ex floribus, quos tempus dabat: hoc ſervitio colens eius imaginem, quæ eſt peccatorum, Mater, & Advocata. Iam Religioſus cœpit quodam die affligi, quod per Religionem obſequium ſuum implere non poterat, conſuetæquè pietatis penſum ſoluere. Cogitanti igitur illi de dimittendo habitum Religionis, de redituque ad ſæculum apparuit B. Virgo in huncque modum reprehenſum illum ſolatur. Verba ſunt B. Mariæ: *Omitte fili mi, omitte iſta molimina, neque hinc effer pedem. Caue ſi te amas , nedum frivole gratiam meam affectas, eo contra proruas; idque agas vnde me grauiter offendas, & in odium tui armes. Si tibi tanti eſt , vt me ſerto corones; illus deinceps ex meris Salutationibus Angelicis mihi contexe, quod gratius multo mihi illo erit, cuius cauſa de transfugio , & reditu ad tuos cogitas; idque fac iſto modo: principio ſemel orationem Dominicam recitabis, in memoriam voluptatis illius, quam tunc cepit incredibilem: cum me Angelus ſalutauit & dicto fiat citius in vterum meum filius & Dominus meus Jeſus Chriſtus ex me naſciturus illabi dignatus eſt. Gratias tum agendo , quod me immerentem ſic affecit, cum è tam multis vnam in ſuam Matrem elegit: & lecta oratione Dominica deces decies Angelicam Salutationem animo repetens gaudium, quo affecta ſunt: cum Eliſabetham cognatam meam vidi, audiui, & intellexi, eam Diuini Verbi Incarnationem Spiritu Sancto Doctore didiciſſe. Tertio eaſdem preculas repetens animo volutans ſacrum meum puerperium, quo incorrupta , & ſine dolore edidi mundo ſalvatorem. Quarto idem preſtabis in memoriam revocans gaudium animi mei, cum Filium meum vidi à Magis proſtatis tam reuerenter adorari Quinto eiſdem precibus recitandis, recordaveris gaudij, quo affecta ſum, reperto in Templo Filio meo, poſt triduanam illius perveſtigationem. Sexto iterabis eaſdem orationes, & cogitaveris quantam ceperim voluptatem ex filij mei Reſurrectione ; cum redivivus* me

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*me primam omnium viſitare dignatus eſt, tandem, in gaudij gloria que illius memoriam, quam tunc capi, cum in Cælum translata ſum, recitabis ſemel Pat r noſter, ter A e Maria, ſicque explebitur numerus ſeptem Orationum Dominicarum; & ſexaginta trium Salutationum Angel carum. Hunc orationum numerum, ſi vellut quoddam penſum mibi obtuleris quotidie, habeto ſit; ſertum hoc mibi ſane acceptiſſimum fore: tibique multo vtilius illo, quod olim in ſæculo exhorti tui floribus mibi contexebas.* Et his dictis evanuit. Quem Nouitium vidit Magiſter ſuus in hac deuotione aliquando detentum; & admiratus Angelum Roſas colligentem ex ſuo ore interrogavit, vt ſub Sacramento obedientiæ diceret quid nam tale illud eſſet? ( Reſpondit Novitius) *Nihil aliud quam quod Roſarium in Cælorum Reginæ honore recitabam, eo modo, quod me uti voluit ipſa, meque docuit.*

## ALIA REVELATIO DE EODEM à B. Virgini D. Bernardino Senenſi, ex Ordine Minorum.

RECitabat Roſarium; cum Virgo Beata faciens ſe illi conſpicuam dixit: *Hoc deuotionis tuæ genere valdè d lector, fili mi in cuius rei fidem effecit: vt à filio meo crearere conci nator inſignis, & polleres gratia miraculorum, ac propterea do fidem, confore tandem; vt conſors in Cælo fias gaudiorum illorum, in quorum contemplatione tam ſerio in terra, ſtudio honoris mei, vi eo te verſari.* Habentur hæc 1. tom. Bibliotecæ Virginalis, fol. 291. in tractatu nominato, Ars pie amandi, & collendi Deiparam, opus plane deuotum collentibus deuoto animo B. Virginem.

AVE

## AVE MARIA CVM GLOSSIS.

*Ave* noſtræ Spes ſalutis,
Et humanæ ſervitutis,
Removens opprobrium.
*Maria* Spes deſtitutis
Vitæ munus, & virtutis,
Confert beneficium.
*Gratia* tu ſingularis,
Stella maris, lux ſolaris,
Dei paris Filium.
*Plena* fluis, immo pluis:
Vnde tuis, piè luis
Peccati contagium.
*Dominus*, qui cuncta regit
Trinitatis te elegit
Aulam, & Triclinium.
*Tecum* manens hoſtes fregit,
Infernales, & ſubegit
Per carnis commertium.
*Benedicta* quæ præcellis,
In matronis, & puellis
Tenens privilegium.
*Tu* fons roris, vena mellis
Tota dulcis, nullum fellis
Habens Seminarium.
*In* te nihil indecori,
Gloriantur in te Chori,

Su-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Supernorum Civium.
*Mulieribus* honori
Tuus gaſter eſt amori
Nationi gentium.
*Et* quis tuæ puritatis,
Proſequatur dignè ſatis,
O Virgo præconium.
*Benedictus*, qui te gratis
Nobis dedit; vt peccatis
Afferret remedium.
*Fructus* pulcher, ex colore
Fructus dulcis ex ſapore
Reffectivus cordium.
*Ventris tui* natus flore
Sed complutus Cœli rore,
Contra fructum noxium.

*Fructus recitandi cum devotione Ave Maria.*

IN Chronicis Ordinis Prædicatorum legitur fuiſſe quemdam Patrem dictum Franciſci Romei denomine. Qui clarus opere, & Sermone quotidie in funiculo mille nodis contorto: totidem Angelicarum Salutationum ſeriem recitabat, adeò cum nec moriens è manibus funiculum caderet, quotieſque vivens illi Sermo eſſet: de aſſumptæ Carnis à Chriſto miſterio memoriam faciebat; verſumque Dauidis cum dederit dilectis ſuis ſomnum quotidie repetebat. Ergo cum tempus adeſſet mortis eius, quidam quem artior ſomnus oppreſſerat: ad crepitumque tabularum experge factus non fuerat; audiuit Angelicum conceptum verſum illum decantare: paria deuotis rependens Virgo Maria. Deffoſoque eius tumulo propter crebra ad eum miracula; corpus quod in corruptum ſervaverat ante ſuum altare voluit humari cum hac ſcriptione ad eius ſarcophagum,

*Hac ſunt in foſſa fratris veneranlis oſſa*
*Dicti Romei, qui fuit arca Dei*
*Hic Ieſum atque piam dilexit valde Mariam.*

*Caſtillo lib. 2. c. 65.*



# PARS PRIMA

## Apologia B. M. Alani de Rupe pro ſua Prædicatione de Chriſti Pſalterio, & Mariæ: eiuſque Roſarij Fraternitate.

EXHIBITA

AB IPSO B. ALANO:

IUBENTE SIC, & POSTULANTE

D. D. FERRICO DE CLUNIACO, Epiſcopo Tornacenſi, ſub annum Domini 1460.

R.P.M. Fr. IOANNE ANDREA COPPENSTEIN Maldenſi, Ordinis Prædicatorum manudúcente.

## DISTICON PRO ROSIS MARIANIS

Ah quam forma Roſas cito deficit inclita pulchras!
Non ita Cæleſtis, quas Paradiſus habet.



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# FEE DE ERRATAS.

Fol.6.lin.10.allegatis, *lege* alligatis. Fol.7.lin. 32. collaphiſatio, *lege* collaphizatio. Fol.15.lin.29. ſi noſſent. *lege* ſi noſcent. Fol.13.25.ecqui Pſalterio, *lege* quænam pſalterio. Fol.13.lin.1. cuius ſit fas, *lege* cui vis ſit fas. Fol.19.lin.10.faceſſa, *lege* faceſſat. Fol.19.lin.25.max.*leg*.maxim. Fol.19.lin.27.poruiſſe, *lege* potuiſſe. fol.27.lin.25.inſtrumentorum, *lege* inſtrumentum. Fol. 29.lin.3.offieium, *leg*.officium. Fol. 150.lin.8. transfedit, *lege* transfodit. Fol.153.lin.9.belllo, *lege* bello. Fol. 153. lin.10.ſal, *lege* ſalut. Fol.153.lin.10.Ang. *lege* Angel. Fol.219.lin.17.credidis, *lege* credidiſti. Fol.227.lin.5.mnitus *lege* minatus. Fol. 226 lin.23.reciſſo, *lege* reſciſſo. Fol.246.lin.34. ſit moroſa, *lege* ſit amoroſa. Fol. 281. lin. 19.Ieſns, *lege* Ieſus. Fol. 344. lin. 22. audiſſet, *lege* audiuiſſet. Fol.369. lin.34.huſmodi, *lege* huiuſmodi.

De orden del Conſejo he viſto eſte libro intitulado: *B. Alani tractatus de ortu atque progreſſu*; y con eſtas erratas correſponde con ſu original. Madrid, y Agoſto a 31. de 1693.

*Lic. D. Simon Ioſeph de Olivares y Balcazar.*

UANL
ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# PRÆFATIO

## *B. M. ALANI DE RVPE*

## AD FERRICVM EPISCOPVM Tornacenſem.

*LAudate Dominum IESVM CHRISTVM, & S. V. MARIAM in PSALTERIO, cum Fidelibus veſtris ouibus, ſic vt tandem ſine fine, cum Angelicis Spiritib. facie ad faciem Beatiſſimam in æternum Trinitatem mereamini, ouium in Beatarum fruitione, magnificare.*

*I. Reuerende in Chriſto PATER ac DOMINE;* S. Auguſtinus *ait* lib. de doctr. Chriſt. *Paſtores ouium Chriſti ducere eas debent ad virentia virtutum paſcua; & ab incurſibus luporum, raptorumque protegere: rationem reddituri ſummo ouium Regi Chriſti de numerum ſibi commiſſarum perditione. Quod intelligi ſecundum S. Gregorium debet lib. de Cura Paſtorali: ſi Præſidentium negligentia, aut doctrina mala, vel exemplo pereant, ſeu ſcandalo.*

*II. Hinc, Fideliſſime ouium Chriſti,* in Epiſcopatu Tornacenſi Pontifex, *& firmiſſime in cunctis virtutum Fautor: quia pro meritis inibi Curam geritis Apoſtolicam: congruum eſt Paternitati veſtræ, quæ ſubditis veſtris ſalutaria fuerint, cognoſcere: Et vero in primis, quæ ſub Prædeceſſore veſtro (ſciente ipſo, & approbante) deuotius per acta ſunt, varijs in oppidis huius Almæ Diocæſios; hæc eadem cum gaudio magno approbare.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Hoc autem eſt de PSALTERIO Inuiolatæ ſemper Virginis, Genitricis Dei MARIÆ.*

*III. Propterea etiam placuit veſtræ Poteſtati ſuper hoc QVÆSTIONEM ad me habere Paternam.*

*Idcirco multarum pro animarum ſalute, poſtulatione veſtræ ac intentioni humilius ſatisfaciendo, ſub paucis verbis, vt potero, ſuper materia Pſalterij Virginis glorioſæ aliquod lumen, ceu patebit per ordinem, intelligentiæ veſtræ offerre conabor. Non (quod abſit) ſublimem veſtram Apoſtolicam ſcientiam imbuendo: ſed ſcita melius ac perſpecta ad memoriam, & vt S. Anſelmus ait, ad operoſam efficaciam reducendo.*

* *
*





# CAPVT I.

## *Cur hoc Suffragium dicatur PSALT. CHRISTI & MARIÆ?*

A FAmoſiſſime in Chriſto Pater, & Domine. *Peccatoribus præſtat pœnitentiam* Trinitas Altiſſima, per Pſalterium Virg. Mariæ.

1 Dicitur autem Pſalterium *à pſallendo.* Inde ſeruientes in illo Deo, & Mariæ Virgini, dicuntur Pſaltæ. Sic dictum à Pſalterio Dauidico; quod figura Angelicæ fuit Salutationis. Cantica enim veteris Legis figura nouæ fuerunt: ſecundum S. Ambr.

2 Si cui placuerit: ſic dictum videri poteſt quaſi *à ſale* diuinæ Sapientiæ: quod Oratio Dominica, & Salutatio Angelica ſint quaſi duæ ſalinæ Dei ſapientiæ, quibus Fidelium mentes ſaliuntur.

3 Niſi quis maluerit illud recte ſic appellari *ab Organo*: quod Hebræi *Nabalum* vocant; muſicum inſtrumentum ex CL. fiſtulis compoſitum: ad quod Pſalmi Dauidis totidem ſolebant decantari.

4 Grammaticè ſimul & Theologicè; quia Pſalterium excellentes *Effectus decem* importat: quos per Chriſtum ac Mariam Virginem deuotè illud pſallentes conſequuntur. Nam B

*1. P. Peccatoribus Præſtat Pœnitentiam.*

*2. S. Sitientibus Stillat Satietatem.*

*3. A. Alligatis Adducit Abſolutionem.*

*4. L. Lugentibus Largitur Lætitiam.*

*5. T. Tentatis Tradit Tranquillitatem.*

*6. E. Egenorum Expellit Egeſtatem.*

*7. R. Religioſis Reddit Reformationem.*

*8. I. Ignorantibus Inducit Intelligentiam.*

*9. V. Viuis Vincit Vaſtitatem.*

*10. M. Mortuis Mittit Miſericordiam* per modum ſuffragij.

II. Et de his omnibus ſenſibilia & vera expertus ſum, alij-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Hoc autem eſt de PSALTERIO Inviolatæ ſemper Virginis, Genitricis Dei MARIÆ.*

*III. Propterea etiam placuit veſtræ Poteſtati ſuper hoc QVÆSTIONEM ad me habere Paternam.*

*Idcirco multarum pro animarum ſalute, poſtulatione veſtræ ac intentioni humilius ſatisfaciendo, ſub paucis verbis, vt potero, ſuper materia Pſalterij Virginis glorioſæ aliquod lumen, ceu patebit per ordinem, intelligentiæ veſtræ offerre conabor. Non (quod abſit) ſublimem veſtram Apoſtolicam ſcientiam imbuendo: ſed ſcita melius ac perſpecta ad memoriam, & vt S. Anſelmus ait, ad operoſam efficaciam reducendo.*

* *
*





# CAPVT I.

## *Cur hoc Suffragium dicatur PSALT. CHRISTI & MARIÆ?*

A FAmoſiſſime in Chriſto Pater, & Domine. *Peccatoribus præſtat pænitentiam* Trinitas Altiſſima, per Pſalterium Virg. Mariæ.

1 Dicitur autem Pſalterium à *pſallendo.* Inde ſeruientes in illo Deo, & Mariæ Virgini, dicuntur Pſaltæ. Sic dictum à Pſalterio Dauidico; quod figura Angelicæ fuit Salutationis. Cantica enim veteris Legis figura nouæ fuerunt: ſecundum S. Ambr.

2 Si cui placuerit: ſic dictum videri poteſt quaſi à *ſale* diuinæ Sapientiæ: quod Oratio Dominica, & Salutatio Angelica ſint quaſi duæ ſalinæ Dei ſapientiæ, quibus Fidelium mentes ſaliuntur.

3 Niſi quis maluerit illud recte ſic appellari *ab Organo*: quod Hebræi *Nabalum* vocant; muſicum inſtrumentum ex CL. fiſtulis compoſitum: ad quod Pſalmi Dauidis totidem ſolebant decantari.

4 Grammaticè ſimul & Theologicè; quia Pſalterium excellentes *Effectus decem* importat: quos per Chriſtum ac Mariam Virginem deuotè illud pſallentes conſequuntur. Nam B

1. *P. Peccatoribus Præſtat Pœnitentiam.*

2. *S. Sitientibus Stillat Satietatem.*

3. *A. Alligatis Adducit Abſolutionem.*

4. *L. Lugentibus Largitur Lætitiam.*

5. *T. Tentatis Tradit Tranquillitatem.*

6. *E. Egenorum Expellit Egeſtatem.*

7. *R. Religioſis Reddit Reformationem.*

8. *I. Ignorantibus Inducit Intelligentiam.*

9. *V. Viuis Vincit Vaſtitatem.*

10. *M. Mortuis Mittit Miſericordiam* per modum ſuffragij.

II. Et de his omnibus ſenſibilia & vera expertus ſum, alij-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

que plures ſigna & prodigia. 1. Vt meritò Pſalterium hoc ſit Coelvm Siderevm, cum CL. Stellis: apud Aſtrologos potiſſimis. 2. Vt ſit velut Paradisvs voluptatis Dei, Rosis, ac roſaceis ſertis CL. adornatus. Salutationes enim iſtæ ſunt velut quædam Roſæ Angelicæ: vnde quinquagena Virginis Roſarium ſiue Sertum nuncupatur. 3. Vt ſit Arbor vitæ & ſcientiæ cum CL. fructib. angelicis: propter totidem Eminentias, quas in Chriſto & Maria Virgine credimus fuiſſe: prout aliquando ipſa reuelauit.

## CAPVT II.

*Cur dicatur Pſalterium in ordine ad IESVM CHRISTVM, & MARIAM Virginem?*

A EXcellentiſsime Præſul. *Sitientibus Stillat Satiationem* Trinitas Beatiſsima per Pſalterium Virg. Mariæ inviolatæ.

I. Mariæ Virgini Pſalterium aptatur, & ab ea nominatur: quod pijſſima Dei Genitrix Maria virtuoſas habuit conditiones Pſalterij, Synagogæ, Cytharæ, & Organi nam Pſaltæ Virginis Mariæ ſunt eiuſdem Reginæ cœli Muſici Angelici: ob decem cauſas, & operationes. I. Intemerata Dei Genitrix virgo diabolum expellit: ſicut Dauid 1. *Reg.* 16. per *cytharam* à Saule dæmonem depellebat. 2. Quia Deipara Arcam Dei, ideſt, verbum omnipotens ad nos deducit: ceu Dauid, 2. *Reg.* 6. in *Organis* armigatis coram arca ludebat.

3. Quia eadem victoriam nobis contra inimicos obtinet: ſicut poſt victoriam Maria, ſoror Moyſis, *Exod.* 16. in *Tympano* præcinebat.

B 4. Ipſa prophetiam Sanctis tradit: ſicut Heliſæus per *canticum Pſalterij* Spiritum Sanctum prophetiæ accepit.

5. Quia Spiritus Sanctus per ipſam Matrimonium inter Deum, & creaturam humanam, in thalamo Virginali, effecit: vt *Beda* docet.

6. Quia S. Maria Chorum cœleſtis iubilationis ad diuinas ſecum laudes trahit: ſicut filiæ Ieruſalem, quæ cantabant, 1. *Reg.* 18. *Saul percuſsit mille, & Dauid decem millia.* Orig. ſerm. de virg. Maria.

7. Quia pax facta eſt per Mariam Virg. Filius enim ipſius *fecit vtraque vnum*, tanquã *Lapis angularis.*

8. Quia immenſam orbi feſtiuitatem attulit Virgo Maria; quæ fuit Dei, hominum ſimul, & Angelorum.

9. Ipſa ea Deo Patri pro mundo pretij obtulit immenſi holocauſtum, Verbum ſcil. Incarnatum.



10. Eadem Alma Virgo Parens diuinum cecinit Canticum poſt Incarnationem, *Magnificat*, & Angeli, nato Domino Angelorum, *Gloria in excelſis.* Quorum ſuauitate placatus eſt Deus generi humano, & huic angelica natura eſt confœderata.

Hæc autem decem repræſentant, olim in Pſalterio Synagogæ: vt S. Auguſtin. enarrat ſermone de Pſalterio Synagogæ, qui incipit: *Laudate eum in Pſalterio.* Vbi hæc omnia (vt melius experiendo) videbitis ad immaculatam Dei Genitricem adaptat.

II. Christo Iesv adaptatur hoc Oraculum, & ab eo nominatur, ob dictas decem rationes: quæ longe aptius & amplius Chriſto, quam Virgini Mariæ conueniunt. Chriſtus enim in immenſum potior eſt & potentior Maria: quamvis peccatoribus Mater Miſericordiæ Maria ſit quodammodo clementior, eiſque familiarior, quam Chriſtus: ſecundum *Bern.* *Ipſa enim eſt Mediatrix ad Mediatorem.*

Nihilominus aliæ quædam ſpeciales ſuppetunt rationes hac in re pro Ieſu.

1. Quia Chriſtus eſt Pſalterium Reſurrectionis: iuxta illud Pſalmi 56. *Exurge Gloria mea: exurge Pſalterium & Cythara.* Cum igitur in Pſalterio Chriſti ſint 15. Pater noſter pro Chriſto; qui exurgit in nobis per pœnitentiam & deuotionem; ſecundum Theologiæ veritatem; ea cauſa merito Suffragium hoc Pſalterium Exurrectionis dici poteſt.

2. Accedit. Quia Chriſtus ipſe eſt Pſalterium decem chordarum; S. Hieron. teſte, tanquam decem Dei mandatorum completor, & retributor; idemque tranſgredientium ea ſeuerisſimus eſt condemnator.

3. Quia omnes ad Chriſtum ordinantur prophetiæ, velut ad ſuam cauſam efficientẽ, formalem, exemplarem, & finalem. Quocirca merito ipſe eſt in Pſalterio Dauidis tanquam ipſum Pſalterium præfiguratus: iuxta Gloſſam Magiſtri.

4. Quia reparatæ ſalutis Pſalterium eſt ipſe, ob reparationem noſtram, & ſantificationem. Ideo in Templi dedicatione, fundatione, & reparatione glorioſe in Pſalterijs cantabatur.

5. Denique Dominus Ieſus ipſe noſtra eſt iubilatio, ſpiritaliſque lætitia & exultatio; habens quinque portas, ait *S. Anſelmus*, ideſt, quinque vulnera; quæ ad ſolius ſuauitatis palatia ducunt. Hinc in Pſalmis

mis 46. 97. propheta: *Iubilate Deo in &c.*

Ex quibus congruenter apparet Pſalterij & ratio, & ad Sponſum IESVM, Sponſamque Mariam ſingularis adaptatio: & illi debita laudatio.

## CAPVT III.

*Suffragium hoc an conuenientius nominetur Pſalterium, an Corona, an Sertum, ſiue Roſarium?*

A REuerendiſsime in Christo Pater, & reorum refugium pium ac ſingulare, *Allegatis Adducit Abſolutionem.* Trinitas Clementiſſima per Pſalterium V. Mariæ.

1. Conantur quidam, licet rem eandem, varijs nominare vocabulis; horum tamen ſemper vnum eſt aptius: iuxta B. Alberti Magni Logicam. Quocirca Oraculum hoc, quamvis varia nomina ſortiatur; PSALTERIVM tamen aptius appellatur, multiplici de cauſa.

B 1. Ob figuram Dauidici Pſalterij. Figura enim & figuratum eodem nomine; etſi non eodem ſignificandi modo, nōminantur. Ita Chriſtus dicitur Leo, vermis, lapis, &c. Similē ad modum nomina hæc; *Corona, Roſarium, Sertum*; ſignificatu proprio longe diſtant (vt diſparata, & diuerſa) à genere Orationis: Pſalterium autem Eccleſiæ, quod huius eſt Pſalterij fundamentum, & figura, vere, & vnivoce Oratio eſt.

2. Vocabula: *Corona, Roſarium, Sertum*: metaphorica ſunt ex ſimilitudine dicta: *Pſalterium* vero à pſallendis Deo laudibus nomen habens, proprie eſt oratio.

3. Nomina illa vulgaria ſunt, ſapiuntque ſæculi vanitatem: quod ſic à ſertis puellaribus dicantur: at *Pſalterium* eſt Eccleſiaſticum. Ideoque religioſius ab Eccleſiæ filijs amplectendum eſt, venerandum, vſurpandum, ac prædicandum.

C 4. *Pſalterium*, vox eſt Diuina, biblica, & vtriuſque teſtamenti ſtylo conſona atque conformis, at nomina cætera ex hominum nata ſunt, & intellectu, & affectu; neque abs ratione ſimilitudinis.

5. Coronæ, roſaria, ſerta, geruntur à viris, fœminis, puellis iuxta bonis ac malis: Pſalterium vero in S. Scriptura tantum in vſu bonorum eſt, inque Dei ſolius cultu.

Quapropter hæc Oratoria duo, *Pater*, & *Ave*: cum ſint ſupremæ ac Principes Noui Teſtam. orationes, vocari nomine Pſalterij debuerunt, quod ipſum hoc in præcipuo Synagogæ cultu diuino præcipuum ſemper ſacrumque fuit Muſices in-

in-



instrumentum. Id quod *P. Fr. Ioannes de Monte in ſuo Mariali* declarat.

D II. Sed noui noua adinueniunt nomina iam dicta, parumque congrue auferunt laudes à Virgine Maria, ac imminuunt, cum pro C. & L. angelicis ſalutationibus, iam diu per Eccleſiam conſuetis, tantum nunc eidem offerūt quinquaginta.

Quod autem à per antiquo Pſalterium vocabatur oratio hæc, ratio conſtat: quia ab Eccleſia Canonicis in horis Davidis Pſalterium canebatur. Quod S. Hieronymus ter tranſlatum, & ad limam reuocatum, Romanæ obtulit Eccleſiæ. Primum ad Romanam: alterum ad Gallicanam: tertiū ad Hebraicam proprietatem: idque ad inſtantiam Sophronij.

E III. Atque inde populus Eccleſiam conſtanter, & ardēter imitatus, ad eam conformavit illud, vſurpauit ac appellavit Ieſu & Mariæ Pſalterium. 1. In cuius ſignum hodie que in Alamannia frequentiſsima, tali cum numero C. & L. circumferuntur Patriloquia. 2. Quin & in Flandria, nouerunt ſeniores memorant plurimi, quod ſponſæ, dum aliqua deſponſabatur: in virginali zona, cum burſa ſimul ſuſpendebatur, & Pſalterium, 3. Velut & in Prædicatorum Ordine, præſertim in Anglia, cum quis aut inveſtitur, aut profitetur: ex peruetuſta conſuetudine ad hanc vſque diem, vna cum habitu & zona, Pſalterium Matris, & Reginæ Prædicatorum apponitur.

## CAPVT IV.

*Cur in Pſalterio XV. Orationes Dominicæ diſponantur.*

REligioſiſſime in Domino IESV animarum Paſtor: A *Lugentibus Largitur Lætitiam* Trinitas dulciſſima per Pſalterium Triclinij eiuſdem immēſæ Trinitatis. Super quo denuo pia mens fidelium movere poteſt dubium: *Cur inibi ponuntur XV. Pater noſter?*

I. Ad quod reſpondeo: I. Propter viſionem S. Bernardo factam. Qui ex diuina didicit reuelatione: quod; qui in dies ſingulos, per annum totum, xv. Pater noſter dixerit: is numerum Chriſti paſſi vulnerum adæquarit. Quæ iure merito cunctis ſunt colendiſsima Chriſtianis, & adoranda.

II. Eo, quod in Dominica B paſſione puncta ſint quindena præcipua Chriſtianis cum religione contemplanda. 1. Cœna doloroſa. 2. Comprehēſio pœnoſa. 3. Collaphiſatio probroſa, in Annæ domo. 4. Illuſio,

&

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

& condemnatio, in Cayphæ domo, odioſa. 5. Raptatio Chriſti ad Pilatum clamoroſa. 6. Illuſio Chriſti apud Herodem contumelioſa. 7. Flagellatio ſpinoſa. 9. Irriſio à militibus blaſphemoſa. 10. Condemnatio flagitioſa. 11. Baiulatio Crucis ærumnoſa. 12. Crucifixio vulneroſa. 13. Elocutio Chriſti in cruce virtuoſa. 14. Mors IESV luctuoſa. 15. Sepultura Domini glorioſa.

C II. Tanti vero ſingula hæc puncta ſunt: vt (ſicut Dominus IESVS aliquoties reuelauit S. Bernardino, & S. Brigitæ) quodque eorum omne pretiũ mundi totius, creatæque naturæ procul excedat. Quo iuſtius ac ſanctius eadem à Chriſtianis commemoranda ſunt, & veneranda ad XV. Dominicas orationes in Pſalterio. Quippe 1. Cum hæc Oratio per Dominum IESVM ſit Apoſtolis mandata, *Math.* 6. 2. Cum & iam olim in primitiva Eccleſia ad eandem vnicam ſacrum Miſſæ fuerit patratum: vt iura teſtantur Canonica ex S. Gregorij Regiſtro. 3. Cum inde etiam Eccleſia ſingulis horis Canonicis iſthanc præponat orationem, velut Eccleſiaſticarum orationum caput ac fundamentum.

*.*

## CAPVT V.

### *Cur in Pſalterio Chriſti ac Mariæ ponantur C. & L. Salutationes Angelicæ?*

ILluſtriſſime Pater pauperum, orphanorum, & pupillorum, *Tentatis Tradit Tranquillitatem* Trinitas Æterna per Pſalterium Virg. Mariæ. De quo exinde grandis mouetur quæſtio cur C. & L. AVE in Pſalterio frequentetur? A

I. Non cuiuſquam id ſuperſtitionis eſt, ſed imitationis Eccleſiæ, cuius Pſalterium Pſalmis totidem conſtat. Quo ſane plebs fidelis in numero hoc biblico, minimique vano, pie confirmatur Eccleſiæ.

II. Ratio PROPHETICA: Quia CHRISTVS, & MARIA glorioſa prohetantur in pſalterio Dauidis, ſecundum virtutes in eis totidem & eximias Excellentias paſſim à SS. Patribus celebratas: atqua in totidem Ang. Salutationibus venerandas.

III. Ratio MYSTICA: Cõſonat iſtis myſterium multiplex eiuſdem obſervati numeri CL. tum in conſtructione Arcæ, tum Tabernaculi Moyſis, tum Templi Salomonæi, tum in viſione Ezechielis, qua noua Templi ratio facieſque diuinitus ei delineabatur. Atqui ve-



verò numerus in figura, vt rem aliquam figuratam deſignet, neceſſe eſt, & quidẽ ſacer rem ſacram, biblicus biblicam item rite numeratam. Quare iſthic in Pſalterio IESV & MARIÆ numerus veritatem, recte lui in Dauidico continet adumbratam.

IV. Ratio PHYSICA. Conſtat iuxta Philoſophos inter & Theologos, cœlorum orbem vndenos eſſe. 1. Empyreum. 2. Primum Mobile. 3. Cryſtalinum ſeu Aqueum. 4. Firmamentum ſtellatum. 5. Cœlum Saturni. 6. Iouis. 7. Martis. 8. Solis. 9. Veneris. 10. Mercurij. 11. Et Lunæ. Adhæc Elementa ſunt quatuor: atqui hiſce vndenis omnem viuere homine neceſſe eſt, admodum quidem naturalem. Huc accedit, quod humana vita in quolibet dictorum XV. decem diſtinctis modis aliter atque aliter ſe habeat affecta, ſcil. ſecundum Categorias decem, quæ ſunt *Subſtantia, Qualitas, Quantitas, Relatio, Actio, Paſsio, Situs, Quando, Vbi, & Habitus.* Quare plane liquet, ſi 10. in 15. per multiplicationem reduxeris, quod omnis homo neceſſario habeat in ſe ſe CL. Habitudines naturales. Quæ omnes ac ſingulæ cum ſub dominio CHRISTI ac Patrocinio Deiparæ ſtent, aut varient: par quoque eſſe, vt quiſque, pro ſui in iſtis conſervatione, & malorum oppoſitorum averſione, IESVM & Mariam pari numero Salutationem laudet ac veneretur.

5. Ratio MORALIS euincit idem. Virtutes enim principes Chriſtianæ XV. numerantur iſtæ: Theologicæ tres: *Fides, Spes, Charitas*: Septem Capitales: *Humilitas, Largitas, Caſtitates, Benignitas, Abſtinentia, Patientia, Deuotio.* Cardinales quatuor: *Prudentia, Iuſtitia, Temperantia, Fortitudo*, quæ eadem eſt cum Abſtinentia. Reſtant duæ, *Religio, & Pœnitentia.* Ad iſtas vt omnes aliæ, rerumque omnium creatarum vſus reducitur, ſic ipſæ ad DEI Mandatorum decem obſervantiam referuntur. Iam rurſus per 10. multiplices 15. & reperies in quolibet Chriſtiano C. & L. Morales habitudines omnino neceſſarias. Cum autem *omne bonum de ſurſum* ſit, perinde quoque neceſſarium eſſe, pro & bonis iſtis à Deo obtinendis, & Malis contrarijs fugiendis, vt pari in numero Salutationum apud Deum Deiparamque pie inſtetur. Nam per quam Deo placuit mittere Salutem & Salvatorem, per eandem quoque gaudet & gratiarum dare pluviam ſalutare.

6. RATIO item Moralis ſtat à contrario vitiorum XV. ſeu peccatorum: quæ ſunt *Infideli-*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*tas, Deſperatio, ſeu Præſumptio, & Odium. Superbia, Avaritia, Luxuria, Inuidia, Gula, Ira, Acedia: Imprudentia, Iniuſtitia, Puſillanimitas ſeu Diffidentia, Impietas, Impenitentia.* Quæ cum Decalogo adverſentur, facile in in numerum C L. multiplicantur.

Vtriſque vero par quoque numerus reſpondet præmiorum virtutibus, in cœlis; pœnarum delictis, in gehenna. Et ſæpe etiam plagarum, in vita hac mortali. Quo iuſtius ac ſanctius ille numerus precularum in Pſalterio cuſtoditur.

B 7. Ratio NATVRALIS idem vel ex homine reperita declarat. Nam in quovis noſtrum potentiæ naturales inſunt XV. & quini ſenſus exteriores noti. Interiores quini, vt *Senſus communis, Imaginatio, Phantaſia, Æſtimatio, & Memoria.* Superiores potentiæ quinæ, vt *Motiua, Senſualitas, Intellectus, Agens, Paſsibilis, & Voluntas.* At per hæc tũ Chriſtus, tum B. Maria pro ſe proque nobis in Decalogo ſervire Deo & perplacuerunt: atque ita per formales in eis habitudines quindenas, in Decalogo multiplicatas, actus meritorij C L. colligantur oportet. Quibus ſua quoque præmia totidem in terris ac cœlis vtrique conceſſa, ſancte Credere neceſſe eſt Fideli. Et quiſquam eos pari in in numero colendos rite adorandoſque dubitarit?

Quid quod & nos ipſos quædam Religionis neceſsitas plane conſtringat: Quippe eiſdem præditos potentijs, eidem obſtrictos Decalogo) Deo Deiparæque, aut deſervire pro pari ſorte præmiorum cœli, aut deperire in pari numero tormentorum inferni. Totidem enim nos hinc dona gratiarum inuitant: inde monſtra vitiorum inſectantur.

F 8. Ratio Sacra. Hanc offert quinquagenæ, in Pſalterio trinæ, Iubilæus annus quinquageſimus quiſque: qui pacis fuit, requieti, & libertati ſacer. Ieſus autem & Maria, ſicut rerum omnium, ſic & iubilæi ſunt Rex & Regina: idque cũ in *lege natura*: tum & Moyſis data in Sinai monte, die ab exitu Iſrael de Ægypto quinquageſima: tum in *lege Gratia*, data complete in Pentecoſtes die ab Reſurrectione quinquageſimo. Accedit, quod & in cœlis triplex Iubilæum, *Viſionis, Fruitionis, & Comprehenſionis* vniverſa doceat, colatque Theologia Chriſtiana.

Et quid in meritiſſimo vtrique Ieſu ac Mariæ pro ijs tres Quinquagenæ precum in Pſalterio offerantur. Iure inquam: Nam quis tan ingratus Deo, ſuique immemor reperietur, qui non de quatuor & viginti horis diei vnam in divino cultu quotidie horulam eſſe impendendam cenſeat? Atqui iuſte ea n tres in Pſalterio Quinquagenæ occuparint. Quo par & æquum eſt magis, quin & prope debitum dixerim, vel tantillum tempuſculum in tanto comprecandi genere indies conſecrare Deo.



G *Dices*: Re quauis in bona, maior numerus minor eſt melior: proinde nec iſte C L. precum, maiori præſtare poteſt. Sed iſtum vltra definitum tráſire precando, quaſi vetat illius determinatio certa. O turrim, ſed carneam. Ecce tibi, Dauidem illi, Sap. 11. *Omnia in numero, Menſura, & Pondere poſuiſti.* Quod ſi *omnia* in re alia quacunque, quanto magis in pertinentibus ad latriam, cultumque diuinum? In his autem Pſalterium Ieſu, ac Mariç locum ſibi facile principem vendicat eundem, qui Orationi Dominiçæ, Angelicæque Salutationi debet. Et adhuç abſque numero certo vagari illud oportere quiſquam ſentiet? Vel Cato ethnicus reclamanit dicens: *Omnibus adde Modum: Modus eſt pulcerrima Virtus.* At Pſalterium nec prolixitate, nec breuitate peccat in modum iuſtum: ſed in mediocritate extremorum inter vtrumque cõſiſtit. Quocirca ſicut fixo precum *Numero*: ſic & *Menſura* ſufficientis deuotionis, & meriti *Pondere* ſibi recte conſtat.

Denique legiſſe me memini, rationes iam dictas à glorioſa Virgine revelatas promanaſſe. Quod tametſi non foret: ipſæ tamen ſufficientes ſibi pôdere ſuopte ſtant.

Vidi quoque virginem quandam, quæ poſt Dominicam Communionem diuino contuitu vidi Almam Matrem Virginem corona triplicata Quinquagenæ coronatam: in quarum hac Roſæ L. iſta Lilia totidem, in tertia gemmæ item quinquaginta cernere videbatur. Nec dubito Virginem hanc veram vidiſſe: eo, quod Deiparæ tales à fidelibus eſſent oblatæ Coronariæ Quinquagenæ.

## CAPVT VI.

*Vtrum præ altero ſit*, Pater, an Ave.

CLariſſime in ſcientijs intelligentiæ Paſtor ovium Chriſti: *Egenorum Expellit Egeſtatem* Trinitas feliciſſima per Pſalterium Virginis felicium feliciſſimæ. De quo curioſa quærit ſæcularium auiditas: vtrum nobilius: Dominica oratio, an Salutatio Angelica? Hi, ſi poſſent iſtud Philoſophi: *Odioſa rerum ſunt comparationes*: digitum ori imponerent. Verum ego neutri contrarius parti, *media tutiſsimus ibo*: duoque



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

docebo.

I. Prius. *Dominica oratio quinque modis antecellit Dominicam Annuntiationem.* 1. *Autore*: Nam eam Chriſtus: at Aue, dictauit Archangelus. 2. *Forma* orationis: verius enim habet rationem orationis, quam ſalutatio. 3. *Contento*: Complectitur enim expreſſe & bona petenda omnia, & deprecanda mala: at ſalutatio tantum implicite. Teſte *B. Alberto Magno, ſuper Miſſus, ex Aug.* 4. *Fine*, Oratio Domin. manifeſte fuit Eccleſiæ data ad orandum, *Math. 6.* Non ſic autem Salutatio. 5. *Adiuncto*, Dominica Oratio, magis aptatur humanæ affectioni, intelligentiæ, vtilitati, & neceſſitati. Vt ſeptem ipſæ petitiones teſtantur: Salutatio vero potius Chriſti ac Mariæ attinet perſonam, quam miſeriam noſtram.

II. Alterum: *Angelica Salutatio quinque de cauſis antecedit Dom. Orationem.* 1. *Obiecto*, quia Salutatio eſt ad Deiparæ perſonam: quæ ſola, dignior eſt Eccleſia militante; ad cuius gratiam Dominica data eſt oratio. 2. *Materia*, Reſp. Dom. Oratio ſolis convenit peccatoribus, vt quibus neceſſe ſit orare: *Dimitte nobis, &c.* Chriſto autem, & Mariæ, vt ab omni puris peccato, conuenire nequit: niſi quatenus in perſona Eccleſiæ eam oraverint: At Ang. Salutatio à Ieſu, & Mariæ recitari ſancte potuit. 3. *Fine ſeu forma.* Quia, in Incarnatione terminus formalis, diuinum erat ſuppoſitum, & non humanum: At hic eſt infinitus formaliter, cum ſit Deus. Dom. orationis autem terminus eſt finitus, vtpote collatio bonorum creatorum, & auerſio malorum, quæ formaliter ſunt finita. Quo ſalutatio præſtantior eſt Dom. oratione. 4. *Effectus.* Quia Annunciatio eſt index Chriſti, autoris Dom. precationis, ſimul eſt Noui Teſtam. principium, quorum neutrum eſt Domin. oratione: ac ſummæ quæque Excellentiæ Chriſti & Mariæ ſicut in ea continentur, ita & ab eadem dependere cenſentur. Minime vero à Dom. oratione, quæ opus eſt effectus Chriſti.

III. Tertium, *Vtri in Pſalterio partes deferenda potiores?* Reſpondeo: Equidem hic ordinem neceſſitatis vllius minime poſuerim, ſed meræ congruentiæ. Congruum namque eſt quæ ſunt Sponſi, præire illis, quæ eſſe Sponſæ cenſentur.

Quæris: *Cur igitur in Pſalterio denæ Salutationes ponantur, ad vnicam Domin. orationem?* Vni, inquam, iſtæ denæ poſtponuntur illi ſubiunctæ: quippe oratio Domin. fundamentum eſt Eccleſiæ, cunctorumque bonorum: fundamentum vero ſemper vnum ſit oportet, cui plura inædificari conclauia aut ædificia queunt.



Inſtas: *Cur non potius C. & L. Pater, & ſolum XV. Aue dicũtur?* Ratio eſt, inquam: Quia Deipara non eſt baſis prima, & potiſſima Fidei, ſed Chriſtus: quocirca hoc Pſalterium ab Angel. Salutat. inchoari condecet. 2. *Adde*: Quod CL. Pater, nimia prolixitate orantibus è vulgo tœdium forte paritura forent. 3. *Tum denique*: Quia vt omnium aduocatus eſt ad Deũ Chriſtus; ita mediatrix ad Chriſtum eſt Maria, Mater Miſericordiæ ſpecialis peccatorum pijſſima Patrona.

## CAPVT VII.

### *Quo modo Vet. Teſtamenti Scriptura poſsint ad hoc Pſalterium aptari?*

Venerabilis defenſor, & veritatis indagator ſecretorum S. Paginæ Dei, *Religioſis Reddit Reformationem* Trinitas Glorioſiſſima per Pſalterium Mariæ. De quo quæritur: *Ecqui Pſalterio B. V. M. queant S. Scripturæ verba applicari.*

I. Solutio ſat ex iam dictis liquet. II. Iuxta 1. Corint. 10. *Omnia in figura contingebant illis.* figura ſc. Chriſti venturi: cuius ſola fuit vmbra lex vetus. III. Quoniam Incarnatio Chriſti eſt quaſi effectus quidam Legis antiquæ: effectus autem per cauſam exponitur.

IV. Licet non cuius ſit fas S. Scripturam exponere, ſed ſolis Theologiæ Doctoribus, ex autoritate Pontif. Max. his tamen ita eſt data poteſtas declarandi, interpretandi, definiendi, pronunciandi S. Scripturam vbiq; vt S. Eccleſiæ Doctorib. repugnare non debeant. Atq; tametſi Doctores non ſint æquales Sãctitate, vel ſcientia: æquales tamen ſunt docendi licentia, vigoreque Magiſterij. Sicut Sacerdotium eiuſdem eſt ſpeciei in omnibus: etſi non meriti paris aut ſcientiæ. Eſt ergo Doctor in gloſſando Scripturam, Doctorum Catholicorum imitator.

Et ita factum eſt in Pſalterio Ieſu & Mariæ, ad Dauidicum comparatio, & vobis oſtenſo, in quo Doctores expreſſe nominantur, & eorum dicta apponuntur. *Nota de lib. Pſalterij Mariani, & Dauidici non autẽ extante.*

Verum etſi non ad litteram omnia Dauidici, poſſunt ad Mariæ Pſalterium aptari; poſſunt tamen allegorice, aut tropologice, aut typice. Sic B. Albertus Magnus ſuper *Miſſus eſt*, adduxit totum mundum, omnemque ſcientiam ac virtutem in comparationem.

Nec abs ratione: cũ in Verbo Incarnato ſint omnia: vnde ſicut hoc vere infinitũ eſt; ſic & Ang. Salutatio dignitate, ſenſu ac virtute, vt per quam *Verbum Caro factum eſt.* Quocirca

circa neque voluerit, nobis Doctores vnquam notuerunt, Myſterium Angel. Salutationis ſive Incarnationis æternæ, aut etiam temporalis, ſat mente complecti, iuxta illud, Iſaiæ 53. *Generationem eius quis enarrauit?*

Denique, cum Incarnatio Chriſti ſit Davidici cauſa Pſalterij; cauſa autem finalis vere per effectus ſuos exponi poſſit, cumque manus Domini non ſit abbreuiata, omnino Spiritus Sanctus quibus voluerit, S. Paginæ dare poteſt intellectum. Inde permanat, quod nec S. Doctores eodem omnes modo eam ſint interpretati: & quodque hodieque creſcit, ac creſcet fides, & ſcientia biblica: vt volumina commentatorum etiam num prodeuntia teſtantur.

## CAPVT VIII.

*De Ortu, progreſſuque Pſalterij Chriſti, & Mariæ.*

A SApientiſſime famulorum Chriſti Præſul. *Ignorantibus Imprimit Intelligentiam* Trinitas honorabiliſſima per Pſalterium Virginis Almæ Matris. Vbi quæritur de Autore, & tempore inventionis, ac promulgationis. Quam ad quæſtionem vtinam mouerentur plerique deuotione magis, quã curioſitate. Timeo, ne atheni-ſent, ad nouitates plus, quam veritates, intenti. Quid enim intereſt percunctari, quis caſtrum, aut librum, &c. fecerit, cum experientia conſtet, eſſe bona valde. Neque vero etiam referret talibus in rebus, malum fuiſſe principium, dummodo effectus ſit bonus. An non Prælati, Principeſque mali bonas condere leges, & inſtituta relinquere poſſunt: ſed ad rem.

*Ang. Salutationem* confecit S. Trinitas, Archangelus Gabriel, eam Diuæ Virgini propoſuit: auxit S. Eliſabetha, perfecit Eccleſia. *Domin. Orationẽ* Chriſtus docuit diſcipulos, ac in eis Eccleſiæ toti præſcripſit, *Mat.* 6 B

Inde porro S. Bartholomæus Apoſtolus quaque eam, & die centies, & centies nocte frequentaſſe proditur cum totidem adgeniculationibus. Quo in numero quatuor inſunt Quinquagenæ, quarum tres ſic oratæ, Pſalterium Chriſti Ieſu conſtituunt, ex C. & L. Dom. Orationibus conſtans: ſicut illud ex totidem Angel. Salutationibus dictis Mariæ efficit Pſalterium. Quartam vero Quinquagenam adiecit Apoſtolus ob deuotionis cauſam ipſi Deoque notam.

II. Communitas autem Fidelium, id eſt, Eccleſia, quo comprecandi in Synagoga imitaretur exemplum, quod C. & C





L. Pſalterij Davidici pſalmos decantabat, eundem ſibi numerum Orationum Domini repetitarum delegit, quas in vicem Pſalterij Deo ab ſe recitatas offerrent Chriſti Fideles.

III. Verum, quod non omnibus tandem aut vacabat, aut adhibebat ad eam tot orationũ Domin. prolixitatem: (nam ſucceſſu temporum fidei decreſcere fervorem contigit) hinc ſimul & Pſalterium Chriſti magnam quoque partem decreuit. Sicut à B. Virgine Maria revelatum legitur.

IV. Deinde Pſalterij Mariæ ſic raceſcentem vſum popularem S. Patres, in vaſtis eremi ſolitudinibus Monaſticam colentes, exceperunt. Hiſce deſertas Orientis compleuit eremos ſæuientium primos neceſſitas perſecutionum; deinde vero pia cuiuſque voluntas. Quorum adumbrat vitã Apoſtolus, Hebr. 11. *Circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus: in ſolitudinibus errantes, in montibus, & ſpeluncis, & cavernis terræ. Et hi omnes teſtimonio Fidei probati, &c.* Horum omnis *vita ſuper terram* cum eſſet *militia* contra mundum, carnem, dæmonem, 2. Cor. 10. *In carne ambulantes non ſecundum Carnem militabant:* Verum carnis, ſuique victores, mundum facile contemnentes, Epheſ. 6. *Adversũ inſidias diaboli, & contra ſpiritalia nequitiæ in cœleſtibus: arma militiæ ſuæ, non carnalia, ſed potentia Deo,* vibrare cogebantur. Cumque aliquando nimium quam ſæuè, & pertinaciter infeſtarentur, communi omnes conſilio in irremiſſas ſeſe ad Deum Deiparamque preces coniecerunt, opem, tentationumque remedium orantes. Et exorarunt denique. Reuelatur diuinitus, comprecantibus, vt ſi à tentationibus ſe liberatos, contraque eas vindicatos vellent, intepeſcentem iam diu per vulgus Chriſtianum Pſalterij Ieſu & Mariæ vſum feruentius exciperent, & conſtantius frequentarent. Vt factum haud ſecus, ac dictum: continuo tentationum modus, finiſque eſt ſubſecutus: ſimul eremitica illa Monaſtice numero mirifice creuit & ſanctitate, vtroque in orbe toto, viris & prodigijs celebrata. Poſtquam vero (vt rerum ſeſe dant omnium viciſſitudines) etiã eremitici habitus Inſtituti feruor denique remiſiſſet: ſenſim deuotionis, ſanctimoniæ, exercitiorumque collapſa diſciplina, & in ijs Pſalterij vſus, tantam illam in eremis aſceticam Monaſticem, in parem ſecum ruinam pertraxerunt, deuaſtatore Mahomete. Quorum autor fit Ioannes quidam Græcus, qui pleraſque



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Sanctorum Patrum vitas conſcrip ſit.

V. Poſt hos V. Bedam excitauit ſibi Deus, qui tota Anglia, Britannia, & Francia longe lateque Pſalterij Mariani intermiſſam frequentationem, prædicationibus ſuis inſtaurauit. Atque ex eo gentes illæ: in primis Anglicana, in hanc vſque diem eo Pſalterium hoc amore, & honore complexa eſt, vt paſſim in Eccleſijs videre eſſet ſuſpenſa, fixaque *Oraria* complura, publicum ad vſum omnibuſque communem, quibus templum ingreſſis ad ea ſuas fundere preces, Deoque libare, placuiſſet. Tenuit ea ſat diu religio, ſed & ipſa demum labentibus annis, vſuque tritis & deperditis in publico, vt vocabant, *Patriloquijs*, raritatem, ac ſui tandem in vulgus oblivionem accepit.

E VII. S. Benedictvs porro, Sacri Ordinis ampliſſimis Patriarcha digniſsimus, ea cura & religione ſanctum in Pſalterio ſalutatorio cultum Dei familiarem ſibi perpetuũque voluit, & obſervavit ſic, vt eo tam diuinæ Monaſticæ Inſtitutionis Fundator & autor fieri meretetur. Tanti Patris ab exemplo ſacer mox chorus Fratrum vniuerſus per orbem late ſecum circumtuli Pſalterium: & cætera præter conſueta Ordinis exercitia diuina, iſtud quoque velut priuatum quiſque in delitijs ſuis ſecretioribus deamavit interius, & in eo Almam Virginem Matrem Sponſam Sponſi ſui, ſancta quadam familiaritate, cordialius diſſuauiauit. Doctor quidam *Ioannes de Prato* traditum reliquit.

In illa exercitatus, perfectuſque ſchola ſanctus Otto, in Eccleſiæ præſidium, ac fidei proferendæ incrementum à Deo ad Epiſcopatum, adeoque Apoſtolatum euocatus, Sclauia tota, cum fide Chriſtiana, Pſalterium prædicauit, quo nouella plantatio ad Chriſtum, Chriſtique Matrem precum ſuarum, velut debitum penſu reddere docta conſueſcebat. Quibus prædicabat; orare, & ſic eos orare condocebat: quos baptizabat eos & Pſalteria ſecum quaqua verſus, ad orandi aſſiduitatem capeſcendam, circumportare iubebat. Quæ cœpta pia conſuetudo ad omnem retro valuit poſteritatem: vt hoc ipſo etiam tempore vtriuſque ſexus viri ac fœminæ, cuiuſque gradus & ætatis, è collo ſuſpenſa, torquis inſtar, gerant Pſalteria.

VIII. S. Maria Oegniacenſis vna, ſanctum hac in re cæterarum Virginum Deo Sacratarum morem, in cœnobijs per frequentem, ſuo ſatis teſtatur exemplo. Proditur de ea, quod



quod in dies ſingulos totum Dauidis Pſalterium Deo recitaret iſto cum ritu, vt Pſalmis ſingulis ſingulas quoque Salutationes Angel. ſubijceret: quarum, vt iſtorum, numerus demum illum Pſalterij Mariani C.L. rite complebat.

IX. S. Dominicvs Loricatus (quod ſibi cognomen invenit à Lorica, qua ſuper nudam conſtricta illigatus vitam exegit.) Is, inquam, ſcribitur à S. Petro Damiano, quotidie nouies iſthoc aut decies peroraſſe Pſalterium, cum ferratis diſciplinis.

S. Bernardvs, ſpecialis Mariæ ſponſus, mirifico zelo idem hoc Pſalterium, propagauit, & exemplo illuſtrauit, & ad Pſalmorum Dauidis numerum ſententiamque concinnauit, ſicut & vidi, & tenui. Fuit id viro diuino certum inſtrumentum ad tantam vitæ ſanctitatem, quantum vidit orbis, invidit orcus, hodieque veneratur Eccleſia.

F X. S. Dominicvs poſt eum, primus idem ſacri Ordinis Prædicatorum Dux & Pater inclytus, vel tenera ab ætate Chriſto & Deiparæ: in hoc precandi ritu, deuotus adeo fuit, vt aſſidue Pſalterium oraret, verſaret, geſtaret. Robuſtioribus vero annis, in cæteris ſuæ Religionis, ac prædicationis exercitijs, ad illius recitationem, inflictam ſibi ferrea catena diſciplinam, ter ad minus omni die repetitam, conſtanter vſurpauit: Et ita frequẽter quoque, vt aliquando per diem octona, aut dena etiam Pſalteria dictum ad modum orando perſoluiſſe tradatur.

Iſte eſt Apoſtolus ille Pſalterij, de quo Alma Dei Virgo non ſemel ei facta revelatione, mandatum formamque dedit eiuſdem prædicandi. Et vero prædicauit, circumque tulit per omnem Hiſpaniam, Italiã, Galliam, Angliam, & Alamaniam. Prædicauit, & Pſalteria publice in ſummos, imos, medioſque diſtribuit: quo cum illius vſum Chriſtianam munire religionem pietatem accenderet, Eccleſiam propagaret. Et par fructus reſpondebat. Nec minus zeloſe ſuos ille Patrit Sanctiſſimi Prædicatorum ordo & frequentavit domi Pſalterium: & foris ad vulgus prædicando commendauit, tanti exemplo Patriarchæ, & Magiſterio, & quandiu iſtud in Ordine hoc *Suffragium* manſit, tam diu Religio hæc in ſcientia, virtutibus & miraculis effloruit. Inde floruerunt eximij, vt Albertus Magnus, S. Vincentius, & quid numerem innumeros?

G XI. S. Franciscvs, Patriarcha Minorum Fratrum humillimus, ille Signifer Stig-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

matum Chriſti Cherubinus, hoc Pſalterium orauit, & inaudita cum in ſeipſo, tum in S. Ordine ſuo per idem deſignavit. Ordinique pignus hoc devotionis præcipuæ reliquit vſurpatum. Certus ſum me vidiſſe de ſignis manualib. Pſalterij ipſiusmet S. Franciſci.

Certius quoque comperi, quod S. Lugardis, S. Chriſtina Colonienſis, Sancta Chriſtina Vaga & mirabilis, plurimique Sancti alij atque Sanctæ Pſalterium iſtud ſedulo triuerunt, & orarunt. Equidem Credo, omnem Religionem, & Eccleſiæ Sanctæ ſtatum iſta nomaxima ſemper habuiſſe devotione. Sicut idem inſter *Ioannes de Monte in ſuo Mariali* proſequutus ſcribit.

XII. Viciniora nobis commemoro. Eſt Sacrarum Virginum Monaſterium Gandaui; in quo annis fere ducentis iſtud habent Pſalterium quotidie, in Canonicarum Horarum vicem, perſolvendum: inde vſque à maioribus ſic traditum, & acceptum.

XIII. Sed & peruetuſti codices evidentiſſime teſtantur ipſo facto, me vera memorare: ſicut in Gandenſis Ordinis noſtri Conuentu, alijſque multis terrarum in locis doceri poteſt. Neque pene eſt natio vſquam Fidelium, vbi non virorum innumerorum ac mulierum antiqua Patriloquia viſantur, dictum ad modum numerumque diſpoſita & collecta.

XIV. Verumenimvero, pro dolor, abhinc annis LXX. vel LXXX. per quendam, mihi bene notum, ex deuotione ipſius ſingulari diuinum hoc Pſalterium fuit detruncatum, & ad ſolam Quinquagenam redactũ. Idque ea de cauſa, quod homines iam tum, etſi Pſalterium totum portarent: nequaquam tamen perorabant, vti par, & oportebat. Quare vt deſitum revocaret, inque vſum paulatim reſtitueret priſtinum, à parte faciliori ſtatuit inchoare: dum vſus aſſuetudininem acquiſiſſe orandi, & ab hac Quinquagenæ, ſuavius homines ad veterem Pſalterij conſuetudinem velut manu ducerentur.

Quibus ex omnibus de plano liquet, quod docere, vel prædicaret Pſalterium Virginis Mariæ, minime de vlla nouitatis nota iuſte ſuſpectum haberi, culparique poſsit. Adeo ritus eſt antiquiſſimus, laudatiſſimus, & honoratiſsimus in Eccleſia, tametſi per incuriam hominum, & temporum iniuriam ſubinde torpuit neglectus.

CA-



## CAPVT IX.

*Quonam modo potuit res ea, diu tan miranda & glorioſa, in oblivionem abire?*

DEuotiſſime in Chriſto Pater, *Viuis Vincit Vaſtitatem* Trinitas iuſtiſsima, per Pſalterium Virginis innocentiſſimæ. Pro quo turbantur imbecillorum mentes eo, quod fieri vix poſſe videatur, tale Pſalterium in talem incidiſſe deſuetudinis foueam obrutum. Verum ceſſet, & faceſſa iſta puſillorum infirmitas.

I. DEVS enim ab initio mundi, ac de inceps per multa annorum ſæcula, præclare fuit mortalibus vniuerſis cognitus, cultus à paucioribus: & eo tamen vſque in altam apud omnes demum homines obliuionis, ignorantiæque tenebram deuenit, vt ſub Abrahæ tempora vix vlli, præterquam ipſi, notus fuerit, & adoratus. Adeo vniverſam terram, velut diluvium quoddam, inundarat idolatria. Quod ipſi Deo ter Optim. Max. inter homines eueniſſe nouimus, id Pſalterio noſtro contingere potuiſſe mirabimur? Et quiſquam vel extitiſſe potius illud negabit, quam in parem cum ipſo Deo potuiſſe recidere oblivionem ſibi perſuaſerit?

II. DE LEGE MOYSI quid dicam: Quanta fuit hæc olim, & quanti? Quoties vero, & in quantam vel apud ipſos Hebræos, deſuetudinem, contẽptum, & oblivionem decidit? Idque tunc quidem ex culpa gentis; nunc autem ex cauſa iuſta Nominis Chriſtiani, in orbem introducti, ceremonialia eiuſdem, & iudicialia quotus quiſque, dicam pernouiſſe? imo vel recogitare animo dignatur?

III. IVRA, Canoneſque ſacros Eccleſiæ quis nouit, non ignorat idem, quanto cum vigore olim ac rigore obſervantiæ Eccleſiaſticæ culta fuerunt, & ipſa tamen magnam partem diu per contrarium vſum neglecta iacuerunt; hodie vero antiquata etiam, & prorſus abiecta, vix ſcirentur quidem, niſi pallentes quædam, & Veternum redolentes charthæ obſcuram eorum memoriam cuſtodiſſent.

IV. Quo mirabere minus eodem ignorantiæ corruiſſe Leges Imperatorum multas in imperio, multa iuris ciuilis placita, & ſanctiones.

V. Quot Doctores olim, gentiles inter, Iudæos, ac Chriſtianos, & quanti, iam diu pie vel de nomine ſolo cognoſcũtur? quod ne fando quidem inaudiuntur? Quot, quanti, quãque invicti Heroes, Duces,

Re-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Reges, pariter cum rerum ab eis geſtarum memoria: Quot mirabilium inventores; operúque mirandorum mirabiliores artifices, quanta maxima quōdam celebritate decantati, ipſiſque & tonſoribus noti, æterno ſilentur nunc volumine ignorantiæ involuti.

VI. Quo tot abierunt regna Chaldæorum, Medorum, Græcorum, Reſquepublicæ? Regnarunt, floruerunt: Defluxerunt, exaruerunt: corruerunt, euanuerunt.

VII. Modus, ratioque, & ordo vitæ Eccleſiaſticorum ſanctiſsimæ iuxta, & cultiſſimæ, addo in oculis, inque animis orbis Chriſtiani totius poſitæ, quo recidit? Quantum hic mutatus ab illo? Ex omnium eraſus ille foret notitia, ni veterum in monumentis adhuc ſpiraret.

VIII. Sacrarum Religiomi Obſervantiæ prima facies omnium, iam nunc, proh dolor, peruetuſta, ſi vel in obſcura tranſpareat vmbra, videtur perquam venuſta Religio. Quæ ad inſtar olim ſtetere Cedrorum, nunc humi repunt ceu ſteriles rhamni, humileſque myricæ. Vigor ille evigüit obriguit rigor, fervor intepuit, obſervantia, ſi non caliget, conniuet. Si quæ iam reformationes fiant: heu! novitates, & à non nemine phantaſiæ appellantur. Adeo, vt multi magna & plurima ſciant alia, & propria neſciant regularia.

IX. Quid igitur amplius movebit corda hominum dicta ruina Pſalterij? Præſertim cum ipſæ Dominus de ſua ipſius Religione Chriſtiana prædixerit: *Putaſne Filius hominis veniens, inueniet fidem in terra?*

X. Ita noſtra fert natura nouerca, Platone & Ariſtotele teſtibus: quod ea ſit ipſius conditio, rerumque omnium ſub ſole ratio, vt poſt proceſſum generationis, & augmentationis decurrant ad finem deciſionis: ac deinde rurſum altero curſu repetito, innoventur ad ſtatum generationis, & reparationis, non in numero quidem, ſed in ſpecie.

Quapropter dictorum ratio par luculente probat de Pſalterio: potius id olim floruiſſe, quam numquam extitiſſe. Sique tot inter rerum ad tantarum viciſſitudines, ſolum hoc Pſalterium nullos item manes ſuos perpeſſum doluiſſe; hoc verum miraculum iam cum ipſa Eccleſiæ nauicula commune ſibi prædicare poſſet. Ipſius igitur occaſus, argumentum eſt priſcis ſtatus. Eiuſdem reformatio docet, qualis eius prima fuerit inſtituta informatio.

*.*

CA-



## CAPVT X.

*De Pſalterij Renouatione, ex Deipara reuelatione facta.*

EXimie ſervorum Chriſti Paſtor, & Rector, *Mortuis Mittit Miſericordiam* Trinitas Miſericordiſſima per Pſalterium Mariæ Matris Miſericordiæ. De quo nolo Reuerendiſſimam Paternitatem veſtram lateat, quod Diuina clementia hiſce fieri temporibus notuit.

I. Orator quidam Pſalterij Mariæ Virginis, toto ſeptennio horrificis dæmonum tentationibus, aliquoties ſenſibiliter, & aliquando viſibiliter tentatus fuit. Et ille pene annis iſtis omnibus nullam, aut parvam habuit conſolationem. Deo tandem miſerante apparuit ei Regina clementiæ, quæ quibuſdam comitata Sanctis eum interuiſens, diſcuſſa tentatione à præſenti eum periculo liberavit: ſimul ſuo ipſum vbere virgineo lactauit. Adhæc eundem, annulo ex virgineis capillis ſuis ipſius Mariæ Virginis facto, ſibi deſponſauit: Mandauitque eidem, ſub ineuitabilis mortis periculo & vltionis pœna diuinæ, Pſalterium hoc prædicaret.

II. Hæc autem credere frequentius non valui, humanis ductus rationibus. Tandem verò altiore quadam, & interiore vi coactus ſum iſti revelationi aſſentiri. Idque ita, vt non ſolum ea eſſe vera credam.
1. Sed ſciam quoque perſonā
2. Et per ſigna infallibilia idipſum cognoui, non ſemel duntaxat, verum perſæpe.

3. Et hoc verum confitcor: Et quantum ſcio, & quantum credo, ſine vlla falſitate iuro, hæc eſſe vera, coram toto mundo. Imprecans à Domino noſtro Ieſu Chriſto pie potius mori omni hora, morte corporali, quam fallere in dicto, vel falli.

Credat mihi, qui voluerit; qui autem non vult, in Domino quemque relinquo. Sæpius hæc prædicaui, & docui.

4. Et non ego ſolus hoc ſcio de illa perſona, ſed plurimi viuentes certiſſime de illa cognoverunt, non humana, ſed ſola Dei revelatione. Quo confidentius dicere audeam, quæ dixi. Verum quia perſona hæc viuit adhuc, non poſſum eam nominatim manifeſtare, ob periculæ vanæ gloriæ, mundanæ varietatis, ac etiam tribulationis. Talia enim abſcondi debent in vita, & poſt mortem laudari.

III. At DVBIVM tamen vide-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

deri poterit: *Quomodo lac Virginis Mariæ tam glorioſum bibere potuit?* Quia ſic in corruptionem, & digeſtionem naturalem tranſijſſet.

Reſpondeo: I. Friuolum eſt iſtud. Sic enim potuit lac Virginis, aut verum de Mariæ Virginis vbere; aut certum aliquod Eliquatum reale, & corporale, pro tempore cauſatum in ore eſſe vber ſugentis. Sicut lumē cauſatur in aere, manente ſēper in ſole intrinſecolumine. Horum vtrum fuerit, ignoro. Illud ipſa illa perſona cognoui, quod fuerit ſuauiſſimum, candidiſſimum, & influxerit in os eius, ſeque maximis cum gaudijs diffuderit per omnia ipſius membra corporis, vel in ſubſtantia, vel influentia.

2. Nec etiam impoſſibile eſt D. Mariam Virginem etiā nunc habere lac, alijſque communicare. Cum lac non ſit de eſſentia corporis glorioſi, ſed accidens. Sicut & corpus illud, quod viſcera Sanctorum implebit, ne ſint vacua, ſecundum S. Thomam.

3. Imo dictu mirum foret; vber B. Virginis impotentius eſſe, quam vbera mortalium ſint mulierum: quæ habent, & generant in ſe lac ex interiori corpore, & id inde communicare poſſunt. Nolo equidem hic adeo coarctare, vel claudere diuinæ viam potentiæ.

4. Quod ſi non eſt verum lac in vberib. Dei genitricis Mariæ (quod durum dictu eſt) ſaltem ibi eſt aliquod corpus admirabile, ſupplens vicem lactis: ex quo poterit diuina virtute aliquod cauſari, & per influentiam quandam corpus aliud in ſimilitudinem mutari.

5. Quod ſi nec lac, nec corpus aliud lactis loco, ibidē fuerit (quod eſt dictu nimis ſingulare) nihilo tamen minus quiſquam Virginem Mariam privare audebit potentia communicandi ſeſe ad ſugendum: ad minus per affluentiæ, ſi non per modum ſubſtantiæ credibile eſt ergo talem Sponſum lac ſuxiſſe Virgines glorioſæ, ad modum aliquem ſupra dictum.

IV. Sed QVO id MODO in ſingulari; ignoro.

1. Nam, *quæ ſunt in terris, vix cum labore agnoſcimus: quæ autem ſunt in cælis, quis inveſtigabit?* inquit Sapiens cap. 9. Nemo enim nouit, quæ ſunt, vel quæ eſt gloria Beatorum, niſi Spiritus Dei, & cui Dominus voluerit revelare. 2. Inde accepimus Sanctum Bernardum Mariæ Virginis vbera ſuxiſſe. 3. Inde lac Mariæ Virginis in terra, cæteras inter reliquias, multis in Eccleſijs reperitur. 4. Parique modo S. Catharina Senenſis de fonte lateris Chriſti copioſe bibit. 5. Et Sanctorum quidam etiam de SS. Vulneribus Chriſti biberunt: vt adusque inebriationem ſpiritus, cum inenarrabilibus gaudijs tracti exuliarint. Quis autem auſit affirmare, iſthæc meras fuiſſe vanaſque phantaſias? Præſertim cum Eccleſia refutet phantaſtica & condemnet, vt quæ dæmonis ſubiaceant poteſtati. Secundum Theologos.

V. DVBIVM alterum de crinibus occurri B. Virginis Mariæ: *Quo ea modo decapillare ſe poſuit cum ad gloriam eius capilli & decorem pertineant?*

DICO 1. vel CRINES fuerunt diuina potentia, modo inſcrutabili Virginis Mariæ ſic formati. Vel iamdiu ſic vſpiā in mundo conſeruati. Vtrum autem horum fuerit, ex perſona tali non cognoui. 2. Credimus tamen firmiter Mariam Virginem, in corpore nunc aſſumptam, & crines veriſsimos, & pulcherrimos habere: qui non ſunt de ſubſtantia corporis glorioſi, ſed tantum de decore. quocirca poſſunt citra gloriæ imminutionem Beatiſſimæ Virgi. remoueri. 3. Credendum eſt etiam: Quod ſi corpus glorioſum habeat potentiam ad crines gerendos; ad producendos etiam ex ſeſe crines habebit ampliorem, & potentius, quam vllum corpus naturale.

VI. Singulare eſt autem illud de ANNVLO. Qui quidem optime ſentitur à quibuſdam; rarius autem videtur. Quod ſupradictis vniuerſis eſt mirabilius. Eo, quod ibidem quædam quodammodo gloriæ ſubtilitas appareat. 1. Et quantum ad me, hunc Annulum tetigi, non ſine magno gaudio, nec humano, ſed longe altius maiore.

2. Credant mihi, qui voluerint: quia Iureiurando hoc affirmo. Si autem noluerint; quid ad me? Hæc, quæ dico; aliter, quam dicam, probare non poſſum, nec audeo. Plurima tamen cognoui huiuſmodi facta admiranda.

3. Poſito etiam caſu, quod huiuſmodi, quæ narro, omnino ſint falſa (quod nequaquam credo) nihilominus tamen remanet ac conſtat dignitas & veritas Pſalterij Virginis Mariæ, ex dictis hucuſque capitulis, ac porro producendis.

VII. Vnum tamen dicam: 1. Quod *carnalis homo non ſapit ea, quæ Dei ſunt, vel quæ ſpiritus;* iuxta Diuini Verbi ſententiam: Et *Nemo nouit* de hiſce Donis, *niſi qui accipit.* 2. Imo, qui acceperunt iſta, lumine revelationis decedente, reuelata vix aliquando credere poſſunt. Sic Propheta Ieremias adueniente ſpi-

ſpiritu Dei, & myſteria noua reuelante, credit & prædicavit. Sed deferente eum lumine diuinæ reuelationis ad tempus, ait humano modo, capi. 20 *Seduxiſti me Domine, & ſeductus ſum.*

3. Idcirco, quamuis hæc credi poſſunt, humana tamen apprehendi ſcientia non poſſunt, multoque minus diabolica ſapientia. Cuius ratio eſt apud D. Thomam, Quia diuinæ reuelationis lumen, naturalis cognitionis lumen totum excedit. Eſt enim tale, de quo in Pſalm. 35. *In lumine tuo videbimus lumen.*

Quare tali carentes lumine, de reuelationibus diuinis iudicabunt, ſicut cæci de coloribus. Atque ideo tali deſtituti luce viri quoque boni ac devoti, in cæleſtium reuelationum iudicijs errare poſſunt, vt ſæpe compertum eſt. Niſi luminis loco ſigna, aut prodigia, aut miracula habeant euidentia.

4. Iam vero nec exempla Sanctorum deſunt annulo deſponſationis ſubarratorũ Chriſto. S. Catharina Martyr annulum tulit deſponſationis à Chriſto, ſimiliterque S. Catharina Senenſis, cuius cor inſuper modo quodam admirabili, ſoli Deo noto, in cor Chriſti fuit transmutatum. De quibus pari modo poſſe dubitari quoad materiam, & de qua fuerint ſubſtantia.

VIII. Itaque huiuſmodi cavillationis ſoli humanæ prudentiæ, ac ſcientiæ innituntur. 1. Ac ſi Deus, in cuius poteſtate cuncta ſunt poſita, facere non poſſet, quod per naturam creatam traſcendant. 2. Adhæc eum iſti in errorem impingunt, quod conſequenter negare debeant eſſe miracula: contra Fidem Eccleſiæ, & experientiam, de qua equidem certiſſimus ſum. 3. Illam quoque in collecta profitetur Eccleſia, quæ dicit: *Deus, qui Eccleſiam tuam nouis ſemper tribuis coruſcare miraculis, &c.* 4. Miraculum eſt, peccatorum conuerſio, quam in maximis Dei miraculis numerat ex S. Aug. S. Thomas. Ita quoque S. Euchariſtiæ trãſubſtãtiatio ſummum eſſe Dei miraculum ſemper habitum fuit: quod haud dubie, citra comparationem, quibuſcumque maius eſt revelationibus. Qui igitur operatur talia, nihil eſt, cur patrare minora non queat.

Quapropter agnoſcant huiuſmodi Hæſitantes; quod, tametſi diuinæ revelationes credi poſſint, nequaquam tamen demonſtrari poſſint. Niſi illis, qui habent idem lumen revelationis.

* * *

CA-



## CAPVT XI.

*Vtrum dignitate, & virtute præſtet Pſalterium Dauidis, an Deiparæ?*

COlendiſſime Rector animarum, *veritatem dat* Trinitas laudatiſsima per Pſalterium Virginis, quæ Mater eſt veritatis. De quo vanitas quorundam curioſa magis, quam docta quærit: Vtrum nobilius, Dauidicum, an Pſalterium Angelicum: Ad odioſam hanc comparationem ſub diſtinctione reſpondeo.

I. Pro DAVIDICO. 1. Vbi maior eſt *deuotio, & charitas* in orando, ibi & maius eſt meritum: huius namque pondus ex charitate deſcendit. Per hanc minuſculum opuſculum bonum altioris eſt meritis, quod prægrande citra ipſam. 2. *Cauſalitate* præcellit Dauidicum. Nam id cauſa fuit diſponens ac præfigurans Angelici. 3. *Significatione*: quæ expreſſior ineſt Dauidico, quam Angelico. 4. *Antiquitate.* 5. *Orandi labore* pœnali. Nam Dauidicum quo prolixios, eo, quam Angelicum, eſt & decurſu laborioſius: ſed meriti quoque maioris, in charitate pari. 6. *Intelligentia planiore.* In eo enim pleraque pluribus docentur & explicate. 7. *Autoritate*: Quippe ex antiqua Lege, nova probatur, non è diuerſo. 8. *Deuotionis vſu &* frequentatione per Eccleſiam, vt qua idem Diuini Cultus partem haud minimam, publicam, Eccleſiaſticam, & quotidianam inde vſque ab origine venit. 9. *Extenſione* maius eſt, vt quod ad plura pateat vſu, adque plures. 10. *Voluminoſa prolixitate* ac mole maius eſt.

II. Pro ANGELICO. Hoc antecellit. 1. *Fine.* Hoc enim illius cauſa finalis erat. Finis autem nobilior eſt his, quæ ſunt ad finem. 2. *Perfectione effectus*, qui fuit *Verbum caro factum.* 3. *Temporis gratia.* Eſt enim noui Teſtam. initium, quod præ vetere eſt nimium quantum. Vivus homo picto quanto præſtantior? At vetus Teſtam. pictura fuit & figura Noui. 4. *Efficiente.* Nam Angelicum fecit SS. Trinitas, Archangelus attulit Mariæ, auxit Eliſabethi, compleuit Eccleſia. Dauidicum à peccatore factum eſt, & traditum Synagogæ. 5. *Veritate.* Nam docet de præſenti, Dauidicum de futuro: ſuo pactum in vmbra, iſtud in luce fuit. 7. *Effectu*: nam eſt conſummatio, perfectioque Dauidici: hoc enim abſque illo vanum extitiſſet. 8. *Exitu.* Nam in Cœlum inducit: Dauidicum vero ad infernum ſeu Limboſum tranſmittebat. 9. *Efficacia.* Quia per Ang. facta



pax

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

pax eſt vniuerſalis. 10. *Euentu.* Quod Ieſus & Maria per Angelicum diuiniora ſunt indepti, quam ex altero. Chriſtus quidem, homo Deus factus: Maria autem Deipara Virgo facta fuit, quibus maius facere Deus nequit. Quæ cauſæ iſthuc quoque valent apud Ieſum & Mariam, quod coronariæ preces eis tanto gratioſiores accidant, ponduſque ad flectendos maius habeant, quanto pretium illis ineſt diuinius.

III. DICES. Non vox Angelica annunciationis, ſed illa virgineæ conſenſionis: *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum*: illa, inquam, rem confecit, vt ſubſtantialis effectus ad eam fuerit conſecutus. RESPONDEO: in Salutatione Ang. duo ſunt attenda. 1. Nuda verba ſonuſque vocis: Et ſic illa Mariæ efficacia fuerunt, non Angeli. 2. Intentio Dei omniumque Cœlitum formalis, quæ verbis annunciationis inerat, ad incarnandum Verbum, Deiparamque impregnandam. Et iſta effectus intenti fuit productiuã. In qua ipſa tamen vox Virginis continebatur virtute, vt quæ nihil penitus eſſet ab intentione Diſſenſura, quo annunciationis incarnatio ſortitatur effectum. Eandem ad mentem ac modum Eccleſia capit Annunciationem, cum annuum de ea feſtum agitat, Rem intentam atque paratam recolens potius, quam mera verba, quæ mediũ Rei fuerunt, ac inſtrumentum.

## CAPVT XII.

### *De vtilitate, fructuque multiplice Pſalterij.*

LAudatiſſime ouium Chriſti Medicæ, *Iuſtitiam donat* Trinitas miſericordiſſima per Pſalterium Virginis iuſtiſſimæ. Notum illud *Date, & dabitur vobis.* Si igitur quotidie Roſas diuinæ excellẽtiæ quindenas obtulerimus, ſpes eſt premij fructuſque referendi paris, iuxta illud Chriſti: *Centuplum accipietis.* Roſas appello, ſacras voces Salutationes, quæ Rem intentam peractamque recolunt, & ſpectant, debita cum deuotione ad coronarium Pſalterium quinquagies ſupra centies ſingulæ pronunciatæ, oblatæque Deo per Aduocatam Diuam, Diuorum Reginam Mariam.

I. AVE: quaſi ſine Væ, fructus eſt, liberari à Væ peccati. II. MARIA i. e. Illuminatrix, vel Illuminata, fructum profert illuminationis in mente. III. GRATIA, meretur in Chriſto fructum gratiæ diuinæ. IV. PLENA: ditat bonorum cœleſtium abundantia. V. DOMINVS: facit inimicis poſſe dominari.





VI. TECVM: mentem vertit in SS. Trinitatis ſedem ac Tẽplum Dei. VII. BENEDICTA: dat benedictionem in donis ſpiritalib. ſingularem. VIII. TV: eximiam in Deipara dignitatẽ demonſtrat, vt eidem olim confirmati mereamur. IX. IN MVLIERIBVS: miſericordiam prouocat. X. ET BENEDICTVS: attrahit benedictionem in orationes noſtras.

XI. FRVCTVS: Bona Spiritus S. confert. XII. VENTRIS: Caſtitatem adiuuat & cuſtodit. XIII. TVI: Virgini Matri proprium orantẽ dedicat. XIV. IESVS: Saluat. XV. CHRISTVS: i. e. Vnctus: Meretur devotionem ad SS. Chriſti Sacramenta. Iſtaque ſingula ſacræ ſunt conſona Scripturæ, & nihil adverſa. Sunt autem piæ cuidam virgini reuelata. Similes quindeni fructus Orat. Dom. poſſent aſſignari. Et tantorum inſtrumentorum meritorũ Pſalterium quiſquam Chriſtianus minoris iuſto æſtimarit? Quod ſi ex Collecta, aut quacumque precatiuncula, in honorem cuiuſcunque Sancti recitata, fructus pie ſit ſperandus: quanto magis ex oblato Pſalterio incõparabilium duarum precularũ: in quibus nihil, niſi pure diuinum in eſſe credi debet. Quod ſi etiam honeſtæ cuicunque matronæ CL. munuſcula dones honore dignus & fauore cenſearis eiuſdem: quãto ſuis Deipara Coronarijs diuiniora refundet? Velut ipſa deuoto cuidam reuelauit.

## CAPVT XIII.

### *De Indulgentijs ad Pſalterium promerendis.*

VIcarie Chriſti venerandiſſime cum Apoſtolica dignitate. I. Pont. Max. Ioannes XXII. indulgentiam 24. annor. 34. hebdomadum, & 2. dierũ conceſſit orantibus Pſalterium Mariæ: quod CL. Salutationib. Ang. conſtare definit. Bullæ tranſumptum vidi: autographum Auinione in Conventu noſtro aſſervatur, vt audij. Idem 60. dies indulget ad clauſulam cuiuſque Salutationis addentibus voces IESVS CHRISTVS. Centies vero & quinquagies 60. dies indulgẽtiæ additi ſupradictis ingentem numerum conficiunt. Alias complures condonationes factas prætereo.

Monuiſſe ſat fuerit orantes, vt intentionem forment ad promerendas datas indulgentias, vt in gratiæ ſtatu eſſe ſtudeant, vt penſum operis integre præſtent à Pont. præſcriptum, atque ſic pie ſperent.

## CAPVT XIV.

*Quis modus ſit orandi Pſalterium?*

NObiliſſime animarum Chriſti nutritor. Modus hic referā aliquos, tum ex traditione maiorum acceptos, tum ex reuelatione Virginis Almæ. I. Modvs. Directa ad Chriſtū orare. Et ſic *Prima Quinquagena* oretur ad honorem Chriſti incarnati. *Secunda*, Paſſi: *Tertia*, Reſurgentis, aſcendentis, Paracletum mittentis, ad dexterā Patris ſedentis, & venturi ad iudicium.

II. Modvs. Mediantib. ſanctis ad Chriſtum orare. Et ſic *Prima* offeratur per ſalutatos B. Mariæ ſenſus, aut membra quinque honori Ieſu Chriſti. Vt per oculos Mariæ, quæ Ieſum viderunt, labia quæ oſculata ſunt Ieſum, &c. Quo ſervit, imaginem Deiparæ obieciſſe oculis mentis, aut corporis. *Secunda*. Ad quina Chriſti vulnera ſingula ſingulas in orbem, vel ad membra omnia, Salutationem Ang. dicere: quo confert, iconem Chriſti intueri. Neceſſe eſt ſenſum cogitare verborum, ſed vulnerum dolorem, meritum, &c. deuote meditari. *Tertia*. Ad memoriam Sanctorum, quorum libuerit, Huc conducitur per altaria Templi obire animo ſingula, ibique ſibi imaginari Angelos, Patriarchas, Prophetas, Apoſtolos, Martyres, Confeſſores, Virgines, Viduas, Coniuges ſanctos, &c. perque horum honorem ac merita Chriſto Deo litare preces coronarias.

III. Modvs: In ordine ad virtutes vertere intentionem. Vt pro obtinenda Fide vnum Ave, aut decadem fundere: pro ſpe item, &c. Similiter in ordine ad vitia deprecanda.

IV. Modvs. Cum ſit oratio pro proximis, vt pro Eccleſia, Papa, Clero, &c. pro Imperatore, Magiſtratu, &c. parentibus. Item, & pro inimicis vtriſque ijs tam viuis, quam vita perfunctis.

V. Modvs. Cum oratur in ordine ad humana officia, vt pro Pontificatu, Imperio, Sacerdotio, Militia, Iudicij, &c.

Hoſce modos reperi *in Mariali* noſtri *Fr. Ioannis de Monte*, vbi hiſtoriam de Maria Comitiſſa conſcribit. De qua *part. 5. c. 64.*

*.*

CA-



## CAPVT XV.

*Quod prædicari, docerique privatim ad publice debeat Pſalterium.*

ILluſtriſsime Præſul, Apoſtolorum imitator. I. Dicitur Marc. vlt. *Euntes in mundum vniverſum, prædicate Euangelium omni creaturæ.* Atque Pſalteriū B. V. Mariæ eſt Euangelium; conſtat enim ex duobus, quæ implicite, quicquid vſquam eſt in Euangelio, complectuntur. Ergo prædicari debet *omni creaturæ*, i. e. omni ſtatui Eccleſiæ, ab ijs, quibus prædicandi neceſſitatem imperat Officium. Nec Pſalterij numerus repugnat Euangelio, ſed in maiorem huius laudem meritumque ea credit repetitio tam ſancta & ſalutaris.

II. Ordinis autem Fratrum Prædicatorum proprium eſt planeque peculiare, Pſalterium iſthoc prædicare. 1. Ique ex profeſſione, nomine, inſtituto, exemploque S. Patriarchæ Dominici, qui (vt nuper revelatum eſt ab ipſomet) maximam ſuorum laborum, conſiliorum, exemplorumque partem hanc in cura præcipua conſumpſit. 2. Idem cum ex traditione accepimus, tum ex relictis ſcriptorum monumentis, vt legi. Quo temere magis Dei mandato reſiſtunt, qui tali prædicationi obſiſtunt. 3. Accedit, cum prædicandi officium ſit propter fidelium ædificationem ad ſalutem: quid vtilius in medium aſſerri poterit iſto Pſalterio, cuius preculis orbis ſummam vtilitatem ac ſalutem collatam eſſe conſtat?

III. Officivm Prædicationis, & operationem Pſalterij, inuicem componamus. 1. Cum prædicatio ſit ad faciendam animalibus *medicinam*; hæc autem Euangelia duo Dei ſunt beata apotheca: ergo prædicanda. 2. Prædicationis eſt, *illuminare*? Ecce luminaria duo hæc. 3. Eſt, ad *virtutes* Eccleſiam promouere? En adiumenta hæc & incitamenta. 4. Eſt, extirpare *vitia*? Ecce inſtrumenta ſacra duo hæc. 5. Eſt, *Fidem corroborare*? Ecce duo hic Fidei fundamenta prima. 6. Eſt, *accendere* animos aduerſus dæmonem, mundum, carnem, erigere ad Deum? Ecce faces, & ignes cœli duos hic. 8. Eſt, *auertere* à malo mortis, damnationis? &c. Ecce duo gladij hic flammei, & pluſquam Cherubini. B. Prædicationis eſt, Honorē Chriſti extollere & proferre? Ecce præconia duo, quibus ſimile nil vſquam, nil vnquam extitit. Quid plura? *In his vniverſa lex pendet, & Propheta.*

IV. Dices. Ex tali prædicatione, eſſe deſpicatui poterit

terit

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

terit Prædicator. 1. Hæc, *inquam*, vana eſt, & veſana ſuperbia concionatorum. 2. Si quærant alta, ſi magna, ſi ſancta, quid præ duobus iſtis? 3. Si noua, ſi docta, ſi copioſa explicatu, hæc ipſum ſunt Teſt. Nouum, ſcientiarum ſcientia, diuitumque diuitiæ ac theſauri. In ijs Trinitas SS. eminet; Incarnatio reſidet, Fidei documenta continentur vniuerſa. Quo zeloſius prædicanda ſunt ab omni illo, qui eſſe Dei, qui coli, adorarique Deũ deſiderat.

V. Oratio cum princeps in Eccleſia *medium* ſit, à Deo datum Fidelibus, ad omne ſeu bonum obtinendum, ſeu malum avertendum. 2. Cumque *vna* ſit partium *pœnitentiæ*, ad ſatisfactionem ſpectans: vtroque autem ſummopere Chriſtianum vulgus indigeat, omnino neceſſe eſt concionatoribus, ad orandum Deum exhortari populum. 3. *In veteri Teſt.* cuius rei frequentior aut ardentior occurrit cohortatio, atque orationis & pœnitentiæ. 4. Neque ſecus *in nouo*, vel à Chriſto vel Apoſtolis aliud periunde inculcatum reperitur. 5. Neq; *Eccleſia* habet quicquam, quod pari inſtantia irremiſſa frequẽter, ac eadem illa duo. 6. In omni *Religione* vel Ordine nil ijſdem maiori eſt curæ, vel operæ. 7. *Iura* ipſa Sacra, & Ciuilia pariter illa præcipiunt, adque ea compallunt. Et prædicator ad ea mutus, tarduſq; torpeſceret? 8. *Sancti* demũ quo vel perfectiores, vel admirabiliores extiterunt, eo familiariores frequentarunt orationes, vt nec abſque his miracula deſignarint vnquam.

VI. Psalterivm vero is talis eſt Orandi ritus, qui continet, docet, & eam frequentat Orationem, quam ſolam ſolus docuit Iesvs, Salutationem eam, quam cœlo delatam accedimus. Nihil hæ ex homine, nihil alicunde, ex Deo ſolo habent omnia. Cum autem diuinis ſub Officijs Eccleſiæ, fidelibus ſit orandum cæteris, quid orationum diuinius reperire vſquam poſſunt, Pſalterio Dominico & Angelico SS. Trinitatis? Quod etiam prædicandi commendandique argumentum par iſti adinuenire concionatores valebunt?

Conſtanter affirmo: Prædicare Pſalterium, nihil eſt aliud, quam inducere populum ad deuotionem, pœnitentiam, mũdi contemptum, Eccleſiæque reverentiam. Eninvero amorem, vſumque orationis huius in homine, citra mutationem dexteræ excelſi, verſari non poſſe exiſtimo. Quocirca dictas infidelibus operationes facto ipſo pene neceſſe fuerit ſeſe declarare. Quæ vera eſt populi emendatio, vitaque Chriſtiano digna.



VII. Effectvs igitur Pſalterij is eſt, vt procliuis in peſſima quæque mundus per illud reformetur, dante Iesv, interpellante Matre Iesv, cooperantis Pſaltis, & Prædicatoribus zelotis magis quam pompoſis. 1. Scimus illud teſtibus multis, multis, in nationibus, ſic eveniſſe: Et multa ipſi vidimus idem experientia: Et audiuimus multos Paſtores cum gaudio idipſum expertos commemorare. 2. O ſi huc proles ſuas ad Pſalterij vſum aſſuefacerent parentes, quod ad omnia tractabiles eſt & habiles forẽt expecturi? Quantis domum, poſteritatemque ſuã benedictionibus Dei mactam bearent? In exemplum nominamus ſolum Dominam Iohannam ex Brittania oriundam, Commitiſſam in Hiſpania Guſmannicam, quę huic ſuum filiolum Dominicũ innutriuit diſciplinæ. 3. Ad eandem ſi patres, matreſque familias ſervilia ſua cohortarentur, obſequentioribus, fidiſque magis vterentur. 4. Rem ſanam omnino ſalutarẽque Confeſſarij facerent, ſi pœnitentibus ſuis Pſalterij perſuaderent vſum; aut in vlteriorem ſatiſfactionem pœnitentiæ iniũgerent, non per obligationem, ſed ad deuotionem pro cumulo meritorum. Id quod S. Dominico perquam erat familiare, peneque ſolemne. Nac abſque eximio animarum fructu.

VIII. Vtinam, & Plebani facilem hanc pietatem, rudique vulgo per commodam, paroquianis inculcatam pervulgarent: alium pecoris ſui vultum, morumque faciem eſſent aſpecturi. Quod in regno Daciæ, quidam nomine Chriſtianus, animarum Curio celebris, expertus didicit, & libenter ſæpius commemorare ſolebat. Exercui ipſe, inquiebat, meque annis iam retro multis exercuit prædicandi officium paſtorale: diuerſas omnis argumenti materias, generaque dicendi in medium propoſui, ad omnem modum illas formamque orationis verſaui; nulla earum parte rerum omiſſa, quæ ad docendum, mouendumque mihi facturæ videbantur. Sed in ventum omnia, vt aiunt: Et maris in vndas ferebam. Demum poſtquam multi & anni ſteriles mihi cederent, & labores perirent inanes, & vires adhebeſcerent labentis ætatis, nec fructus inter ſubditos vllus reſponderet: illud experiri ſtatuebam argumentum prædicandi, quod iſthuc vſque adeo negligebam, vt vix dum in poſtremis ponerem: Orationem alias quidem perſæpe ſuaſeram, ad Pſalterij orationem nunquam, vt nec cathedra mea dignam, aut parem eam æſti- Exemplvm.

æſtimarem. Pſalterium denique commendare inſtituo: Almæ Virg. Matris Mariæ patrocinium, in vota per illud vocãdum, prædico: ſerius aut citius, actæ ſupremum vitæ periculum, & exatæ iudicium, inſtare cuique denuncio. Nihil huc ſalutarius Oratione Domin. & Ang. Salutatione, nilque vſurpatu facilius excogitari poſſe perantiqua illa ad Pſalterium Chriſti ac Mariæ pietate prædico. Cœpto inſiſtebam propoſito, repeto, ingeroque idem, & ſic annum occupo dimidiatum, Affirmo; maior inde animorum morumque conſecuta eſt mutatio, quam me videre vnquam memini. Hæc vis ab vſu Pſalterij eſt.

Quid bene Paſtor agis? Tenus; an Chriſtum prædicas? Quæ vix ipſe capis, ea tamen prædicando conſectaris: quid agis, niſi vt nihil intelligaris? *Altiora te ne quæſieris*, Eccleſ. 3. *& fortiora te ne ſcrutatus fueris: Sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. Non eſt enim neceſſarium ea, quæ abſcondita ſunt, videre oculis tuis, &c.* Manibus tu pertracta tuis, tractareque doce Pſalterium Chriſti ac Mariæ. Hinc fructum ſperes animæque tuæ, proximique ſaluti. Iſtud ad omnium actum cadit intellectum & captum. Memineris Pauli: *Tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam.* Quæſita longius, alijſque prædicata, hac influunt, effluunt alia. Quid alios volare doces, qui vix reptare potes? Caſtrum in luto ſtruis hac, illa deſtruis. Non ſic: non. Neu placere magis quæras, & aures hominum demulcere, quam ſalvare animas. Sinus tuopte peris iaculo.

Pſalterio nitere, vtere, fruere. Tuta tenet, qui alta timet. Altus eſt in humili, clarus in obſcuro, qui exalta humilia, & obſcura illuſtrat. Obſcurum & humile videbitur, Pſalterium prædicare, ſed ſapientibus ſibi, non Deo: qui item exaltat humilia, & humiliat alta.

Quamobrem, Paſtor bone, *conſilium meum placeat tibi*: miſce prædicandi materias, aut cum Pſalterio alterna. Salutare agnoſcitur, & pronis accipitur aurib. ac animis, quod facile factu, & eſſe familiare poſſe intelligitur. Hoc Pſalterium eſt, hoc prædicari amat, *non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus ac virtutis.* Crede, Pſalterium talis tantæque plenum eſt oſtenſionis, & diues exemplorum; miraculorum diues.

IX. Dices. Summorum quorumque virum, & Doctorum monimenta forte nihil de iſto meminerunt, aut ipſi neſcierunt de Pſalterio.

Mi-



Mirum, *inquam*, ſatis videtur, quemadmodum (cognitis illis penituſque peſpectis, quæ hucvſque dixi) ſummi in Eccleſia viri virtutem Pſalterij potuerint ignoraſſe, cum agnorint tamen vim, & efficaciam orationis Dom. & Angel. Salutationis. Cum tanta ſpiritus vehementia, & frequentia ad Deum, ſine intermiſſione orãdum ac deprecandum docuerint plebem, & compulerint? Cum nec de alijs hodie pervulgatis, precularum formulis, quicquam meminerint, nec forte ſciuerint (præter Canonicas.) Vt enim ſacræ picturæ & ſculpturæ præſtabant plebi vicem hiſtoriæ; ita globuli præcarij inſtrumentum erant illi vulgaris Pſalterij. De nomine vane, & curioſe quæritur, cum de re ſancta conſentitur. Quod ſi igitur priſca Patrum, & veneranda antiquitas, Pſalterij rem agnouit, vſurpauit, prædicauit, quo ſub cumque nomine: quis ſanu, ac pius, vt ignotum ac ignobile auſit ducere, vel dicere Pſalterium Chriſti, & Mariæ?

X. Revelavit vero etiam aliquoties glorioſa veritatis amica Virgo Maria. 1. Quod Ang. Salutatio in maxima ſemper fuerit reuerentia, idque vel in incunabulis Eccleſiæ Chriſtianæ. Hoc ita docebat: Apoſtoli Dominicæ Annunciationis virtutem, accepto Spiritu S. multo præclarius, quibuſcumque poſteris, pernoverunt: ſimul, & agnouerunt, ſe per ipſam primitias Spiritus accepiſſe. Quippe fonti veritatis propinquiores ac luminis. Addo: Cognouerunt etiam, quod Diuorum Diua Deipara in Teſt. Nouo cauſa rerum ſacrarum fuerit ſecunda, Filius prima. Ex quibus clariſſime perſpexerunt, nihil ſeſe donorum gratiæ habere, niſi Virgine Maria mediante. Addebatque Maria: *Apoſtoli vtebantur hac Oratione*, ſc. vtraque Dom. & Ang. Salutatione: hac, inquam, vel ipſa adhuc viuente? Verum ſic, vt eam referrent ad Mariam ſubeſſe gratiæ, & futuræ gloriæ, ac Diuinæ prouidentiæ, prout ab æterno B. Maria in Deo Idæam ſui habuit exiſtententem. Quæ ratio eſt mundi reparati.

3. Addebat porro Virgo Maria: quod ipſa ſciens virtutem Annunciationis Dominicæ, deuotius eam dixerit. Nam ſecundum eſſe humanum naturale, colebat Mariam ſecundum aliud eſſe diuinum gratiæ & gloriæ.

4. Adiungebat: Quod Dominus Ieſus, qua homo in hoc mundo frequẽtiſsime orabat, non neceſsitate, ſed ad exemplum.

Subiunxit item: Angeli,

E San-

Sanctique in cœlis etiamnum aſſidue illam Deiparæ offerunt Salutationem, mente,non voce. Sciunt enim quod mediante Salutatione futura, Angelorum ruina ſit reparata, munduſque renovatus.

Hæc vero ſunt admiranda multumque valere debēt Pſalterium. Noui perſonam, cui hæc breviter dicta, multoque plura ſunt revelata.

## CAPVT XVI.

### *De Fraternitate convenienter ſub Pſalterij nomine inſtituta.*

AMantiſsime Fautor, & Defenſor Communitatis filiorum Chriſti. I. Societas ſervientium Mariæ Virgini in Pſalterio, iam olim per ſanctos Patres fuit inchoata: qui Dei nutu virtutem illius & efficaciam cognoverunt.

Præſertim vero S. Dominicus, Prædicatorum Ordinis Patriarcha inclytus, diuino fretus auxilio, ad multarum ſalutem animarum, ſpecialiter ad hoc electus à Deo fuit, & in orbem miſſus cum ſignis, & portentis. Is iam olim inchoatam, ac ſenſim denique collapſam Fraternitatem Mariæ, ab interitu vindicauit, ac reſtitutam ita illuſtrauit, vt ad nouam lucem orbis obſtupuerit Chriſtianus. Teſte Ioanne de Monte in Mariali.

II. Conſiſtit autem Fraternitatis illius Inſtitutum in tribus. 1. Quod operum merita Sanctorum omnia communia ſunt, tam poſtvitam in æternum, quam in vita. Idque non communicatione ſolum vniverſali, ſed illa quoque particulari. II. Quod Fratres, & Sorores orare conſueuerint indies integrum Mariæ Virginis Pſalterium. Et ſi quando illud quis omiſerit, pro illa die, ſeu diebus, privatus meritis cenſeatur, in particulari, & ſolummodo quo ad coronarias preces. Sin' omiſſa reſumpſerit die poſtmodum alia, in eorundem communem redit participationem. III. Quod in ea Fraternitate nulla rei cuiuſquam, ſub diſcrimine metuve peccati, mortalis, aut ven. agnoſcitur obligatio.

Sciendum eſt autem, duo ipſius genera eſſe meritorum. Prius, ex ſolo Pſalteriorum penſo diurno perſoluto. Et huius omiſſio priuat pro tunc in pœnam omiſſi penſi merito. Alterum eſt ex aliorum operum bonorum vſu, & exercitio, vt orationum, meditationũ, dictorum, factorum, ieiuniorũ, &c. Et talium meritis non deſtituuntur Pſalterium omittẽtes Fratres, aut Sorores: Niſi contẽptus mortalis, aut affecta-





malitia, aut pura, & ſupina interveniat negligentia: ſecus, ſi cauſa fuerit rationabilis; vt infirmitas, labor, occupatio, tepor humanus, obliuio, aliudve tale. Hæc vera eſt fraternitas charitatis, benedictioque Omnipotentis. Nam eſt in myſtico ſpiramine, nõ carnali ſemine.

III. Dices. Omniũ Chriſti fidelium merita ſunt communia, iuxta illud, Pſalm. 118. *Participem me fac Deus omnium timentium te, &c.* fruſtra igitur iſta fuerit communio.

Respondeo. I. Tametſi merita fidelium ratione totalitatis ſint communia, quatenus vnnum omnes corpus ſumus in Chriſto, non tamen ratione propriæ partialitatis: ſicut viſus non eſt in pede per proprietatem, ſed per directionem. II. Etſi in Eccleſia ſit communio ex parte cauſæ meritorum, Dei ſc. & charitatis, ac finis gloriæ; non tamen eſt ex parte perſonarum vel actuum ſingularium & ſingulorum, per modum ſoluti pretij debiti, aut meritorum augmenti pro illis in ſpecie certis, & non alijs. 1. Sicut Miſſa pro defuncto, etſi omnibus valeat purgatorijs ad lætitiam; illi tamen perſonaliter valet ad debiti perſolutionẽ aut liberationem, per modum ſuffragij, pro quo nominatim intendebatur. 2. Quia cætero quin orans non magis ſibi, quã alijs mereretur, cum pro ſe orare ſolo intendit. 3. Nec, cum datur eleemoſyna, aut Sacrum Miſſæ patratur pro quodam nominatum; plus illi, quã cuiquam alteri, conferret. Quod repugna rationi Iuſtitię. 4. Nec Pont. Max. aut Epiſcopus vni maiores, aut magis dare poſſet indulgẽt. quam alteri, aut omnib. Quod eſt erroneũ. 3. Nec alijs alij eſſe ſanctiores poſſent. Quæ hæreſis eſt. 6. Male, irritoque effectu cuncti Religioſorum Ordinem vnum aut aliquos ad beneficia vel ordinis vniuerſi, aut monaſterij admitterent potius, quam cæteros, vel omnes. 7. Sequeretur item, quod nihil operans in parem tamen ſortem partẽq; communionis veniret cum bene multum operantib. Quocirca non omnia ſemper merita in particulari ſunt æqualiter cõmunia cunctis.

IV. Quæres: *An particularis communicatio dicta minuat proprium bene operantis meritum, vt participatio tua mihi cedat in detrimentum.*

Dico. Spiritalia iſta differunt à corporalibus bonis ac fortunis, quod hæc communicatione minuantur: at iſta ſpiritalia, in ampliore pluriũ participatione ipſi operanti ad ampliorem quoque cumulum meritorum excreſcunt. 1. Sicut, quanto diutius impenſiuſ-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

que doces alios; tanto illuſtrior tibi creſcit ſcientia. 2. Quare ſi vlla, hac certe in re, veriſſimum illud eſt Domini, Luc. 6. *Date, & dabitur vobis.* Et Math. 20. *Centuplum accipietis, & vitam æternam poſſidebitis.* Si in terminis daris id contingit; quanto magis ſpiritale meritorum donum, ipſa donatione tali, tanta in charitate, ad vſuram piam, & auctarium meritorum danti valere debebit? Hinc S. Dominicus tanta hac exæſtuabat charitate? itemque & Sancta Catharina Senenſis, vt vel infernum inuadere nil dubitaſſet, ad maiorem ſuam, proximorumque ſalutem Zelator Chriſti, imitator Pauli, Rom. 9. *Optabam ego ipſe anathema eſſe pro Chriſto*: & Moyſis pro Iſraele ad Dominum clamantis, Exod. 32. *Dele me de libro vitæ, quem ſcripſiſti.* Verus hic eſt fratrum amator, & paſtor ovium, qui etiam ponit pro ovibus, ac fructibus adiuvandis. V. DICES aut dubitans, aut præſidens: Per memetipſum, nemine conſcio, eandem cum alijs conſtituam mihi communicationem in publico per nominationem pactumque publicum.

RESPONDEO. 1. Eſto: poſſis ita mereri tibi interiore merito, at exteriore non potes; hoc enim per charitatis exemplum altius habet publicæ ædificationis meritum. Tu vero in candelabro luces, & velut tuæ lucis fulgorem alijs inuides: nec laudem Dei publicam exauges aut coronas, nec quenquam exemplo vel doces, vel mones, aut ducis, qui tibi ſoli viuis. 2. Age, ſi cunctis eadem, quæ tibi, mens foret in Eccleſia, ecquæ ex conuento, & communicato conſilio, auxilioque mutuo exercitia agerentur: quę cum vlla ſolemnitate celebrarentur Chriſtiana? Omnino voluit, vultque Deus non mēte ſolum in occulto, ſed voce etiam ac opere in publico laudari, adorari, prædicari.

3. Quid? Si, quod ais, bene faceres in mente tecum tacitus, quid opere publico inque communi defugeres idem? Vel ipſius opera Dei perfecta ſunt & manifeſta: & charitas, bonumque, ſui eſt diffuſivum, ad proximi vtilitatem, non amat vnius intra mentis latibulum obſcurari & & ſqualere; ſed *qui bene agit, amat lucem: odit, qui male.* Audi Dom. Matth. 5. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.*

4. Aſpice Eccleſiam, ecce habet ea Apoſtolos, Prophetas, Martyres, Confeſſores, Virgines, Prælatos, Religioſos, &c. non mente ſola tales, ſed facto & opere manifeſto. *Ratio* li-



quet. Nec enim ſolo ſpiritu conſtat homo, ſed & corpore: qui circa etiam opera neceſſe eſt hominum ſint qua ſpiritalia, qua, & corporalia. Quale quid vel in ipſis Sacramentorum inſtitutis conſpicimus.

6. Eccl. 4. *Væ ſoli, quia cum ceciderit, non habebit ſubleuantem ſe.* At Prou. 18. *Frater, qui adiuuatur à fratre, eſt quaſi ciuitas firma.* Omnino enim Eccleſ. 4. *Funiculus triplex difficile rumpitur.* Suis igitr meritis confidat, ſibique placat: quia 1. Petr. 4. *Iuſtus vix ſalvabitur,*

VI. Ad hanc igitur Fraternitatem deuotionis, & liberæ voluntatis, non vllius neceſſitatis veniant *Peccatores.* Quia natiuo ligna ſucco virentia, aut aquis oppleta, ignem haud facile capiunt ſola, niſi iam ardentibus adijciantur. 2. Veniant *Iuſti*: quia carbo vivus emoritur ſolus; alijs iunctus viuis, gliſci ardentius. 3. Veniant *Religioſi*: quia vnum in pomario pomum, roſa in roſeto vna, tritici granum vnicum nihil æſtimatur: adiectum vero ad cuniculum, hunc auget ipſum, & vnum augetur numero plurimorum. 4. Veniant *Mechanici*: Vnus enim lapis, trabs vna caſtrum haud conſtituit, ſed multa. 5. Veniant *Peregrinantes*: quia comes facundus in via, pro vehiculo eſt. 6. Veniant *Prælati*: quia Sol abſque ſtellis noctem luce non afflaret. 7. Veniant *Infirmi* iuxta & *Sani*: hæc enim fraternitas eſt ſcala cœli, & deuotionis. 8. Veniant *pueri*; ac *mortui* quoque inſcribantur: & eorum vel cognatus, aut amicus, aut alius quicunque pius, indies aliquid, etſic nec, quam vnum Pater noſter, aut Ave, plus comprecetur pro ijs, ad modum ſuffragij, faciatve eleemoſynam, &c. nomine Confraternitatis: Sentient tamen omnes, & experientur illud Pſalm. 132. *Ecce quam bonum & iucundum eſt, fratres habitare in vnum.*

Quibus de cauſis Diua Maria ſuo ſponſo mandauit graviter, & ſingulariter, iſthanc ſuæ laudis Confraternitatem, dudū collapſam, rurſus ad obſervantiam priſtinam inſtaurare, ad maiorem Dei Deiparæque gloriam, ſalutem mundi, & vitiorum extirpationem.

## CAPVT XVII.

### *De inſcriptione in Fraternitatis Nomenclaturam facienda.*

CVltor Dei, & Eccleſiæ Sponſe colēdiſſime. Convenit ex æquo & iuſto, vt nomina Fratrum, ac Sororum in Confraternitatis Album inſcribantur ob rationes Theologicas, Politicas, & Tropologicas.

I. THEO-

I. Theologica Ratio 1. *Ob librum vitæ.* Quia cultores Chriſti, & Mariæ *in libro vitæ tuo omnes ſcribentur,* Pſalt. 68. *deleantur de libro vitæ, & cum iuſtis non ſcribantur.* 2. Ratio. *In ſignum peregrinationis,* & deuotionis ſalvaturæ. Ita filij Iſrael & Ægyptum intrantes, & exeuntes inde in deſertum ſunt deſcripti. nu. 26. 3. Ratio. *Ob profeſsionem* quandam, quaſe quiſque ſpecialem Chriſti ac Mariæ ſervulum, in Pſalterij cultu, eſſe, cenſerique velle profitetur, ad participandum omnium Fraternitatis meritorum, in vita & poſt mortē, communicationem. Ita Leuitæ à Moyſe, nu. 11. numerati ſunt atque deſcripti. 4. Ratio. *In ſignum diuinæ punitionis* deuitandæ. Sicut, qui ſigno Thau ſignabantur, ab occidione ſervabantur, Ezech. 5. Ratio Theo. *In ſignum electionis diuinæ,* dilectionis, & conſervationis. Sic *Apoc.* 7. recenſentur deſcripti ex omni tribu Iſrael 144000. ſignatorum, qui à plagis Angelorum quatuor præſervati fuerũt. Atque Pſaltæ Chriſti ac Mariæ haud paulo digniores ſunt cenſendi, quā Iudæi, nec Moyſe minor eſt Maria, nec Ang. Salutatio, ſcripura Moyſis eſt inferior.

II. Politicas rationes quinas aſſignamus, ob quas rite inſcriptiones in Rebuſpubl. frequentantur.

1. Ratio. Heroum & nomina in tabulis, & in hiſtorijs res fortiter geſtæ conſignari volunt, vt ætatem ferant ac memoriam, gloriamque tueantur. Quanto iuſtius coronarij Pſaltæ Dei in piorum nomenclaturam inſcripti obſervantur? 2. Ratio Ciuilis vſurpat cōfraternitates alias rectas, & licitas, atque pro his nominum inſcriptiones, ad haſce etiam pecunias certas dependendas. Vt ſunt Fraternitates ſancti Antonij, Sebaſtiani, Annæ, &c. Nec abſque Pont. Maxim. approbatione. Quibus & ſtatæ pœne in certa quædam ſunt decretæ & pendendæ. Quo admirabilior Pſalterij eſt Fraternitas, quæ iſtorum quicquam neſcit, vel admittit: atque idcirco tamen inſcriptionis tanto obſervantior. 3. Ratio. Magiſtratuum, Dignitatum, Officiorumque gradus ac ordines in Eccleſia perinde ac in politia diligenter, magnifice ac ſolicite conſcribuntur, in ſpem fidemque memoriæ. Matriculas item obſervant complurium inſtituta, vt Academica, Cathedralia, Parochialia, Baptiſmalia, &c. Et vero Marianæ laudis officium, quanto ſit præ iſtis talibus humanæ dignitatis, nemo non planiſſime videt. 4. Ratio. Codices ſunt ac iudices redditũum, donationum, &c. in Curijs, Collegijs, Vrbibus, &c. Quæ par autem donatio, vel redditus, &c. meritorum communicationi Fraternitatis noſtræ. 5. Ratio. Tyrones, ac veterani milites iuxta vnum in librum militiæ ſub ſignis inſcribuntur, vnde & luſtratur exercitus. At Confratres noſtri profitentur militiam ſeſe militaturos bonam, ſub ſigno Pſalterij Ieſu ac Mariæ, adverſus Carnem, Mundum, & Cacodæmonem. Quid eſt igitur, quod tali tantæque Confraternitati permiſſum minus, aut laudabile quidam cēſeant Ariſtarchi ac Momi; quā cuiuis alteri communitati, quod in Album inſcribendi Fratres ac Sorores pie receptũ more cuſtodiant?

III. Tropologicæ, ſive Morales rationes ſuppetunt plures, quæ ad eminentiorem virtutum perfectionem Inſcriptiones amant & obſeruant.

1. Ratio. *Ob Fidem Receptionis.* Viris enim pene innumeris in Album relatis deuotio creſcit inſcriptis, & admiſſionis ad communionem dubium ceſſat.

2. *Ob ſpem ſalutis* certiorē. Hæc enim cum peccatoribus vacillare poſſet, mirifice roborantur ij cognito; tot ſibi Confratrum merita in ſubſidium eſſe parata, quæ cum pœnitentibus inuita patrocinentur ad ſatisfactionem: tum vita perfunctis ſuffragentur ad liberationem, aut maiorem ad gloriæ cedant coronam. Verum namque Gregorianum illud opinor: impoſſibile eſt, multorum preces non exaudiri. Quod ſi inſcriptionis liber non ipſis ſubijceret oculis tantum numerum inſcriptorum; multis forte is ægre ad fidem accideret, quamque pene deſertam à pleriſque Fraternitatem putaret, ipſe quoque tanto minoris duceret, deſereret citius. Litera ſcripta magis, quam vox audita, movet. Expertus loquor.

3. *Ob exemplum:* quod ſolus inſcriptorum numerus inſpectus de ſe præbet, præſertim tepidis, aut peccatorum nauſea adoppletis, vt ſolo viſo hoc albo tanto ſui ſimilium multorum, diſſimiliumque, vel rubore, vel terrore, vel ſpe, & amore frugis melioris afficiantur.

4. *Ob animi demiſsionem* inſcriptorum, qui gaudent promiſcuo maximorum, medioximorum, infirmorumque numero permiſcerit humilitate pari. Non parua demiſſio eſt, ſe ſervum inter conſervos Ieſv & Mariæ confiteri; ſe aliorum etiam minimorum merita expetere, ſe humiliter ſupplicem Deo eſſe velle, ſe tumores arrogantium, inuidorumque ſan-



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rancores floccipendere ? &c. Digni tales,qui ſe humiliarunt, vt exaltentur.

5. *Ob Iuſtitiam*:q.d.inſcripti : profiteor æquum , iuſtum, debitum eſſe , vt Chriſto ac Mariæ , in iſto præſertim ac ſingulatim diuino cultu Pſalterij ſancte deſeruiatur. Citra enim opem iſtorum iuſtus fieri, eſſe, perſtareque nemo valet.

6. *Ob Religionis cultum* exteriorem in Eccleſia. Qui cum publicus ſit in exemplarem ædificationem,publica quoque ſolemnique inſcriptione velut conteſtandus eſt. Neque tamẽ poſſeſſæ religionis nomnam tibi formâque iſthic ineſſe perſuaſeris , ſed communis quædam deuotionis ac pietatis Chriſtianæ.

7. *Ob Obedientiam*, Dei , & Eccleſiæ mandatis exinde ſanctius exhibendæ, in quod propoſitum ſua velut nomina deponunt inſcripti.

8. *Ob Prudentiam.* Prudens enim ad incertos in futurum caſus ac euentus,horum occupat iniuriam , hacque inſcriptione ſibi tot parat amicus,quot in confratrum ſeſe reſignat, & commendat ſocietatem ſanctã talium, quorum *cor vnum eſt, & anima vna.*

9. *Ob Charitatem fraternitatis* diligitur attentius , & inſcriptio ſit diligentius,quæ velut quædam eſt ad mutuo diligendum , ac perſeverandum compromiſſio. Quibus enim ſemel fuit decretiſſimum, dare ſua tantilla , & accipere tot aliorum merita tanta, per mutuam communicationem, quid opis iſti, quid auxilij conſilijque inuicem alijs in quibuſcumque rebus præſtaret ſeſe paratos affirmare ipſa videntur inſcriptione? Atque ea ex cauſa arctius eſt vinculum fratres inter ſpiritales charitatis,quam carnales ſanguinis fratres. Quis tam barbarus ab omni humanitate remotus , non illius memoriam animæ incideret ſuæ, à quo libente volente mille auri talenta dona abſtuliſſet? Quid igitur? Non it inter fratrum album mihi æternum cõſignatus numeraretur;qui ſuam mihi animam, animæque corporiſque merita ſua dediſſet,& quicquid poſſet, æternum ſeſe debere mihi vltro profiteretur? At hæc mens eſt, hæc vox inſcriptionis.

10. *Ob miſericordiam* confratribus, ſi opus, exhibendam prius, ac promptius,quam alienis. Quocirca ſi in pari certarent agone duo, hic confrater, ille non frater, & hic mille aureos offerre mihi vt adſiſterẽ ſibi agonizanti : ſpretis aureis ad confratrem aduolarem potius, pari in articulo conſtitutum. Quia ſua is merita mihi communicauit: *Quæ ſunt ſuper millia auri , & argenti* , *Pſalm.* 118. 11. *Ob pacem* : quæ per inſcriptionem , damnata capitali diſcordia,coalleſcere in tãto conſtantiorem poteſt concordiam. Quis enim illi foret noxiæ vel damno, cum quo in eodem ſe Deo velut deuouit meritorum conſortio? S. Dominicus ſane vel ſic hoc præcipuo vſus medio, non priuata ſolum diſſidia ſimultaſque reſcidit, cumque fibris eliſit , ſed bella quoque publica , & inuertata compoſuit , adeoque orbem quaſi vniuerſum animorum facta immutatione vertit in melius,ac reformauit.



12. *Ob cumulum meritorum.* Inſcriptos enim manet præmium non perſonale duntaxat, ſed etiam vniverſale omnium æque ac ſingulorum. Eo,quod orbi toti de ſe ſpondeat exemplum in Pſalterio ſerviendi Chriſto ac Mariæ. Ad extremum cum tot ac tales ſint,tantæque cauſæ Inſcriptionis; par eſt, & ad exemplum illuſtre, ſi quot annis ſemel , in Oratorio Fraternitatis, aut Parœcia , inſcriptorum Fratrum,ac Sororũ publico exque libro recitarentur. Id quod olim in feſto Annunciationis Mariæ Virginis conſueverat obſervari,quod eſt princeps feſtum ac proprium inſtitutæ Fraternitatis de Pſalterio. Locis tamen in alijs alijs id feſtis agebatur : per Hiſpaniam, & Italiam ipſa feſtivitate Sancto Dominico ſacra & ſolemni ea fiebat proclamatio: vt qui tantæ Confraternitatis innouatæ reparator ac mirificus illuſtrator extitiſſet.

Prodit *M.Thomas de Templo*, haud vane obſervatum eſſe, quod quandiu iſta floruit per orbem Fraternitas , ipſum omnium bonorum affluentia , ac proſperitate vſum fuiſſe. Ipſa quoque Dei Virgo Maria nonnullis reuelauit, ſe ſe per eandem Eccleſiæ innumera bona collaturam. Quo ea cuique & Fraternitas colenda ſanctius eſt; ritusque in eam inſcribendi religioſius obſervandus.

Narrat *P.Fr.Ioannes de Monte in Mariali* , de celebri quodam eximiæ ſcientiæ viro, qui noſtra, inquit, memoria ( cum S. Dominicus , & S. Franciſcus ſuis orbem prædicationibus, pariter exemplis, & miraculis illuſtrarent) Dei clementia raptus in cœleſtibus prægrande volumen oſtenderit, quod clara in luce , ad inſtar ſolis, circum radijs effulgentibus corruptum , reſplandebat, in quo Confraternitatis de Pſalterio Fratrum ,& Sororum nomina, pereleganti forma viſebantur perſcripta. Scriptores autem S. Dominicum , & S. Franciſcũ aſsidere viſos : quippe qui omni conatu, & zelo in de-

defeſſo, ſuæ peregrinationis ac prædicationis tempore, quam plurimos ad idem Diuini cultus ſtudium vocare & accendere certatim adlaborabant. Ritum vero inſcriptionis S. Pat. Dominicus omni cura diligentiaque obſervabat, & ipſe, quotquot erant præordinati, conſcribebat.

## CAPVT XVIII.

*De multiplici, in ſpiritalibus item ac temporalibus, vtilitate, ex inſcriptionis ritu, dimanante.*

O Vigilantiſſime ouium Chriſti Cuſtos, & Paſtor. Quot, & quanta in Eccleſiam, inque orbem Chriſtianum, diuina humanaque donorum commoda, ex inſcriptionis ritu: & inſcriptæ Fraternitatis Marianæ Cõmunicatione deſcendant, nemo ea ſatis enumerare, minus pro dignitate commendare poteſt. Poterant illa tamen, velut aggeſta quædam cumulatim inſpici, in diuinis iſtis Pſalterij oraculis duobus, Oratione inquam Dom. & Ang. Salutatione.

Et, ſi recte colligamus, adque ſumma velut capita reuocemus omnia, Illorum dena ex Oratione Domini: è Salutatione vero quindena huc proponamus licebit. Quæ duo Euangelica cum omnem Pſaltarum Chriſti ac Mariæ certatim exerceant conatum, ac induſtriam ſibi vendicent: parem quoque & infinite maiora laboribus præmia eſſe repoſita, nemo eſt quem ſacra Fides dubitare citra nefas concedat. Nam *recipit vnuſquiſque, pro vt geſſit in ſuo corpore.*

I. Oratio Dominica quidem ſuis ipſa verbis, queis conſtat, dena Dona optima inſinuat, quibus ita merentes gratia Dei Pſaltas mactos donare dignatur. 1. Inſcriptæ Fraternitatis bonum eſt: *In filios Dei adoptatio*: Quia, *Pater noſter*, orant Pſaltæ. Qui enim proprijs culparum demeritis fuerant reprobi, Fraternitatis conſortio tantæ Dei efficiuntur filij. 2. *Cœleſtis Societatis imitatio* per gratiam. Quia orãt: *Qui es in cœlis*: id eſt, Beatis ipſis, per gratiam, & gloriam.

3. *Sanctificatio* Nominis Dei in Eccleſia: quod orent toties: *Sanctificetur, &c.* Sic enim nomen Dei, & Mariæ vno in Pſalterio quinquagies ſupra centies ſanctificatur. Quoties in ore, in corde Fratrum omnium, atque Sororum? Et vero hi, orationis vi, ſancti fiunt ipſi.

4. *Regni Dei aduentus*, tum in politiæ, tum in Eccleſiæ, tum in gloriæ diuinæ regnum: Quod orent, *Adueniat regnum tuum*, Atque ita, qui ante ſerui fuerant, nunc liberti Dei in ipſius regno fiunt.

5. *Dei voluntatis impletio.* Quod orant, *Fiat voluntas tua, &c.*

6. *Temporalium ſufficientia* magis, quam abundantia: Quod orant, *Panem noſtrum, &c.* vitæ neceſſarium mortali, & ſpiritali in Sacramentorum digna vſurpatione. Hæ quinque bonorum cauſæ generales omnium, tantum, ceu par, apud multos Deique diu ſuique immemores, valuerunt; vt nulla eis cederet dies; quin tremendo S. Miſſæ Sacrificio ſupplices prius adſtitiſſent: quam ad ſuæ concederent officia vocationis.

7. *Dimiſſio peccatorum.* Quod orent: *Et dimit. &c.* Hinc ò quanta peccatorum facta eſt, fitque conuerſio, ſtupentibus Angelorum choris, & exultantibus.

8. *Fraterna charitas, & pax* intus & foris, qua publica, quà priuata. Effecta ea teſtantur lucunte non niſi orbi vniuerſo: Quod orent: *Sicut & nos di. de. no.*

9. *Ab tentationibus liberatio*: Quod orent, *Et ne nos, &c.* Et hoc experti ſumus in multis; qui poſt ſui in Fraternitatem tantæ communionis euaſerunt in Samſones, Dauides, &c.

10. *Liberatio à malis* tum culpæ, tum pœnæ. Quod orent *Sed libera nos, &c.*

Atque hinc vidimus, vt notorium, infirmos multos, contribulatos ac tantum non pene deſperatos, redditos ſibi, Deo, vitæque nouæ; vt primum ſeſe in Fraternitatem hanc conſcribi conſenſerunt, & Pſalterium pie frequentare inſtituerunt.

Vnde Pſalterij merito mulierem cœcam vidi illuminatam: aliam malo dæmone obſeſſam ac rabidam, perfectè liberatam.

Iſta aliaque talia, & efficacia Domin. Orationis obtineri poſſe, nos Fides Chriſtiana docet, inde, ex quo eandem diuinam nos Orationem Chriſtus docuit: ſimul quoque in eadem bona petenda omnia, & quæcunque mala deprecanda, comprehendit: tum denique, & conſecuturum effectum velut promiſit iſtis. Matth. 7. Luc. 11. *Quærite, & inuenientis: pulſate, & aperietur vobis: petite, & accipietis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur.* Et ne rerum quicquam petendarum excepiſſe videri poſſit; addidit, Luc. 11. *Quicquid orantes*

*res petitis, credite, quia accipietis, & fiet vobis.* Atque prædicta capita dena in ipſis verbis Dominicis expreſſa eſſe, ſat ipſa loquuntur.

II. Salvtatio Angelica nunc qua ratione quindena Bona in ſeſe contineat, petentib. rite parata; quæ Pſaltis Mariæ tum pro Salutationis dignitate, tum pro merito Virginis, clementer à Deo concedantur; pari via modoque declarabo. Quindenis ea voculis conſtat plane diuinis: ne quis vel apicem in ea vacare myſterio putet, ecce tibi Fvctvs ſeu *Effecta* illius totidem perinde diuina. Recenſebo duntaxat. Bonum primum eſt, *Liberatio à Væ* maledictionis Euç: per Ave. 2. *Mentis illuminatio*, per inſpirationes, ſcientiarum informationes, & gratiam: per *Maria*. 1. Illuminatrix. 3. *Gratiæ donatio* ſingularis ſeruis ſuis peculiaribus conferenda: Quia *Gratia*, orant. 4. *Abundantia gratiæ* per plenitudinem Spiritus Sancti. Quia *Plena* orant, & ſingularem Mariæ plenitudinem prædicant. 5. *Dominium libertatis*, Galat. 4. *qua libertate nos Chriſtus liberauit.* Quia in *Dominus*, Dominæ Mariæ Dominationem ſingulariter extollunt.

6. *Aſsiſtentia Dei* in hac mũdi vita. Quia, *Tecum*, orant famuli de ſocietate Mariæ. 7. *Benedictio Angelica.* Quia, *Benedicta*, orantes Mariæ benedictionem venerantur Angelicam, item & ipſi ab Angelici benedicendi. 8. *Priuilegij ſpecialis* poſſeſsio, præalijs danda Pſaltis; quod in, *Tv* Deiparæ demonſtrent præcellentias alias ſupra mulieres. 9. *Miſericordiæ impetratio*: quod, *in mulieribus* eximiam Matrem miſericordiæ eminere confiteantur. 10. *Benedictio ſpecialis*: quia in dies centies, & quinquagies Dei Filio dicunt, *& benedictus*, qui benedicentes ſe benedicit.

11. *Fructus naturæ, gratiæ & gloriæ.* Quia in, *Fructus*, fructuum Fructum Mariæ certatim cohonorant Iesvm. 12. *Perfectio corporis* in natura, moribus, & fortuna, quantum ſaluti expedierit. Quia in, *Ventris*, voce laudant nobiliſſimum & puriſsimum, Virginitatis templum, & Trinitatis Triclinium. 13. *Familiaritas Mariæ* ſpecialis in vna donorum aliqua: quod in, *Tui*, ſpecialem Mariæ proprietatem quandam deſignant, quæ illa cumque fuerit. 14. *Salus gratiæ, & gloriæ*: pro qua orant in Iesvs. Math. 1. *Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum*: præſertim tales ſuæ ſalutis præcones & Pſaltas, Nominis ſui cultores perpetuos. 15. *Dignus honor Sacramentorum*: quem dum viuunt illis præſtabunt, & à quibus muniti dignius è viuis decedent, vt confeſſi, contriti, Viatico cibati, & inũcti. Quod Chriſtus, id eſt, Vnctus, toties frequentent pio corde & ore Pſaltæ coronarij Chriſti & Mariæ.



III. Dices. Non video, quem admodum ex Ang. Salutatio dicta quindena bona promanent.

Doleo cœcitatem: Et quia cœcus es, in foueam cadis. Audi igitur, ſi videas minus. 1. Chriſtiano addubitare nefas eſt; quin iſta, pluraque & maiora Bona diuinæ inſint Salutationi, atque eadem in *Maria gratia plena* extiterint. 2. Cum igitur huiuſce plenitudinis confeſſio, & laudatio digna, ab Pſaltis quotidie fiat, ac toties; cumque in diuinis Salutationis voculis eadem contenta quoque pie ac rite memorentur, & Virgini, ex ipſiusmet accepta theſauro hoc offerantu in ijſdem voculis, ceu phialis à Deo fictis ad id factiſque. 3. Cum denique veritas Chriſtus ſpondeat, pro dato reddendum danti centuplum, vel in hoc etiam mundo, fore: Ecquis eſſe Chriſtianus poteſt, quem ſancta fides & Spes iuſte ſinant vel Deo diſcredere, vel Bono diffidere, quin poſſit, & velit, vt Verba hæc ſua ſint *Verba vitæ*, ſintque res ipſa illius, *qui dixit, & facta ſunt.*

Ex quib. duo admirãda & adnotanda ſe fecerunt. Prius Dignitas, & vis & Poteſtas, Opulentia diuina, & ſanctitas Salutationis Ave, &c. Alterũ felicitas Pſaltarum, quibus eam inſpirare mentem dignatus eſt Deus, vt ſibi adlubeſcere ſinerent ad eam tantam Fraternitatem Pſalterij adque ipſum Diuinum, non iam ſolummodo Dauidicum, Pſalterium: In & cum quo verſantes; velut in *Fluminis impetu*, qui *lætificat Ciuitatem Dei*; quique *ſanctificabit tabernaculum eius*; quomodo vel mente capi poteſt, quin penitiſſime ab eo non permadeſcant?

IV. Quapropter ecce tibi, quiſque Pſaltes Mariæ corollas quindecim offert quotidie, ſed generis eas triplicis: Vnam in Quinquagena prima, *Roſarum*, & liliorum: alteram in ſecunda, *gemmarum*: tertiam in poſtrema, *ſtellarum*. Quis autem voces ſalutatorias non intelligit longe vincere roſas ſuavitate; gemmas, pretioſitate; ſtellas, claritate? Denique *hæc* vidit, & avdivit *à Virgine Maria ſupradictus Sponſus eiuſdem Mariæ Virginis? Et plurima de ſimilibus mirabiliſsima.*

***

CA-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## CAPVT XIX.

*Qui horum melius: Pſalterium Orare voce, vel mente? An Prædicare? Dictare? Propugnare id defendendo?*

DOmine ſervorum Chriſti fidelium metuende. Humana non quieſcens auiditas, ſæpius multa quærit impulſa leuitate, quã deuotione ducta.

I. QVÆSTIO. *Vtrum præſtet: Orare mente, an voce Pſalterium?*

DICO. 1. Scienti mentaliter id orare, haud neceſſe eſt vti voce. Auguſtini vox eſt: Oratio mentalis ſine voce valere poteſt, ſed vocalis, nequaquam eſt meritoria, ſine mente deuota. 2. Vocale ſimul & mentale Pſalterium melius eſt, quam alterum ſolum, quod ei duplex inſit bonum; pœnalitas maior ab corporis actu, & ab contentione mentis. 3. Talis Pſalterij vſus eſſe poteſt æternæ vitæ meritorius, vt pote pure voluntarius, nullo Eccleſiæ præcepto mandatus, & ex ſe bonus, vt ſupra patet.

II. QVÆSTIO. *Vtrum melius: Orationem iſthanc orare ad ſenſum Verborum: an rerum?*

DICO. 1. Meditationes Chriſti Incarnatione, Paſſione, Gloria; deque Sanctis, de virtutib. & vitijs pluris ſunt in Pſalterio, quam ad verborum ſenſum attentio: quia rerum alia atque; alia nouitate meditatarum tollit faſtidium. 2. Pſalterium hoc potius eſt inſtitutum ad ſe ſe ſub Deo colligendum, quam ad publice orandum idem in Eccleſia: cum liberæ ſit deuotionis, & non neceſſitatis. 3. Oportet vt Pſaltes Mariæ ſaltem intendat orare attente, tametſi actu non oret attente. Attentio actualis ad merendum neceſſaria non eſt, in hoc præſertim orandi modo libero: qui idcirco poteſt orari inter ambulandum, &c. modiſque alijs quibuſcunque libuerit, poteſt addere, demere, diuidere partes Pſalterij ad placitum.

III. QVÆSTIO. *Vtrum melius: Pſalterium prædicare, an Orare?* DICO (cæteris paribus) prædicare præſtat. Nam illud, quanto eſt communius bonum, ac vtilius; tanto & melius. Quanquam, quoad fervorem priuatæ deuotionis. Orare poteſt alteri præſtare.

IV. QVÆSTIO. *Quid iſtorum melius: Confeſſiones excipere, & in pœnitentiam iniungere Pſalterium: an idem contra oppugnantes propugnare: an orare tantum.* DISTINGVO. 1. Quoad bonum proximi, prædicta præcellunt iſti ſoli *Orare*. 2. Quoad vero bonum ſuum proprium; ipſum *Orare* poſſet ijs anteſtare. 3. Quanquam, Reconciliare, id in pœnam dare, defenſare, ſunt quaſi orare S. Aug. enim, *Omne opus bonum eſt oratio*, & vere.



V. QVÆSTIO. *Vtrum melius: Dictare quadam calamum de Pſalterio: an idem prædicare?* Dictare, inquod: 1. Quia dictator, eſt Doctorum doctor; qui inde ſimpliciores ad prædicandum erudiunt. 2. Et quia in dictatione maior eſt contemplatio, ad vitam contemplativam proprius, accedens; quam prædicatio, quæ activam pertinet. 3. Scriba eſt tanquam Moyſes quidam, Verbum Domini reuelans Aaroni. Prædicatores vero ſunt velut Aaron in verbo ſubiectus Moyſi. 4. Quanquam reſpectu laboris, charitatis neceſsitatis, ipſum *Prædicare*, altioris eſſe meriti poteſt, quam *dictare*.

VI. QVÆSTIO. *Vtrum melius: Scribere ſub altero dictante: an orare, prædicare, reconciliare? &c.* DICO. 1. Scribæ Doctorum Sanctorum, ſi fuerint in gratia; merentur Aureolam Doctorum, & gloriæ ſocietatem, etſi non paris cum Magiſtris. Quia vero iſti per magnam quotidie pœnam habent in mente ſub inde invita, inque corporis labore; item tentationis ſæpe diaboli pulſantur de omittenda ſcriptione, de valetudine ſibi inde lædenda, &c. ideo quoad hæc talia, maioris eſſe meriti queunt, vt qui in pœna maiore verſentur: præterquam quod cauſa ſalutis ſint multis, ex eorum ſcriptorum vſu procurandæ. Verum ex pura deuotione ſcribant oportet, non auiditate lucelli.

3. Magni item ſunt meriti, qui conſcripta communicant alijs ac evulgant. Iſti enim ſunt velut aurigæ, quibus vaſa doctrinæ ſancti Spiritus deferuntur in orbem. Et tales par eſt vt in Fraternitate Pſalterij recenſeantur: qui etſi minus facto, at voto tamen id orant, & offerunt: quin etiã in æquivalenti Chriſtum & Mariam colunt.

VII. Denique vnum hic referam, ab ipſa Virg. Mariam cuidam ſibi deuote reuelatum infra annos quatuor, quæ aiebat: EGO *impetraui à Filio meo, quod omnes in iſta Confraternitati habere poſsint in Confratres ſuos totam Curiam cœleſtem, in vita, & in morte: quoad omnium meritoram cum ſanctis communicationem, ac ſi ipſi Beati in hac mortalitate vnam eademque cum ipſis haberent Fraternitatem.* Admirabatur ille, nil credens dicto Cui illa: *Cur non credis eos ſodales eſſe: cum Pſaltæ mei in mundo in agunt, quod Beati in cælis omnes ſemper faciunt?* Vnde S. Gregorius infert: Homines venire ad Angelorũ Ordines, quorum tenuerunt in vita actus officiorum.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## CAPVT XX.

### *De Geſtatione Pſalterij.*

EPiſcope Chriſti famulorum pijſſime. I. Quæritur: *An ſit conueniens ad zonam, vel manum, aliterue circumferre ſecum Patriloquium, ſiue Coronam roſariam?* Dico: Id decet, & expedit: ob humanæ memoriæ labilitatem: Ob paratiorem vſum in promptu: Ob exemplum bonum, quod in vtroque Teſt. omnibus eſt mandatum.

II. *An exemplum iſtud ſit meritorium?* Dico: ſi fiat citra hypocryſin, & cum pietatis augendæ intentione, ad alios in eundem Dei cultum pertrahẽdos; hoc vero non poteſt non eſſe meritorium. In ſimili caſu quid legitur in revelationibus S. Brigittæ, quæ & ipſa mirifica cum deuotione Pſalterium hoc triuit & viſitauit. Et ego de hoc certiſsimum ſum.

III. *Vtrum vtilius; Portare in manifeſto: an non portare, ſed orare tamen in occulto?* Dico. 1. Quod exemplum ædificationis, maxime externum, neceſſarium Eccleſiæ, vtilius eſt *geſtare*. At quo ad efficiam impetrationis, vtilius eſt *Orare*: cæteris paribus. Quia Charitas vtriuſque menſura eſt ac pondus. Si ex maiori charitate pro Salute plurium quis gerat tantum, & non oret; ſine dubio magis meretur. Sin' autem ex minore charitate, minus promerebitur: Æqualiter, ſi cum æquali. 2. Verumtamen ex parte laboris in orando, & fructus; orare, quam portare, fuerit ſalutarius.

IV. *An conueniat ſæcularis Dominis Dominasque id geſtare?* Et vel maxime: Quia tenetur ex officio recte factorum exẽplum minoribus de ſe ſe præbere: hocque magis, quia alijs bonis operibus ſubinde minus vocare, aut ſeſe impendere valent, aut nolunt.

V. *An Eccleſiaſticos, Plebanos, Religioſos id geſtare conueniat?* Quid obſtat? Ipſi, plenus laicis cæteris, ad Chriſti Mariæque cultum obligantur? Ipſi, vi ſtatus ſui, exemplo eſſe bono, quacunque in re ſacra, laicis eſſe tenentur: At conſtat, quod Laici eos immitari nõ ita poſſint invictus temperantia in veſtitus modeſtia: nec in Scientia, Doctrina, Diſciplina, nec in Orationibus publicis Eccleſiæ, &c. ob diverſitatem ſtatus altioris: Verum in comprecando gerendo que Pſalterio hoc imitari populus Cleru ſacrum, ceu patres ſuos filij, poſſunt.

VI. En Exemplvm. Legitur, apud M. Thomam de Tẽplo, S. Dominici ſocium in prædicando Pſalterio: Per id ætatis in Hiſpania Epiſcopum quendam maximum, plebis ſuæ ſibi commiſſæ depravatos mores haud quaque ad frugem bonam reducere valuiſſe: quicquid diu, per que ſæpe, quin aſſidue attentaret. Demum multis irrito expertis euentu, ipſius ſedet animo, per Pſalterij commendationim, ſibi hactenus intentatam, experiri. Igitur ipſe primus grandem ſatis precariam Coronam, & ſingulo ſuſpenſam gerere aſpectabilem, nouo id loci exemplo. Nouitas ſpectaculi admirationem primum dedit in vulgus. ad ſpectaculum vero mox vt acceſſit prædicatio: iam huius claui aures ſubditorũ referabat: huius claua animos ob duratorũ pulſabat: huius vi & gratia, cruda ac dura virum pectora ſenſim ſubruebat, partim effringebat; dum denique robuſtam inueteratæ obſtinaciæ molem funditus euerſam, cõmminutamque diſsiparet. Inter cætera, fuit iſta Paſtoris boni vox pro concione: *Ecce*, inquit, (ſuum illud ſpectabile roſarium elata manu præferens oſtentui præbebat) *ecce, tanta dignitas eſt, ac plena ſalutis vtilitas Pſalterij Virg. Mar. inclytæ Mariæ: vt ego: qui & Põtifex ſum veſter, & Sacra Theologiæ, ſimul vtriuſque Iuris Doctor: illud in zona mecum quaqua verſus, domi foris circumgeram: velut Sacri Pontificatus mei, Doctoratus, omniumque bonorum gloriam ſummam, gloriæque coronam.* Dixit: ſimul tela ſub eorum animis fixit ignita. Exinde ligna porro ſimilia foro ſubijcere perexit: collapſæ, emortuæque pietatis ſenſum ſenſim induxit? vſuque ipſo ad Pſalterij orationem aſſuefecit; denique iacentem pietatem ac honeſtatem publicam ſic erexit, vt velut ab anteactæ vitæ inferis exiſtentes, in luce noua ſeſe mirarentur. Itaque in alios repente viros mutati, vitam pariter moreſque commutauere.

VI. Addo 2 quod vidi. 1. Tres vidi in Alamania Epiſcopos, & hos ex collo ſuſpenſa ferre nuda, & conſpicua Pſalteria. O nobiles torques! 2. Et ipſe ego compluribus Epiſcopis, diuerſis in locis, dedi Pſalteria, quæ & ij manifeſta cum gaudio & conſolatione ſua interiore, pulcherrimo cum exẽplo atq́ ſpectaculo geſtabãt.

3. Apud noſtrum P. M. Thomam de Templo legere me memini, ea in veneratione, S. Dominici ætate, habitum fuiſſe Pſalterium, vt, qui vel novum vitæ ſtatum orditetur, aut officium auſpicabatur: ipſum protinus cum Pſalterio, pietatis indice, comparare in publico fuerit neceſſe, niſi de viri boni nomine periclitari vellet? Quid? Sponſum, vel ſpon-

ſponſam, ab Pſalterio vidiſſe nudos monſtrum aut ominis mali portentum fuiſſet creditum.

4. Qui vel adiſcendo mechanico opificio applicabatur, vel ad nauandam literis operam ludo includebatur; is vna cum Pſalterio addito in tyrocinium tradebatur. Nullus cuiuſquam artis, vt artium liberalium capeſſere Magiſterium ſinebatur, ni cum Pſalterio inſignior comparuiſſet. Religionem ingreſſuri, mercaturam peregre ſecuturi, caſtra ſectaturi, in hoſtem infeſta ſigna illaturi, per mare vela daturi, aut quodaliud tale aggreſſuri, inauſpicata cenſebantur omnia, ni Pſalterij comitante freti tutela ſibi conſuluiſſent. Atque ea mentes religione imbuebantur cum alibi late; tum vero per Hiſpaniam præſertim ac Italiam omnem. Nimirum ita ſibi perſuaſum habebant pie; Pſalterium geſtatum eſſe Dominici iudicium iſtius ac teſtimonium, quod ſibi cordi ſumeret quiſque: *Primum quærite regnum Dei, & iuſtitiam, & hæc omnia adijcientur vobis.* Enimvero Dei regnum & iuſtitia eius per Angel. Salutationem intromit in orbem, perque Dom. Orationem tenetur.

Vidi ego feſſæ ætatis cum veneranda canitie viros, aniuſque decrepitas, qui ſuopte exemplo, & ex maiorum memoria repetito ſermone ipſis, iam ſuperius recitatis, ſimilia teſtabantur.

VII. Qvæstio. *Cuiuſmodi eſſe deceat coronas precarias?* 1. Nvmero, ſint decadum quindecim; totidemque hæ globulis interſtinctæ, vel ſignis grandioribus. Aut, ſit Quinquagena vna ſic diſpoſita, quæ ter in orbem repetita precando conficit Pſalterium. 2. Materia, ſint qua libuerit pulchra tamen eſſe præſtiterit: tum quod pulchra delectent, vt alacritatis irritamenta: tum quod pulcherrimarum ſint precularum inſtrumenta, & indicia. Nec is delectus formæ adſcribendus vanæ eſt gloriæ, ſed laudi potius diuinæ: cuius incitamentum, & augmentum, & ornamentum laudabiliter rerum ad Dei cultum ſpectantium pretio, ac pulchritudine, & magnifica ſubinde cū pompa quæritur. Ita amat Eccleſia celebrare Diuina omnia, quanta licet ampliſſima cum maieſtate. Quæ ſordida ſunt, ſordeſcant adhuc, pulchris pulchra quadrantque, placentque. Qua cauſa imagines Chriſti, Mariæ, & Sanctorum, & picturas, Eccleſia conſectatur inſignitiores: adeſas carie, deformes ve ſtatuas abruit humo, quæ picturarum tabulæ ducto ſitu marcuerunt, vt offendicula renouet oculorum. Signa igitur rebus ſignatis conformia ſunto.

1. Credo talia B. Virginem cuidam deuoto ſibi aliquandó reuelaſſe. 2. Hoc ſcio: Sæpius apparcit Auguſta Diuorum Diua Regina, cum illuſtrij in manibus Pſalterio. Dixitque; etſi quandoque indigni ſint mortalium quidam ſpecioſis, aut pretioſis Pſalterijs: ego tamen, cui deſeruiunt, eis digniſſima ſic deſignor.

VIII. Encomia nunc Typica S. Script. Pſalterium pauca quædam congeramus. Calculi precarij. 1. Sunt *Lapides*, de monte contemplationis exciſi, *Dan.* 2. 2. *Lapides grandinis*, *Ioſ.* 10. in hoſtes fidei de cœlo grandinantes. 3. Sunt *Lapides Adiutorij* 1. Reg. 4. contra Philiſtæos mundi opitulantes. 4. Sunt *Lapides funda* Dauidis, 1. Reg. 17. Satanicum Goliam proſternentes. 5. Sunt *Malogranata*, Exod. 39. in cæteris Aaronici cultus ſacris ornamentis inſignita. 6. *Anſæ velorum Tabernaculi*, Exod. 26. & 36. Item 7. Sunt *Gradus* in ſcala Iacob. Geneſ. 28. 8. Sunt *Lapides*, 3. Reg. 6. Templi Salomonis, & *Apoc.* 21. murorum Ieruſalem. 9. Sunt *anſulæ thuribuli* Domini. Exod. 26. 10. Sunt annuli catenæ, qua reuinctum Angelus ligauit in abyſſo.

Iſtud ſciendum, nec obiter: venerandam ſic antiquitatem conſueſſe, adque nos tranſmiſiſſe morem ſanctum, vt unquam Oratio Domin. abſque Angelic. Salutatione diceretur.

IX. Qværes denique: *Signa Pſalterij qualiter ſignificent?* Sicut, inque ſcriptura & voces ſigna ſunt rerum ad placitum: ita Pſalterium hoc in Nouo Teſt. 1. De peruulgato ritu ſignorū precariorum in Vet. Teſt. narrant Rabbi Moyſes, Salomon, & Rabbi Andreas; quod *vterque ſexus Hebræorum*, in manibus, inque zonis geſtare ſigna cōſueverit, pro orationum numero, iuxta orantis cuiuſque devotionem plura, ſeu pauciora: vt velut menſuram propoſito terminumque ſuo ponerent, infra quem nollent oratum. Hoc imperare ſibi eſt, atque tépori. 2. Vnde non incredibile videri debebit, vel ipſos *Chriſti Apoſtolos* precationum ſigna tuliſſe, quo latius ordine numeroque precarentur. Teſtem ſe exemplo fecit S. Bartholomæus, quaternas die noctéque perſolvens Quinquagenas, totidem cum humi poſtrationibus, vt ſupra retulimus.

3. De S. Eligio proditū accepimus, paraſſe eum cathedrā ſibi, viſendam ab c1. clauis aureis, & argenteis: itemque alijs xv. maioris notę interſertis. Secundū quæ ſic fixa ſigna Pſalterium Virg. oraſſe legi Wiſmarię Ducatus Magnopolēſis, in libro de mirabilibus mundi.





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## CAPVT XXI.

*De Pſalteriorum diſtributione facta vulgo.*

AVtor ſingularis, Promotor, ac Protector famulorum Chriſti ac Mariæ. I. Diſtribuere Pſalteria bonum, decorum eſt, & ſalutare. Rationes ſibi conſtant. 1. Quia elargiri eleemoſynas, maxime ſpiritales, quale iſtud, bonum eſſe quis negarit? 2. Dare in Eccleſias Sacros Diuinorum Officiorum libros, eſt ſaluti: quid in & manualia Pſalteria: quia laicorum libri recte appelantur, quin & Doctorum, ac Principum? 3. Cuique mãdatum eſt de proximo ſuo, vt cum ad maius vſque bonum prouehere adlaboret: Aſt id talibus fit donariuis. 4. Quia bonum eſt diffuſivum, & communicativum ſui. Forma autem ratioque Fraternitatis noſtræ in mutua communicatione conſiſtit. Quare cum ea in ſpiritalib. ſalutaris ſit, in iſthoc quoque genere largitionis inſigniter meritorium eſſe, non erit, opinor qui inficias ea. 5. Opera miſericordiæ corporalia in cœlis certa corona manet, & laut in terris: an in ijs dona coronaria, facta indigis, haud in poſtremis accenſeo. Quippe, *quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis*: ait Dominus, itemque Domina Virgo parens dixerit.

II. Exemplvm propono S. Dominicum, qui verus Prædicator S. Euangelij fuit, & vero huius plantator Pſalterij, ac largiſſimus inter innumeros diſtributor: Sauos ille Roſariorum plenes ſubinde circumuectabat; quos ei Principum, Baronum, procerumque pietas ſuggerebat diſtribuendos.

2. Ipſe vidi iuxta copioſos, ac inopes, queis tanti eſſet donativum Pſalterium, quanti nec pecuniam æſtimaſſent.

3. Legi quoque de late celebri viro, & ab flagitiorum infamia inſigni; cui, poſt vitæ, ad ſaniora conuerſionem, iſtud potiſſimum ſaluti dabatur, ac inter Cœlites poſt facta gloriæ extitiſſe, quod tam grauiter, quam liberaliter in hoc vtrum diribendorum pſalterioru͂ ſtudium incubuiſſet.

## CAPVT XXII.

*De obiectionum reſolutione.*

DEfenſor inuictiſsime fratrum Chriſti. I. Dicta hactenus & declarata ſubire calumniam poterunt vel à maleuolis, aut imperitis, aut ab horum vtriſque. Nec mirum, vel nouum. 1. Per quam vtentes enim hyemes, tempeſtateſque





que ſæuas, granum tritici in calamum ſurgit, culmumque progreditur. 2. Aduerſis Eccleſia; creuerunt & adverſis Pſalteria. 3. Vere S. Auguſtinus. Falſitas, malitia, ignorantia, & curioſitas non ceſſarunt ab initio mundi. Veritatem impugnare, nec ommiterent. 4. Quanta tulit ſacra Pagina ab hæreticis, Iudæis, Ethnicis?

1. Verum, ait Philoſophus: Qualis in vita quiſque fuerit, talia & iudicat & loquitur. 2. Vnde mali, & qui ſunt de mundo, Diuina ſemper iudicant humano modo, & male: ſicut de miraculis medici modo naturali: de Eccleſiaſticis iuriſtæ iuxta leges humanas. 3. Quare ſicut per humanam rationem attingere Eidem poſſibile non eſt, ita nec ad miraculorum, aut prophetiarum, ac revelationum diuinarum notitiam. 4. Iuſte igitur contra tales, ſupra ſe ſapiẽtes, cæcos, & notuas exclamat Iſaias, cap. 6. *Excæca cor populi huius, & aures ipſius aggraua, vt non intelligant, & non videant.* 5. Ex eo manauit error Phariſæorum, ac Iudæorum circa Chriſtum eiuſque miracula: Neque Apoſtolis crediderunt. Veruntamen *hactenus de Pſalterio in medium alia, ſoli haud nituntur revelationi. Poſito autem; de illa non dato, quod nulla de ijs vnquam contigiſſet reuelatio: dictorum tamen verita: ſuis, ipſa ſtat conſtatque rationibus, quæ nulli ſint ratione pari refragabiles.*

Proinde obiectiunculas, inanes velut calumnias, ſecura aſpernantur veritas. Proponam tamen non nullas, vt ex earum potioribus reliquarum æſtimetur vanitas.

1. Obiectio: *Pſalterij Fraternitas eſt mera nouitas.* 2. Nec *approbata.* 3. *Et ſuperſtitioſa.* 4. *Et præſumptuoſa.*

De I. Dico: Noua eſt quoad reſtitutionem: at inſtitutione peruetus eſt.

De II. Negatur falſum, 1. Nam Pſalterij Confraternitas eſt non niſi Ang. Annunciationis quotidiana feſtiuitas: Annunciatio enim eſt idem quod Angel. Salutatio: & huius ac iſtius eadem eſt ſicut vtriuſque repetita commemoratio. Quis vero non approbatam eſſe in Eccleſia Annuntiationẽ? dixerit: 2. Quis plurimas coire paſſim Fraternitates in ſolemnitate Annuntiatione ignoraret ſolus: quod orbis & hic ſol teſtis contuetur, & exultat Eccleſia? 3. Si die Annunciationis congregantium ſe ſe in Miſſis ſolum paucis communicatio permiſſa, & adprobata recte laudatur: tanta ex omnibus pijs operibus meritorum quanta per omnes orbis oras patet, coalita, florens, vigenſque

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

que Fraternitas cuiquam minus adprobata videbitur. Hæcve ſciens volenſque cœca eſt maledicendi libido, ac deſtinata malitia.

De III. *Superſtitioſam* vocas? Parcat tibi Deus de iniuria, & forte blaſphemia adverſus charitatem Chriſti, Mariæ, totiuſque Communitatis piæ.

De VI. *Præſumptuoſam* appellas? Tua eſt præſumptio nõ ferenda: qui tam ſanctam, & ſalutarem, multiſque claram ex Deo miraculis, Communionem ore ſic impuro proſcindis. Elymæ Magi, *Act.* 13. ea eſt impietas, vbique D. Paulo reſiſtentis; quem vindex denique percuſſit cæcitas.

II. Obiectio. *Per iſtas Communicatas orationes populus iniunctas omittet pœnitentias; Clerus Horas Canonicas poſthabebit.* Præclare ſc. Huic rationi, ſeu delirationi, ſi quod vllum ineſſet pondus, iam ipſa Dom. Oratio, & Ang. Salutatio ex corde, ex orbe Chriſtiano procul eliminato ceſſarent, in ſolis pœnitentijs ac Horis duntaxat reſervarentur. Non intelligis eas preces in hiſce teneri ex præcepto neceſsitatis; at in Pſalterio frequentantur ex libero inſtituto piæ voluntatis. *Voluntarie autem ſacrificabo tibi:* Vnde pulcre Boetius: Omnia ſuadent vltra neceſſarias orationes habere priuatas. Ratio S. Bernardi eſt: Quia orationes priuatæ nos adiuvant, vt ſanctius & vtilius oremus publicas Eccleſiæ. Et Apoſtolus: *Sine intermiſsione orate, vt non intretis in tentationem.*

III. Obiectio. *Si Fraternitates in templo ſſ. Prædicatorum aut ſſ. Minorum, ſeu quorumcunque religioſorum congregari ſolum debeunt: tam parœchiæ deſerta nudabunt, iura earum & emolumenta imminuentur, &c.* 1. Hic rancor eſt, ſubeſtque auaritia. Age, ſanabere: tantum ſi ad laboraveris, id quod orate, vt in parœcia tua Fraternitas Pſalterij frequentiſſima fiat. (*Id ætatis necdum inhibuerant illud Pontifices:*) Equidem iam nunc vltra quinquaginta millia hominum ex omnibus hiſce circum locis, & omni ordine ac ſtatu. 2. Deinde querelis tuis contrarias è Plebanis accepi commendationes: quod, ex quo, Fraternitatem Pſalterij Fideles acceperunt; cœperunt reſtitutiones fieri: executioni teſtamenta dari, frequentari Miſſæ, donationes conferri in Eccleſiam, &c. Hæc tuo procul metui diſſonant.

IV. Obiectio. *Cæcus ad Fraternitatates vulgus, etſi nõ modo, ſed occaſione quondam ſe dante, ad factionum conſpirationes ſuis conuenticulis abuti poſſunt tutius.* Quid dicam hic, niſi, *Narrauerunt mihi iniqui fabulationis.* 1. Talia malignantium flabella iuſti dare poſſunt animorum diſſidia. 2. At vero charitas fraternitatis diſſidentes vnit, vnitos in concordia ſervat, & omnem deteſtari proculque fugere diſcordiam docet, ſi conſonare non valeat. 3. Qui cum Chriſto, & Matre Chriſti colligit, non diſpergit. 4. Vnionem quoque inſcriptio ſtabilit & confirmat. 5. Non ita ſervos ſuos peculiares Chriſtus & Maria amant frigide, vt conſœderatos zeloſa pietate, ad infandas, prælabi temere ſinat factiones. Vah, quam iſtud eſt male interpretari charitatem Chriſti? Horrent aures piæ blaſphemiam.



V. Obiectio. *Somnia, phãtaſias, anileſque fabulas pro miris & magnis, & Reuelatis vendit ea fraternitas.* Hiſce cum omni pietate & compaſſione reſpondeo: 1. Quæ mira de Pſalterio ex Dei Deiparæque miſericordia, revelantur, & tacito nomine, ad ædificationem & inſtructionem commemorantur, ea credere nemo attinetur. Qui vult, & poteſt, capiat. Sed viderit, qui temere contempſerit. Bene S. Baſilius: Maleuoli iuſtis iniuriari poſſunt, ſed veritatem, etſi occulere, opprimere tamẽ non poſſunt. Atque iſtud Prophetæ, Apoſtoli, Sanctique viri ſpernentes ſeſe murum pro veritate conſtantea oppoſuerunt.

2. Deinde: Fac eſſe nullam vnquam Deus revelationẽ de Pſalterio facere ſit dignatus: Ea tamen eſt ſubſtantia Pſalterij, materies, & forma, ratioque certa, vt ad veritatem ſuam nil opus habeat fulcimento revelationum. Dixi: ſeipſo firmo ſtat Pſalterium: *& portæ inferi non prævalebunt adverſus* Dom. Oration. & Ang. Salutat. Euangel.

3. Ad hæc, quas *novas ac nuperas revelationes* commemoro, ſicut ſcio, illas non aſſero adhuc ab Eccleſia eſſe probatas, ſed tanquam pias cuiuſque devotioni, & libertati audientium ac legentium relinquo.

4. Eſto: nondum habeant approbationem, approbabiles tamen ſunt: nec minus, quam earum ſimiles, quas probatorum ſcriptorum paſſim monumenta loquuntur, nec ipſas adhuc ſolemni atteſtatione canonica approbatas, & tamen non idcirco reprobatas, neque Doctrinæ, Diſciplinæque, aut Canonibus Eccleſiæ quicquã repugnantes.

5. Pſalterij quoque id eſt, orationis Domin. & Angel. Salutation. Diuinam dignitatẽ quid obſtat, quo minus Deus glorioſis revelationibus, & miraculoſis operationibus dignari velit, aut valeat? Cum earum finis, & vſus noſtra ſit ſanctificatio, & ſalvatio.

CA-

## CAPVT XXIII.

*De Pſalterij, & Fraternitatis promotoribus, Patronis, & protectoribus.*

ALtiſsime his in oris Præſul Eccleſiæ. Prædicatores, Patroni, propagatores, & propugnatores Pſalterij debita ipſis laude ſunt minime defraudandi.

I. Hi enim ſunt *maiores Angeli* Dei, qui minores lumine colluſtrarunt in Cœlo, vt in amore ac honore Dei creatoris perſtarent. 2. Sunt, vt *bonus Abel*. Dei cultum promoventes, vt Seth, nomen Domini inuocantes, *Geneſ.*4. 3. Sunt *alter Noe,Geneſ.*7. in arca Fraternitatis animas multas ab diluvio peccatorum conſervantes: Nam fœderis arcam pro reis, in ſignum pacis, erigunt; ad tentatos ſubmitti precantur columbam cum oliuæ ramo diuinæ pietatis. 4. Sunt Abrahami, captiuos eripientes de manu gentis peccatricis, *Geneſ.* 14. 5. Sunt, *vt Iſaac*, fodientes puteus aquarum gratiæ & benedictionis, *Geneſ.*26.

II. 6. Hi cœli ſcalam erigunt, cum Iacob, *Geneſ.* 28. qua ad Deum peccatores redire poſſunt. 7. Hi ſeminant cum Iacob, *Geneſ.*26. agros gratiarum, & vberrimam in horreis meſſem condũt. 8. Horum ſurgunt, vt Ioſephiani manipuli, *Geneſ.*37. bonæ gratiæ & famæ, & ab alijs in admiratione pariter ac veneratione habentur. 9. Hi, vt Ioſeph Ægypti, *Geneſ.*41. quidam ſunt orbis Saluatores, quem ſuis Pſalteriorum comprecationibus ſuſtentant. 10. Hi, tanquam Moyſes, fideles paſcunt oves precibus, qui per Virgam pœnitentiæ mira & magna deſignant ad peccatorum converſiones, ſanctioreſque converſationes, ad multas & graves dæmonibus plagas infligẽdas: ad liberandos è ſervitute in conſcientia vinctos: ad devocandum vel è cœlo manna gratiæ, & Euchariſtiæ, ad evocandum è petris lachrymas pœnitentiæ, ad perducendos fratres in montem ſupernæ & æternæ quietis.

III. 11. Sunt, *vt Ioſue*, ſiccos per mundi Iordanem medium traducentes confratres; dum exemplo merito, & eloquio iuxta probos improboſque ad Dei cultum formant, ac reformant. 12. *Sunt Samueles*, 1.*Reg.*8. populi inſtructores, & ad omnem vitæ honeſtatem Duces. 13. Sunt *Dauides*, 1.*Reg.*17. in funda Pſalterij, & quinque limpidiſſimis lapidibus Quinquagenæ Goliam ſatuitæ proſternentes. 14. Sunt *Helia*, 3.*Reg.* 19. zelantem zelum Legis, ad contumacium internecionem, & reſipiſcentium ſalutem. 15. Sunt *Heliſæi*, in ſignis & prodigijs mira multa virtute Pſalterij perpetrantes.

IV. 16. *Ecce inuictos Ieremias*, catenam Pſalterij ex collo, ad prædicandam reis iniquitatem ſimul & pœnitentiam circumferentes. 17. *Ecce Danieles*, per feneſtram vulnerum Chriſti verſus domum Dei multum orantes. 18. *Ecce Zorobabeles*, educentes è Babylonica plurimos captiuitate. 19. *Ecce Iſaias*, incarnationẽ Chriſti, paſſionem, & doctrinæ fontes orando, mendicandoque ſedulo perſcrutantes & prædicãtes. 20. *Ecce Eſdras, & Nehemias*, defoſſum ac putiſcentem ignem charitatis ſuſcitantes; legem omiſſam reſtituentes, & Eccleſiæ Ieruſalem reædificantes.

V. 21. Hi ſunt *Gabrielis ſocij* in Ang. Salutatione mundo ſæpius annunciantes. 22. *Angelorum confratres* ſunt, pacem confraternitatis hominibus bonæ voluntatis imprecantes cum diuina laude Chriſti nati ſalvo vtero Virginali. 23. Iſti ſunt *Diſcipuli imitatores Chriſti*, & ſequaces; ſunt Apoſtoli Euangelium Salutationis, & orationis orbi commendantes. 24. Sunt *mediatores* gentibus, & ægris vt ad Chriſtum ſanandi perducantur. 25. Sunt *Spectatores* Dominicæ Transfigurationis, agonizationis in horto, crucifixionis in monte, & aſcenſionis teſtes, & prædicatores.

Hæc inueni & legi *in Mariali Ioan. de Monte*, Prædicatoris, & in prædicatione indiuidui comitis S. P. noſtri Dominici.



## CAPVT XXIV.

*De Pſalterij detractoribus ac depravatoribus, deque Fraternitatis eiuſdem vituperatoribus.*

DVlciſſime ouium Chriſti Pater & Paſtor. Non deſunt, qui Pſalterio Filij & Matris Dei, ac earundem in Fraternitate famulis, ex certa partim malitia, & invidia diaboli; partim ex ignorantia, ſed affectata aut ſupina, detrahere nihil vel erubeſcunt, vel ex horreſcunt. Maledicẽtiam vero ſtringunt virulentam in prædicta non ſine graui puſillorum ſcandalo, & perturbatione deuotorum. Quales iſti? In Typis ſunt agnoſcendi.

I. Hi ſunt *Draco magnus, faciens bellum contra mulierem* Virginem, Apoc.12. qui cauda ſui erroris trahit tertiam partem ſtellarum cœli, id eſt, deuotorum, & mittit eas in terram



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſcandali. Heu! Peſtilens lingua viperæ in momento plus vno poteſt afflatu inficere, quá omnis medicorum ars & induſtria ad reſtitutionem valetudinis conatu longe proficere. Adiuvat eam humanæ ad malum naturæ procliuitas. 2. Illi ſunt, *vt Serpens, Geneſ.* 3. protoplaſtarum ſeductor. 3. Sunt, vt *Eua* fatua; qui per ſapientiam carnis eijci multos faciunt è Paradiſo deuotionis in Pſalterio Virginis. 4. Hi ſunt *Geneſ.* 37. *fera peſſima* invidiæ, qui deuorant Ioſephos iuſtiores ſe & perſequuntur. 5. Sunt, *vt ſpeculatores* terræ promiſſionis, falſa Iſraelitis de ea nunciantes, *Deuter.* 2. vt eorum ſicophantia populus in deſerto moriatur.

II. 6. Sunt *viri magni*, terram promiſſam S. Scripturæ agnoſcentes, ſed vulgus verbis, & exemplis à vera vitæ via auerſum ad mortem pertrahentes. 7. Iſti ſunt *Achan* Ierichũtini anathematis cupidi, per dolum, ideoque, *Ioſ.* 7. omnem populum Domini perturbant. Væ ijs ab euentu lapidationis, & combuſtionis? 8. Iſti ſunt, vt Phenenna, vxor Helcanæ, 1. *Reg.* 1. deuotam orationibus prophetizam Annam irriſui habentes: at demum maledictione puniendi. 9. Iſti ſunt Heli orantem S. Annam Fraternitatem æſtimantes ebriam, filiamque Belial. Væ iſtis à morte præcipite. 10. Iſti ſunt *vt Manaſſes*, Prophetarum traducidator, & diuinæ Legis ſubverſor 4. *Reg.* 21.

III. 11. Sunt, *vt Nabuchodonoſor*, euerſor ciuitatis ſanctæ, & templi Dei. Væ! Quærent olim pœnitentiæ ſpatium, & invenire non valebunt. 12. Sũt, *vt Herodes*, infanticida, parvulos rudis vulgi ſcandalizantes per linguæ detractricis mucronem ſæuum. Eugant illi Ieſum ac Mariam in Ægyptum, dum à deuotione recta plebem ad profana pertrahunt. 13. Iſti ſunt *Phariſæi* calumniatores doctrinæ Chriſti, ac vitæ illius inſidiatores. 14. Ijdem ſunt irriſores pendentis in cruce Domini, proque ſalute mundi exorantis. 15. Iſti ſunt *Puteus Abyſſi, Apoc.* 9. fumo ſuæ vanitatis mundum opplentes, & ex eo locuſtas errorum & ſcandalorum in Dei ſeruos emittentes: *Væ mundo à ſcandalo!* Ab iſto, alijſque VÆ liberat Liberatricis AVE, per IESVM CHRISTVM.

Quare, Pſalm. 150. *Laudate eum in Pſalterio.* Pſalm. 32. *In Pſalterio decem chordarum pſallite illi. Cantate Domino Canticum nouum.* Ang. Salutationis: *Cantate Domino omni terra*, id eſt omnis homo, Roman. 16. *Salutate Mariam* Deiparam, *quæ multum mecum laborauit in vobis.* Cantate ſicut Cantores in Tabernaculo Moyſis, & Templo Salomonis, vt cum Angelis Sanctiſſimam Trinitatem & Sanctorum Reginam in æterna felicitate laudemus, per IESVM CHRISTVM. Amen.

* * *

FINIS APOLOGIÆ.





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# PARS SECVNDA COPPENSTEINIJ ALANI DE RVPE REDIVIVI.

De (Relationibus. (Reuelationibus. (Viſionibus.

## CAPVT I.

*Prologus encomiaſticus in Pſalterium Sponſi ac Sponſæ* Iesv Christi, *ac Deiparæ Virginis* Mariæ.

I. Devs *Canticum nouum, cantabo tibi; in* Psalterio Decachordo *pſallam tibi*, Pſal. 143. Quo, & cultores Dei adhortatur idem Pſaltes, Pſal. 97. *Cantate Domino Canticum nouum, quia mirabilia fecit*; nimirum in Filij ſui Incarnatione, Paſſione, & Reſurrectione. Quæ cum in cæteris à Deo profectis in nos beneficijs locum facile principem ſibi vendicent, vt pro ijs totam quiſque Deo animam debeat Chriſtianus: omnino eſt neceſſe, vt animas quoque noſtras ante conſpectum Dei in ipſius laudes corde toto, & ore, ac opere certatim effundamus: neu quod ingrati animi lethale nobis crimen inhæreſcat. Quo magis obſequendum eſt Pſaltæ monenti: *Cantate Domino Canticum nouum.*

I. Novvm: Quippe quod, ſi D. Bernardum audimus, diuinum illud Sponſi eſt ac Sponſæ Epithalamium, geminum Noui



Noui Euangelij, datum ex ore Dei Oraculum. Quorum alterum Dei Sponſæ Mariæ Paranymphus Gabriel; alterū Sponſus Eccleſiæ ſuæ Chriſtus reddebat. Vnde & illud Angelica Salutatio: hoc, Dominica Oratio: vtrumque ex reipſa nomen, prænomen ab Autore, acceperunt.

2. Novvm quoque idem Canticum, id eſt, Dei Deiparæque rite colēdæ Modulum, velut diuinis in auribus gratioſiſſime ſymphoniacum. 1. Alterum, quia Noui Teſtamenti principium, voxque Euangelij prima extitit: in qua tanquam ſeminum minimo Sinapi grandis arborum Arbor Euangeliū nouum vniuerſum virtute reſidebat, adeoque partes illius ſingulæ minutæque dein perſcriptæ, velut ſemina plurima vno in capite papauerino, continebantur. 2. Alterum, quia eiuſdem Sacri Inſtrumenti noui Euangelici Primus, & Vnicus fuit Devm orandi colendique ritus nouus, Formularis, ac vniuerſalis, ab ipſo Domino traditus Diſcipulis: cæterarum exinde ſubſecutarum in Eccleſia noua prædicandi formularum factus ipſe Parens, fons, & caput. Ad quod proinde omnes reliquæ: ſicut è mari progreſſa, in idem mare terrarum flumina demum redundaſſet, ſic ex vna hac Oratione Dominica deriuatæ ad eandem retro referantur oportet.

3. Deinde Novvm: quia nouum è cœlo datum id hominibus eſt remedium, ad condonationem delictorum noſtris etiam, diuinis eatenus, precibus impetrandam. Et vero ipſum eſt Poteſtatis inexplicabilis, inque Deo infinitæ, vtilitatis ac virtutis inenarrabilis; ſuauitatis quoque inæſtimabilis. Diuinorum iſtud ſolatiorum eſt donatiuum, reuelationum ſacrarum procuratiuum, & miraculorum maximorum operatiuum. Enimvero Salutare illud Angelici nouum Euangelium, hoc eſt, Verbum Caro Factum, donorum Donum eſt ter Optimum Maximum, reuelationum omnium eſt Magiſterium illuminatiſſimum; miraculorum eſt ſummorum ſummum, omniumque ſumma.

4. Novvm denique: quod noua ex vtroque Oraculo progenita extitit Eccleſia, ſugenſque creuit aumentata, & vniuerſorum gratiæ chariſmatum ſpiritu, ſucco & ſanguine corroborata conſiſtit, ſucuſſata quidem ad nihil vnquam labefactata.

III. Ivcvndvm igitur Chriſtiano cui non accidit vtrumque illud Chriſti ac Mariæ, ſponſi ſponſæque diuinum Epithalamium, & canticum; qua-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quaſi caſtus quidam Hymen, ſive Hymenæus Hymnus cœleſtis? In ijs namque beatum eſt Angelorum gaudium, Chriſti ac Mariæ iubilæum & iubilum; in ijs tota cœleſtis Curia triumphans exultat, & Eccleſia militans in acie fortiter dimicat. O iucundum Deo, Angelis, & hominibus factum ſpectaculum! Ab hoc tali quis oculum, quis animum, quis ſtudium, & amorem deflectat vnquam vel ad puncti vnius momentum?

IV. Ex vtroque vnum quoddam coaleſcit & concordat *Canticum nouum*. 1. Quod ad Dauidici Pſalterij Decachordi modum rite concinnatum, & per quindenas ordine, repetitum decades, & compoſitum, aduſque repetitionis numerum CL. completum; ab antiquiſſima retro maiorum noſtrorum memoria conſueuit Pſalterium Chriſti & Mariæ appellari.

2. Cuius quidem in Ordinis ac muneris Pſaltici MYSTERIO, ſi recte & penitius intuemur, tria quædam conſpicari licet magna, & admirari Sancta, planeque Diuina venerari, & vniuerſalia Iubilæa: *Naturæ* reparatæ, *Gratiæ* collatæ, & *Gloriæ* promiſſæ. Quibus accedit ter & amplius Salutare Iubilum Perſonale Incarnationis, Paſſionis, & in gloriam Reſurrectionis Chriſti.

3. Quinquageſimum ex Lege Moyſis annum fuiſſe iubilæum, ignorat nemo: Nemo, quinquageſimo quoquo anno Romanas in orbem Chriſtianum Indulgentiarum pleniſſimarum Condonationes, è Pōtif. Max. diſpenſatas, Iubilæum eſſe, & vocari: Neſcit nemo, tranſactis annis quinquaginta in Sacerdotio, iubilæum ſolemniter agitare Sacerdotem, in officio, Magiſtratum, in Religione, Profeſſum ad factum ſibi, per ipſius vitalis temporis gratiam, priuilegium, ab conſuetis occupationibus gaudere Iubilæo. Velut olim, vel ab ipſo tempore decuſſo. Leuitis quinquagenarijs, quin & ipſis ſeruitijs, & agris etiam campiſque ipſis, ex lege Moyſis, requies indulgebatur Iubilæa, eorum completo tempore Iubilæo.

V. Chriſtus autem & Maria cum dictorum nobis Iubilæorum, ſeu Canticorum, cauſa fuerint & origo, dignum quoque & iuſtum (quid ſi & pro merito neceſſarium?) erat, ſolemnem ipſis in Eccleſia, ſacrum ſanctumque ac perpetuū annum celebrari Iubilæum. Neque hunc ab vno aliquo ſeruorum Dei ſtatu, ordine, graduque duntaxat: verum ab vniuerſo Fidelium Nominis Chriſtiani genere, communem, per omnes orbis oras vniuer-





ſalem, omni qua diurnarum, qua nocturnarum horarum ac temporum momento continuū ac irremiſſum annum duci Deo Iubilæum oportebat in Eccleſia Dei.

Atque vero diuinam hanc muneris, cultuſque generalis Spartham & prouinciam diuina prouidentia, velut in Angelica Salutatione, & Dom. oratione fundatrix condidit: ita & in Pſalterium Chriſti, ac Mariæ, dicti Cantici quinquagies ſupra centies repetitiuum, Spartham eam detulit, & mirandorum depoſuit operatrix. Et hoc in ſpiritu præuidit Dauid, cum exclamauit, Pſ. 143. *Deus Canticum Nouum cantabo tibi, in Pſalterio Decachordo pſallam tibi.*

## CAPVT II.

*De Pſalterij Origine, Vſu, Reuelatione, & propagatione.*

I. ORigo en Ter Sanctiſſima Trinitas ex diuina mente ſua conceptam produxit Salutationem: Archangelus Gabriel acceptam detulit & pronunciauit ad inclytam Virginem Mariam: Spiritus Sanctus per & Eliſabetham expreſſit particulam tertiam, & adiecit: clauſulam ſubiecit denique S. Mater Eccleſia.

Orationem vero Dominicam Autor Ieſvs Chriſtus orare Diſcipulos docuit, ac mandauit iiſdem: qui totam tunc Eccleſiam vt conſtituebant, ſic & repræſentabant. Hic ortus.

II. VSVS porro. 1. Traditur in exemplo S. Bartholomæi Apoſtoli: vt narrat quidā S. Doctor: cui ſolemne fuit & perpetuum, per quamque diem centies, totieſque per noctem, nixis humi genibus, vtramque Deo ſuppliciter orando offerre. Quo in numero ter quinquagenario Pſalterium Chriſti & Mariæ, ex illis CL. Oraculis vſque repetitis cōſtat. Quartam vero Quinquagenam S. Bartholomæus, ex ſuapte deuotione, ob cauſam ipſi Deoque perſpectam, velut auctarium adijciebat.

2. Inde Eccleſia ſeu congregatio Chriſti Fidelium, cupiens imitari exemplum orandi Synagogæ, ad modum Pſalterij Dauidici, quod CL. Pſalmis completur: eundem ad numerum totidē Oration. Dom. & Angel. Salutationes iunctim ſuis in comprecationibus vſurpauit. Verum quia temporum progreſſu Fidei decreſcebat feruor, à ſuo illo remittit & Pſalterij huiuſce vſus, quod pleriſque longum nimis, per Dom. Orationis, & Ang. Salutationis continuatam coniunctionem eorum ac Pſalterij, imminutionem accepit.

III. Revelatio igitur, ex ſingulari diuina clementia, ſanctis in eremo Patribus facta traditur, de Pſalterio ſolius Virginis Mariæ. 1. Cum enim dæmonum fatigarentur tentationibus, diu multumque moleſtis, nec abeſſet periculi metus ſevioris: communi habito inter eos conſilio, viſum in Domino fuit, continuas indici cunctis preces ſupplices, quibus & priuatim per ſe quiſque impenſe deditus, & publice vniuerſus ſacræ totius Monaſticæ Ordo, coniunctim votis communibus, vigilijs, ieiunijs, & pœnitentijs apud Deum, Deiparam, Cœliteſque Diuos inſtanter incumberet, exorandæ ab Sathanicis tentationibus liberationi, aut certe remedio ipſis aperiendo præſenti, quo eas ferendo forent, & vincendo.

2. Neque nihil exoratum. Nam rite comprecantibus facta revelatione fuit conſultum, vt elanguſcentem Pſalterij vſum Mariani, præter illum Dauidici aſſumerent, ad que Deo, Deiparæque laudes gratiſſimas quotidie dicerent, ſimul efficaciter optima quæque cœlitus impetrare poſſent. Continuo ab omnibus communiter certatim factum haud ſecus, ac iuſſum, toto animi affectu & religione ſeſe Pſalterio deuouent: hi nunc illud Chriſti, Mariæ, nunc alterum iſti viciſſim, iunctimque frequentant, ſed Mariæ, vt breuius, ita & crebrius.

3. Et conatui par ſeſe tulit euentus. Dæmonum licentia reſtringitur, remittente procacia vis frangitur, tentationum reſtinguitur æſtuatio: & facta eſt tranquillitas magna. Hæc ſuper accedit virtutum & gratiarum auctu magno ſecutus in eorum pleriſque profectus. Nimirum ea ſe gratiæ roſa, & vis illis aperuit Coronæ roſaceæ: ea precum ſanctiſſimarum fragrantia Deo adſpiravit, deprecatrice Virgine Matre, vt mirifico nominis, religionis, & Sanctitatis incremento, gloria quoque miraculorum cunctis gentibus Eremitarum ordo ac natio fieret admirationi, & venerationi.

4. Demum, & huius poſteritati, cum Patrum ſuorum lapſa memoria, pene iam ex animis quoque fuiſſet elapſa, vſuſque ſimul Pſalterij refrixiſſet: ſenſim Eremitarum nomẽ, Inſtitutum, & numerus item eo decreuit vſque, vt rareſcens in contemptum, ac tandem ad interitum corrueret. Cecidit, heu! Arbos Eccleſiæ tanta, Mahometis icta, extirpataque ſecuti: *Ioanne Græco* teſte, & eodem de vitis Patrum ſcriptore. Verum non obrui Pſalterium





Deus permiſit, ſed tranſplantauit.

IV. PROPAGATIO eiuſdem id loquitur, paſſu pari cum tempore inſecuto progreſſa 1. Nam poſteaque S. Baſilius Magnus in Oriente diſperſos per deſerta, & eremi luſtra monachos incolas, inde euocatos, intraque cœnobiorum ſepta collectos aggregaſſet, ac nouis inſtitutis formaſſet, in Occidente quo S. Bened. Monaſticam viuendi rationem, iam olim ijs locis inuectam, quam maxime inſtaurauit, ac illuſtrauit: Nouique factus Inſtituti Patriarcha inclytus, cui ante diu inſueuerat, Pſalteriũ Mariæ ſimul & inter ſuos, non tam præcepto vllo, quam vſu ipſo in ſanctam conſuetudinẽ introduxit, quæ in Religionem dein vertit, ac inſedit, teſte ipſius, et ſi longe poſt, filio Bened. *Ioan. de Prato.*

2. Ven. BEDA Anglicanus interuallo ſucceſſit, qui Vir, & quantus? tota Pſalterium Mariæ Anglia, Britania, Francia, plantauit, prædicauit: Vnde ſuus idipſum ſaluberrimus vſus per alias procul oras differebat ac diſſeminabat. Nec vt vnam duntaxat ætatem ferret; verum ad hanc vſque diem ſui cultum, in Anglia præcipue, cuſtodierit: vt minus in vigore, at in trunco, ramiſque aridis. Nã indicie hodieque ſuperant eorum, quæ inde ab V. Bedæ ſanctitare, deuota Roſarijs antiquitas, in templis paſſim cõmunes ad vſus ſuſpẽderat Oraria ſiue Coronas precarias.

3. Bedam excepit S. Bernardus, qui & ipſe Pſalterium propagauit. Ecquid aliud zeloſius egiſſet ardentiſſimus ſponſæ Mariæ ſponſus? Neque hic ipſius ſteti ardor. Ad Mariæ Pſalterium aliud ipſe iuxta numerum, & ſententias Pſalmorum concinnauit. Id quod vidi, manibuſque his pertractaui. Inde vir tantus tantam apud Deum ſibi gratiam adinuenit, vt vel in terra multis altior Diuis, merito Pſalterijs Ordinis ſanctiſſimi ampliſſimique Autor fieret & Fundator. Prætereo magnos & multos.

4. S. OTTO, Patris ſui S. Benedicti imbutus ſpiritu, & diſciplina formatus eodem in Ordine ſacro, Sclauorum dein Epiſcopus factus & Apoſtolus, cum Fide Chriſtiana pariter eam per gentem plantauit quoque Pſalterium hoc. Itaque inſtillatum ea Diæ Roſæ ſuccum animis alte imbibit, vt in hoc vſque tempus gens illa, viri fœminæque promiſcue, pendula de collo gerant Pſalteria.

5. S. MARIA de OEgniaco pro more ſingulos in dies Pſalterium ſolidum Dauidis recitans, cuique Pſalmo Salutatio-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

nem Ang. ſuijciebat: quibus & Pſalterium Mariæ rite cõplebat. Vnius hoc exemplum eſt,& ſimilium ipſius ſacrarum Virginum indicat exercitium: at hoc conſuetudini plurium fidelium præbet argumentum.

6. De S. DOMINICO capite ſubiecto dicemus, & alibi: S. FRANCISCVS vnus, de plurimis teſtatur, qui Pſalterium Mariæ accepit traditum, non excogitauit nouum. Qui vt accepit, ſic & S. Ordini ſuo ferendum tradidit, & vſu ipſo commendauit ita,vt ſcripto nihil opus eſſet. Certus ſum, me de ipſius vidiſſe roſarijs vnum, quo vſus fuiſſe tenetur. Quid hic ego de vtriuſque ſacri Ordinis ſucceſſoribus viris illuſtribus memorem? Quid de alijs innumeris, vt S. Ludgarde, S.Chriſtina Colonienſi, S. Chriſtina Vaga dicta ſeu mirabili, plurimiſque alijs, quid numerando tempus conteram, aut longum faciam? Ad altiorem retro me refero memoriam

7. S. AVGVSTINVS, Eccleſiæ Doctor incomparabilis, Pſalterium Mariæ vſurpavit. Ecquis enim dicere audeat,vel cogitare, tantum virum Pſalterium tantum ignoraſſe,quod nos ſcimus,quod Eccleſia prædicat, & frequentat?

8. Scimus, vt B. V. Maria revelauit; ſcimus S. HIERONYMO dictum orandi ritum ad calculos numero CL. ſingulare extitiſſe refugium tum adverſum hæreticos; tum vt in omnibus ſcientiarum genere tantum præſtaret ſtylo, quantum orbis admiratur.

9. Scimus, vt item ter benedicta Mater Dei revelauit, S.AMBROSIVM, & S. GEORGIVM huiſce Pſalterij ſanctiſſimam ſciuiſſe dignitatem,idque in ſubſtantia, in quantitate, & qualitate. Et eos quiſquam de vlla eiuſdem orandi negligentia, & omiſsione ſuſpectos habere, vel cogitatione poterit?

10. Sancti CARTHVSIANI, digniſſimi in Pſalterio Chriſti & Mariæ famuli, qui multum orant pro populo Dei; idem vel in principe loco ſecretæ ſuæ priuatæque deuotionis coluerant ſemper & colunt Pſalterium. Id quod exemplis ſuo loco docebitur.

## CAPVT III.

*De ſancto Dominico Pſalterij Prædicatore atteſtata narratio.*

1. SAnctiſſimus Dominicus parentum illuſtrem proſapiam illuſtriore vitæ ſanctitate, ad omnem retro poſteritatem, eo vſque nobilitauit, vt ipſius gloriæ ſplendor in Eccleſiam vniuerſam redundarit. Cuius quidem ſanctitatis lumini



*Pueri deuotio coronaria.* mini pares erant primæ ipſius pueritiæ igniculi. Vt cætera omnia ſileamus. 1. Suum ipſe in Chriſtum, inque Matrem Ieſu pietatis affectum, ſimul ac ſtudium vixdum natu maior decenni, & exinde continuo, ſua in Pſalterio Mariæ,nõ in manibus verſando ſolum, *Geſtat Pſ.* delectatione, ſed ad ipſum quoque ſedula orandi deuotione, luculente domonſtrauit. 2. Neque orare tantum, ſed & è zonula ſecum geſtare pendulum, plus quauis aurea gemmataue torque, delectabatur.

Hauſiſſe illud cum paterno lacte potuit, ab Eccleſiaſtico, dato eius pueritiæ rectore atque magiſtro,imbibiſſe:verum altior homine indoles pueri,altiore digna Deo viſa fuit diſciplina magiſtra. 3. Itaque *Maria Virgine hoc ipſi revelante*,cum *Reuelatur ei.* adhuc circiter decem eſſet annorum,Pſalterium ſemper por- *Orat cũ flagris.* tauit,& orauit. 4. Ætatis autẽ robuſtioris factus, & S. Auguſtini diſciplina regulari perfectus; *terna* in dies ſingulos *pſalteria*, horis ſubſeciuis, Deo ſacrabat recitando, *cum diſciplinis* totidem ferrea ſibi catena inflictis. Neque tot ſeſe illi tantæue dare occupationes in animarum procuranda ſalute quibant, vt à gemino iſto precationis, & caſtigationis ſacrificio retardaretur. 5. Quin magis, ſi quando ab iſtis paullo maiorem vel impetraſſet, vel ſurripuiſſet ſibi remiſſionem; ſubinde *nouena*, ac etiam *duodena* quandoque Pſalteria fundebat. In quibus noctes, nec raro, pene totas exigebat inſomnes.

6. Vnde mirandum minus accidere debet, in tantam Virum tantum ſeſe apud Chriſtũ ac Mariam inſinuare, plane dicam,familiaritatem poſuiſſe,vt *Familaris Deo.* in ſecreto miras, magnas, & multas ab ijs cum diuinarum aliarum, tum rerum Pſalterij *Reuelationes, viſioneſque* acceperit, in publico autem tot ac tanta patrare admiranda prædicationibus, & miraculorum deſignationibus,valuerit.

7. Præter hæc vero plura *Prædicator Pſalterii.* ipſius in prædicando zelum proferendoque inter vulgus Pſalterio adiuvabant:vt huiuſce *ab inſtituto*, Sanctitas, Originis prærogativa, dignitas quoque ac prope diuinitas: *ab vſu* orbis Vniuerſitas, orandi facilitas, breuitas, commoditas; Domini mandatum, Gabrielis exemplum, Eccleſiæ præceptum: *à Fructu*, effectus mirandi in rebus quà ſpiritalibus, quà corporalibus, vt exẽplorum teſtari volumina poſſunt.

8. Neque ſat ardori fuit *Et Diſtributor.* Prædicatoris, pſalteria oraſſe ad hauriendum ſpiritum, commendaſſe concionibus ad ip-

 ſum

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſum propagandum per populum; ex cingulo geſtaſſe ad exemplum: verum etiam ſibi piorum largitione ab plurimis prouidebat Coronis, quas inter plebem pro concione *Diſtribuebat:* atque ita doctrinis, roſarijs, miraculis vndique loca omnia peragrando complebat. Suo item exemplo, ſuaſuque nobiles, & copioſos viros fœminaſque ad diſtribuenda Pſalteriorum donativa cohortabatur.

9. Experientia ipſi compertum erat, atque à non paucis obſervatum, quod, ſi quando minus alijs doctrinarum, in medium allatarum, prædicationibus ſeſe ad animarum fructum proficere ſibi videbatur, continuo ad Pſalterij commẽdationem ſpiritu totoque conatu excurrebat: atque eo dicendi argumento recta ſentiẽtes orthodoxos mirum ad modum accendebat, roborabat hæreticos verſabat, exagitabat, confundebat: vtroſque ſuſpenſos, illos veneratione, hos admiratione ſui ab ſeſe dimittebat. Signorum vero & prodigiorum miraculis quot quantis locoſque animoſque omnium complerit obſtupefactos, adque Deum reductos, dicere huius loci non eſt.

Vnicum tamen ipſa ſingularitate ſua facti quodam iure locum hunc ſibi vendicat proprium, Tholoſanæ converſioni enarrandæ, inſtituendæque ibidem tum Fraternitati, tum & ordinis religioni fundandæ.

## HISTORIA.

II. Tholoſa (vrbs eſt prænobilis Galliarum, quondam etiam Principatus ſceptro inclyta) hæreſin Albigenſium pro aris ac focis ſumma vi ac ope propugnabat. Vitam, quam perfidiam, citius proieciſſet. S. Dominicus ſua prædicatione, miraculis Deus Pſalterium tota Italia, Hiſpaniaque; iam diu celebrarat, mira cum animorũ morumque mutatione (teſte Gregorio IX. in Bulla Canonizationis ipſius:) *Quo*, ait, *ſagittante delicias carnium, & fulgurante mentes lapideas impiorum, omnis hæreticorum ſecta contremuit: omnis Eccleſia Fidelium exultauit.* Neque tamen vnquam vel in vrbem, vel in animos Tholoſanorum penetrare ſeſe Beatus Dominicus valebat.

2. Ergo zelo exæſtuans ac dolore, in cavernoſa proximæ ſylvæ abdita ſeſe aliquando ſolum conijcit, ad Deiparæ ſuæ impenſius opem implorandam. Ieiunia precibus iungit, corporiſque diras caſtigationes. Inter hæc triduum tenuerat, pœnas de ſe pro Tholoſanorum culpis repetens, diverberare corpuſculum ſibi rubis ac ſentib. non deſinebat, dum viribus defectus ſemianimis corruiſſet.



3. Collapſo, cruentatoque adeſt athletæ Patrona ſua Cœli Regina potens, ac vultu, affatu, amplexuque iacentem excitat velut rediuiuum. Diuæ Reginæ Cœlitum tres aliæ, vultu cultuque per ſimiles, niſi quod inferiores, aſtabant comites Reginæ: quarum quamque, ſicut aſſequæ, Virgines quinquaginta circumſiſtebant: forma omnes ſupra hominem auguſtiore, armis illuſtres. Obſtupuit viſo in medio S. Dominicus.

4. Ad quem Alma Virgo parens: *Dominice*, inquit, *fili ac ſponſe intime, quia aduerſum inimicos fidei, inſpirante* Iesv, *meque opitulante, depugnaſti fortiter, ecce tibi ipſa, quam invocas, adſum auxilio.* Dixit: ſimul Reginæ tres humi leuatum, quaſi ſeminecem, pijſſimæ ſiſtunt Mariæ. Quem illa in virgineos acceptum amplexus Oſculo fixo diſſuauiabat; & apertis caſtiſſimi pectoris vberibus appreſſum lacte ſuo potauit, integreque reſtituit. Tum his affatur. *Intimis viſceribus dilectiſsime fili Dominice, nũquid probe noſti, qua & qualia arma Trinitas ter ſanctiſsima vſurparit, cum orbem totum reparare ſtatuiſſet?* Cui ille: *O Domina mundi, tu te noſti me præclarius: per Te namque Salus mundo venit, per quam, te Mediatrice, mundus reparatus eſt, ac redemptus.* Quæ arridens familiari ſponſo: *Trinitas*, ait, *beatiſsima ad orbis expugnanda ſcelera vniuerſa, præcipua ſibi inter arma delegit Angelicam Salutationem, quam noſtrũ conſtat Pſalterium, totius Noui Teſt. fundamentum. Quocirca, ſi vis quem optas, in prædicando fructum, meum prædica Pſalterium: & mox per ſenties ter Max. Trinitatis auxilium.* Simul addidit tale ei.

## SCHEMA PSALTERIJ.

III. *Iſtius in ſignum*, ait, *ecce tres mecum* Reginæ *ſanctiſsimam Trinitatem repræſentant.* 1. *Harum, vt cernis,* Prima *Candidiſsimo nitens cultu,* Patris *deſignat* Potentiam; *quam in Filij ſui, ex me nati Sanctiſsima* Incarnatione *manifeſtauit. Hāc pene quinquaginta Virgines, item candore venerabiles, deſignant; primum Iubilæum gratiæ & gloriæ, in & ab Patris eſſe Potentia.* Secvnda *Regina, oſtro & purpura Rubens* Filij *denotat* Sapiẽtiam; *quam in mundi per Paſſionem ſuam redemptione declarauit. Illius Comites quinquaginta, pari inſignes purpura Virgines admonent; alterum quinquageſimi anni Iubilæũ gratiæ & gloriæ ex merito Chriſti paſſi deſcendere,*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

re. Tertia *Regina conuestita ſtellis,* Clementiam Sp. ſancti *demonſtrat, quam in redempti orbis ſanctificatione miſericorditer oſtendit. Aſſiſtentes ei quinquaginta Virgines, ſtellis vndique coruſcæ, ſpondent, Iubileũ tertium gratia & gloria, in & ex Spiritu ſancto promanare.*

2. *Porro noueris: Ego, vt trium Reginarum, ſic & Iubilæorum, ſum Regina, Trium in Via & in Patria; nimirum Legis Naturæ, Scriptæ & Gratiæ. Quæ totidem in Beatorum felicitate perennant. Quæ cauſa eſt, cur beatiſſima Trinitas iſthunc mihi nuperrime C.L. ſanctificationis dicauit, & conſecrauit in Pſalterio meo. Cuius idcirco.*

I. Qvinqvagena, *de Incarnatione, pura candet.* II. *De Paſſione Filij purpurata rubet* III. *De eiuſdem Reſurrectione, Sanctorumque gloria, ſtellat coruſcat.*

3. *Age nunc igitur, mecum hoc capeſſe Pſalterium, & conſtãter id prædica. Vrbem, hoſtiumque fidenter inuade cuneos, & vbi frequentiſſima conuolarit multitudo, hoc lauda, commenda; Orationem ſuade: & crede, maxima protinus diuinæ Potentiæ mirabilia videbis.* Dixit; ſeque ſuper aſtra recepit.

IV. Promiſſo fidit, dicto paret S. Dominicus: apparet in vrbe Toloſana: ſimul Ædis ſummæ æs omne campanum, diuino agitatu, ſummis in turribus conſonat, ſonitu prorſus peregrino, & nouo. Terror animos, metuſque cunctorum, ac ſtupor inceſſunt, pariterque cupido, factum cognoſcere viſu, quod audiebant, & diſcere cauſam. Ad parœciam eam principem ciuitas aduolat pene tota: Et ecce, videtur, ante cunctis peroſus, auditur intrepidus, diuinus ſuſpicitur Pſalterij prædicator S. Dominicus, cordium ſentitur malleator. Stuporem ex pulſu campano, maior ex prædicatione excipit. Illius memoriam inter, & ſenſum huius atque præſentiam, medij ſtant omnes pariter atque defixi: Neque dum hæretica cedebat peruicacia. Itaque altior de cœlo, horribiliſque fit vis:

2. Virtutes cœlorum mouentur, mugiunt tonitrua, fulgura certatim volantia micant, reſonant eliſa fulmina: quatitur vrbs fragoribus orbis vterque ſucceſſus intremiſcit. Illapſurum metuiſſes, aut terram cœlo, ignibus vndas miſcendas fore. Parum hoc: etiam quaſi *terra* leuis ſuſpenſa motu libratur ſuccuſſorio; iam iamque hiatu immani videbatur cunctos abſorptura. Neque *aquæ* curſum tenuere ſuum, retroactæ feruntur, & ſuffunduntur omnia: omniſque *ventorum* vis effuſa murmure horrendo frendit



dit ac fremit.

3. Immania hæc & miranda: at mirabilius, quod in his omnibus vox vna prædicantis Pſalterium nil cederet Dominici, quo minus integra ad aures audientium accideret. Iſta, quæ vincebat omnia, vincebat & hæretica pectora. Hæc frangit, hæc mollit, hæc mutat, tum inter alia ſic fatur. *Hæc dextera excelſi: irati hæc vis numinis eſt, ô Ciues. Date locum Deo: ad oſtium cordis veſtri ſtat, & pulſat. Deus enim eſt, qui fulminat in nubibus. Terret; vt corrigat: non ferit, ne occidat. Plaga tamen capitibus imminet: ſi vultis declinate pronam, & vltimam, æternam exhorreſcite. Exemplum ab obſtinatis Chriſti* Iesv *crucifixoribus, per ſimilia terrefactis oſtenta, capeſſite: & ex* Iesv, *Matreque* Iesv *propitiam ſperate ſalutem. Agite, Saluatoris Genitricem Virginem, Matrem miſericordiæ poſcite omnes Aduocatam, Matri piæ pius Filius nil abnuit. Vtrinſque precem amate, vſurpate Pſalterium. Secundum* Devm Mariam *colite, execrati hæreſim eiurate. Et fidite: ſalutem ſpondeo. Sponſionem hanc meam affirmabit gratam Deiparæ, Deoq; ratam, ſubita ab hiſce quies terroribus, & tranquilla ſecuritas.*

Credite: *Cerno coram centum & quinquaginta Poteſtates, Angelos, vindictæ Dei adminiſtros, à Chriſto, & à Chriſti Matre Virgine cœlitus in vos immiſſas, pœnis ſcelerum veſtrorum expoſcendis.*

4. Has voces Sancti, aliæ blattarum interſonant voces infauſtæ, confuſique eiulatus cacodæmonum eduntur tales: *Væ, væ nobis! ab Angelis, per vim maxime Pſalterij, catenis ignitis religamur, & procul ex orbe hoc relegamur in barathrum, heu, infelices!* Horum tanta intendebatur vociferatio, vt de Pſalterio Prædicatoris vocem pene obſcurare viderentur. Obruiſſent illam, ni Deus voci eius vocem virtutis dediſſet.

5. Oſtentum iſtis acceſſit denique horribile æque ac mirabile. Proſtabat forte in Eccleſia maiore, Deiparæ ſtatua, loco edito atque conſpicuo. Hæc viſa cunctis fuit, dexterã in cœlos porrectam extendere: vice minarum tertium repetita, ac ſi diceret: Niſi iuſſa faceſſatis, peribitis. Ita enim geſtum ſtatuæ mox interpretatus eſt S. Dominicus: *Non plaga*, inquit, *non horida monſtra remittent, ni ab pertinacia remittentes, ſalutem per Aduocatam miſericordiæ in Pſalterio quæſieritis. Ergo ſacris ipſi precibus in Pſalterio placate iratam, & elatum minaciter brachium ea flectet ad miſericordiam.*

V. Iam fibras cordis omniũ percuſſerat Deus, percuſſerat Dominicus. Vidiſſes abiectas hu-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

humi vniuerſos, ſupplices ad Deum Deiparamque palmas tendere, pallere vultus, art' tremere, & corpore toto inhorreſcere: Audiſſes imis ductos pectoribus gemitus, fractos ructare ſingultus, obſcurum mugire rugitus; vlulatus virumque mulierumque planctus reſonare promiſtos: madere lachrymis, ſordidatos ſqualere cunctos, pectora tundere, ſpargere pulverem, lacerant genaſque; capilloſque, miſericordiam vocare vniuerſos, haud ſecus, quam ſi viuentibus ſibi videntibuſque funus duxiſſent.

2. Hoc flexus miſerabili ſpectaculo S. Dominicus, vultu ad Deiparæ ſtatuã verſo, humi genua ſupplex ponit, & orat: *O Domina; cæli terræque potens Virgo, aſpice pœnitentes ſupplices audi, præteritorum pudor ac dolor præſens, de futuris meliora ſpondet. Iras pone, remitte minas, brachiumque repone in tuæ ſinum clementiæ.* Audijt pia parens, ſuæque brachium ſtatuæ contractu compoſuit. Pariter venti, tonitrua, terræque motus, & cuncta reſederunt.

3. Terroribus hiſce periculiſque perfuncti Tholoſani, dedunt manus, animoſque ſinguli in vnius manum Dei, & ductum S. Dominici. Fit pax & alta quies, admiratio pariter, & perfecta animorum mutatio. Errores ſuos dimittunt, hæreſum tenebræ remittuntur & lux Catholicæ fidei apperitur.

4. Die poſteri nouum ciues ſpectaculum tale dederunt. Super iniectis ſibi camiſijs, ardentes manibus cereos prætendentes, eandem ad Eccleſiam mane primo ſupplicatum conueniebant. Ad quos S. Dominicus catecheticam de Pſalterio inſtituit concionem, quantum ſatis videbatur, ſequutibus ſignis, quæ plurima tunc ibidem, ac deinceps, Deus per ſervum ſuum operari dignatus eſt.

VI. Hæc ita geſta euenerunt tribus circiter annis, aut quatuor, ante S. Ordinis Prædicatorum inſtitutionem. 2. Et in perpetuam rei memoriam, Fulco Tholoſanus Epiſcopus S. Dominico eiuſque Fratribus, libera donatione facta, decimarum Eccleſiæ ſuæ partem ſextam perpetuum donauit. 3. Atque ibidem prima S. Ordinis ff. Prædicatorum id temporis incunabula poni cœpta fuerunt, in Eccleſia, dicta Sancti Romani; fundata tamen ac dedicata Sanctiſſimæ Trinitati, & beatiſſimæ Virgini Mariæ. 4. Neque Ordinis ſolum, verum & Pſalterij porro plantandi iſta origo prima extitit. Atque ea quoque via Pſalterium in hunc Ordinem intrauit, & in eo hucvſque perſeuerauit. 5. Ex cu-





ius vtriuſque Inſtitutione, & S. Ordinis in Eccleſia, & Pſalterij in hoc ordine, quanta Deus ſemper Deiparaque ſint operati, ſe ipſo liquet, & in orbe fructus conſtat, quouſque nomen patet Chriſtianum.

*ATTESTATIO.*

Et hæc omnia pijſsima Dei Genitrix V. Maria cuidam, quem deſponſauit per annulum, & pſalterium mirandum, ex crinibus ipſius Virginis Mariæ, in collo ſponſi pendens; narrauit viſibiliter, & ſenſibiliter, eſſe veriſsima.

## CAPVT IV.

*De B. ALANO, Deiparæ deſponſato Pſalterij innouatore, atteſtata narratio* in Apolog. cap. 10.

1. CLementiſſimus Deus Miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, ex ſua dignantiſſimæ miſerationis abundantia, & perpetua charitate, Pſalterium Chriſti, & Mariæ, iam diu in deſidioſa hominum obliuione ſepultum, benigniſſime dignatus eſt reuelare cuidam Patri Fratri Ordinis Prædicatorum. 1. Per quod, gratia Dei cooperante, inaudita & innumera per acta ſunt miracula; & vero præſertim per prædictum Fratrem Prædicatorem, in Pſalterio ſpecialiter Deo, Deiparæque deuotum.

2. Ante autem dictus Pater, quam ad eam admirandæ prædicationis gratiam vocatione diuina perueniret; Pſalterium Mariæ ſedula deuotione quotidiam Deo per advocatam Dei Matrem Mariam offerre diu, conſuevit; quo ab tentationibus diaboli, carnis ac mundi liberatus, vel immunem ab ijs, aut ſecuram Deo vitam in ſuæ vocationis exigeret Inſtituto. Et quidem à quibuſdam eſt liberatus; verum aliarum per moleſta importunitate eo vehementiore, pugniſque ſæuioribus afflictus fuit, & debuit conflictari.

3. Nam Deo ſic permittẽte (vtis, qui ſolus poteſt, eum faceret ex tentatione prouentum) quem experta dein Eccleſia cognouit, hodieque ſentit) ecce ſeptem ipſos annos à diabolo fuit crudeliſſime tentatus, verberibus contuſus, & flagris diriter vapulauit. Adeoque ſæva ea fuerunt ſubinde verbera; vt ipſi vitam ſæpius extorſiſſent, aut eum ad deſperationem adegiſſent, in Alma Dei Virgo, miſerata ſic afflicto quandoque opem tuliſſet



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ac medicinam.

4. Quodque amplius, tanta vi occulta, impetuque tortore ſæpius exagitabatur à deſperationis ſpiritu nequaquã ad mortem ſibipſi violentis manibus illatis conſciſcendam; vt dudum ferro animam cum ſanguine hauſiſſet, aut quo aliocunque necis genere vitam proiecisſet: idque ſemel decretiſſima deſperatione ſteterat animo, in ipſo quodam ſacri Ordinis ſui templo: niſi viſibiliſſime S. Maria eum ſeruaſſet, ex improuiſo apparens, diſſipatrix tentationis.

5. Iam enim, eheu, manus tentati tracta ad ferrum expediendum adigebatur; iam, ipſo nolente, brachium inflexum, cum mucrone ſtricto, ad guttur proprium intorquebatur, ictu tam valido atque necem certo, vt citra moram ac dubium ſibi gulam præciſſam abſtuiſſet: Sed miſericordiſſima adfuit ſervatrix Maria, ictuſque impetu in medio brachium hac involat, diſtinet, iſta deſperanti alapam infligit, & ait: *Quid, ò miſer, quid agis? Tu Meam ſi oraſſes opem, vt alias ſueſti, in tantum iſtud periculum haud quaquam incurriſſes.* Dictoque euanuit.

II. Solus ita relictus miſer, poſt pauxillum grauiſſima, & humanitus incurabili arripitur infirmitate; vt, quicumque eum cognouit, certus iudicarit, ipſum vicinæ mortis filium aliquando fuiſſe.

2. Omiſſa Eccleſia perreptat in cellam, vbi rurſum dæmonibus vndique exagitatus, conturbatus conſcientia, infirmitate noua gravatus, cum miſerabiliter iaceret, ardentiſſimis cum ſuſpirijs ad Virginem Mariam hunc in modum orans clamabat: *Me miſerum mortis filium! E heu! quid miſer agam? Cœleſtia mihi aduerſantur: cœlũ mihi ferreum eſt. Inſiſtant inferа; humana me deſtituunt. Quid cogitem, quid dicam, quò me vertam, neſcio. Sperabam Tuo me, ò miſerum opitulatrix Maria, & fortiorem & ſecuriorem fore præſidio: & ecce, prò dolor, in grauiorem decidi maledictionem. Heu me! ad quæ natus ſum? Cur lucem hanc infelix adſpexi? Cur Religionem hanc ingreſſus ſum ac profeſſus? Quid mihi contulit tam longum & durum Vocationis ſeruitium? Vbi quæſo Veritas illa dicentis; Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Vbi, illa; quod non ſinat tentari vltra, quam poſſumus. Vere: Salua Dei reuerentia, & offenſa: mallem potius non eſſe, aut lapis fuiſſe, quam ſic vita dies decurrere.* Sic ille cum Iob & Ieremia clamans deficiebat: hæſitabatque anceps, deſereretne de cætero Domini ſervitium, an proſequeretur cœptum.





III. Cui deliberationi fluctuanti, ecce de repente media interuenit Diuarum Diua. 1. Nam ipſo multa ſecum animo voluente, & in vtramque inclinato, intempeſtæ noctis fere medio, decimam inter & vndecimam horam, in cella iacentis ſubita coorta luce reſplenduit claritas Dei: aſtititque in eã beatiſſima Virgo Maria conſpicua, ſalutans ipſum ſuauiſſime. 2. Poſt multa diuina colloquia, Virgo lacte ſuo puriſſimo lethalia dæmonum vulnera plurima perfudit, & mox integerrime conſanauit.

3. Simul hunc famulum ſuum, Domino Ieſu Chriſto præſente, multiſque Sanctis circumſiſtentibus, ſibi deſpõſauit: addiditque ei annulum Virginitatis ſuæ Virgineis de crinibus ipſiuſmet Mariæ cõcinne factum. Qui annulus gloriæ eſt inexplicabilis, & inæſtimabilis; quem indutum digito gerit deſponſat modo mirabili ſic, vt nemine videatur. Ipſe autem preſentit in eo certa aduerſus omnes diaboli attentationes auxilia.

4. Pari modo benedicta Virgo Dei Genitrix ſimul iniectam ei è collo ſuſpendit catenam ex crinibus Virgineis contextam: in qua inſerti hærent centum, & quinquaginta lapides pretioſi, ac quindecim, iuxta numerum Pſalterij ſui.

5. Quibus ordine peractis, dixit illi: vt ſic ſpiritaliter, & inuiſibiliter faceret dicentibus deuote ſuum Pſalterium. Idem numerus gemmarum, & in annulo continetur, ſed longe alio modo minore.

6. Poſt hæc eadem ſuaviſſima Domina oſculum ipſi impreſsit; dedit & vbera ſugenda Virginea. De quibus ille ſugens avide, videbatur ſibi cunctis in membris, ac potentijs irrigari, & transferri ad cœleſtia. Et ſæpius poſtmodum Alma parens eandem ipſi gratiam contulit lactationis.

IV. Vnde cunctis mortalibus admiranda narro. 1. Hæc vtriuſque orbis Regina, poſt deſponſationem, eidem ſæpius apparens velut deficienti robur addidit diuinitus, quo confortatus ipſe alios item animaret Deiparæ in Pſalterio deuotos. Ad eum vero ſic aliquando fata: *Dilecte ſponſe*, inquiebat, *ex hoc deinceps non debes Me vnquam à te alienam exiſtimare, nec te vel à confidenti in me, vel ab ſervitio meo ſeparare: cum Me inter & te coniunctio ſit tanta, vt ſi per ſanctam corporalem deſponſationem fuiſſemus deſpoſati toties, quod in orbe exiſtunt fœminæ, non tamen ſic forem aſtricta tibi, & addicta; veluti nunc ſum per ſpiritalem deſponſationem tibi copulata: & hoc non vlla carnali*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

copulæ, quæ pellis eſt ac nihili, ſed in ſpiritali planeque diuina In qua virginalis ineſt generato, & cæleſtis animarum fæcundatio: Quam nemo vel ratione, vel ex libris ſat intelligit, niſi qui accepit.

2. Eia, age agilis, dilectiſſima ſponſa, oportet nunc, vt ſecundum iura ſponſalitia, ſint cuncta inter nos communia. Quocirca volo, collatas mihi Gratias, iure matrimonij ſpiritalis, tibi quoque communicare.

3. Scias autem: quod corporale Matrimonium in Eccleſia Sacramentum ſanctum eſt, prout eſt figura & ſignum Matrimonij Spiritalis, inter Chriſtum & Eccleſiam.

4. Quia vero per Angelicum Pſalterium, te Mihi deſponſauit, ſicut & Deus Pater Me per idem in Ang. Salutatione ſibi deſpõſauit, ad filij ſui generationẽ: Ita quoq; (volente ſic Deo) ad Eiuſdem Filij Regenerationem in mundo, per Sacramenta & Virtutes, tibi iuncta ſum, puriſſima Virgo & intemerata.

5. Nec veniat in cuiuſquam mentem de hac immundi quicquam. Hæc enim ſpiritalis generatio ſole purior eſt, ſtellis mundior, amplexum continens Trinitatis infinitæ, vt in qua conſumatur hæc diſpoſitio. Quoniam Ipſa eſt, in qua omnia, ex qua omnia, & per quam omnia.

6 Gaude nunc, & lætare, ô Sponſa. Gaudere enim me feciſti toties, quoties me in Pſalterio meo ſalutaſti. Et quidem me gaudente ſæpius tu contriſtabaris, graviſſime torquebaris, ſæuiſſime affligebaris, ſed cur? Dare tibi dulcia decreueram, ideo multos per annos præbebam amara. Eia gaude nunc. Ecce tibi, ex donorum meorum abundantia, MONILIA XV. dono iuxta LILIA XV. Virginalis mei Pſalterij.

## CAPUT V.

*De Monilibus XV. B. Alano Sponſo à Sponſa donatis.*

I. MONILE: Eſt remiſſio Finalis peccatorũ. Impetraui tibi, ô ſponſa, omnium peccatorum quantumcunque grauium, remiſſionem: Nec in reatu peccati morieris, ſed ſi offenderis, in mundo hoc punieris. Quia Me ſæpius ſalutaſti per AVE: quaſi ſine VÆ. Quod ideo dedit: quia diu iſte magnus peccator fuit, ac diuerſis multiſque peccatorum irretius generibus degerat. Nimirum in exemplum cæteris, vt confidant peccatores. Idcirco enim Maria innocentem non elegit: ſicut & Chriſtus Magdalenam ſibi gratiſſimam deſponſauit, ad fiduciam in pœnitentia ponendam. Quæ & ipſa Magdalena huic quoque deſponſationi, tanquam illius paranympha & promotrix, intererat, cum filia ſua Catharina Martyre, & ipſa Chriſti Ieſu ſponſa.

II.



II. Mon. PRÆSENTIA MARIÆ. Ecce, quia ſæpius obtuliſti mihi, MARIA: quæ eſt Illuminata: Idcirco hanc tibi do cæleſtem charitatem, vt lucem quamdam ſemper habeas præſentem, in ME ſimul habebis, & videbis Aſſiſtricem me, & adiutricem tuam. Idque longe præclarius & verius, quam ſi Me videres oculis, & tangeres ſenſibus corporis.

III. Mon. IMPETRANDI GRATIA PETITA. Quia obtuliſti mihi ſæpius, GRATIA, per quam & Deo placui; & pro mundo commerui: Idcirco do tibi Gratiam impetrandi omnia, quæcunq; orans rite petieris, ac ſubinde maiora etiam, quam deſiderabis. Et ſæpe id ipſum re vera ſic idem expertus eſt.

IV. Mon. INFLVENTIA cæleſtis. Quia ſæpius mihi donaſti lilium hoc. PLENA: plena quippe repleta in cunctis potentiis meis, & operibus meis ac gratiis: Idcirco ecce tibi concedo, vt à capite ad uſque pedes, intus & extra, non ſit pars in te, vel potentia, quæ non ſentire poſſit cæleſtem Influentiam ſiue ad gaudendum, ſiue triſtandum, aut ad operandum. Nec factum ſecus. Perſentit enim ſæpiſſime omnibus in membris lucem quandam ſub intrantem, & inexplicabili modo ipſum pertrahentem ad cõformitatem voluntatis beatiſſimæ Trinitatis.

V. Mon. PRÆSENTIA DEI. Quia mihi ſæpius obtuliſti lilium: DOMINVS, quod eſt ipſa beata Trinitas: Ecce tibi impetraui, vt Dominus Deus ſit tecum ſemper præſentialiſſime. Hinc videt in ſe ſemper beatiſſimam Trinitatem, ſeipſam abſorventem, vt iam ſe non videat, ſed illam. Suntque ibi tres perſonæ diſtinctæ; & nihilominus vna eſt in alia tota, & tota extra illam: & quicquid videtur in vna, totum videtur, & in alia. Sed nec viſio iſta eſt imaginaria, nec corporalis, ſed eſt Fidei, ſub lumine altiore, quã ſit lumen omnis ſcientiæ creatæ. Ita tamen ſentit, aut videt ſecundum maiorem in ſeſe vel minorem præparationem, ac deuotionem. Si quando enim eſt indeuotus, aut mundanis occupatus, vel otioſus diffugitiva viſio: & aliquantiſper deinde vix redit, ſicut antea in ſe prævia cum deuotione, & pœnitentia.

VI. Mon. PRÆSENTIA SANCTORVM. Quia tu obtuliſti mihi ſæpius, TECVM: eo quod Tabernaculum fui SS. Trinitatis: Ecce tibi do, vt videas in te, & ſentias totam curiam cæleſtem: imo & totum mundum diſtincte & clare. Et fit ita. Vidit in ſe Sanctos, Sanctas, & Angelos. Nominatim, ad quos ſingulari fertur deuotione. Quodque ſpeciali eſt: ita ſentit cum ſenſu, & luce quadam illuminante,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

te, non ſigne magno gaudio: aliquoties etiam cum magna contritione.

VII. Mon. LOQVELA Sanctorum. *Quia obtuliſti mihi*, Benedictus; *eo quod benedictum ſit meũ eloquium. Et ecce, dono ſibi Eloquiũ meum, & Sanctorum, vt noſtram audias loquelam*. Et ſit ita. Audit in ſe pene ſemper vocem aliquam, vel Patris, aut Filij, aut Spiritus Sancti, aut Mariæ, vel Sanctorum; neque vox ea eſt, imaginaria, aut corporea, ſed quædam alia clara, & diſtincta, mentem afficiens, & erudiens: cuius in rerum natura ſimile neſcio.

VIII. Mon. OMNISCIENTIA quædam. *Quia mihi obtuliſti ſæpe*, TV: *quæ eſt vox demonſtrantis, & referentis, & ſupportantis; Doctorum vero ſunt hæc, docere, referre, ſupportare populi infirmitates: Idcirco ecce dono tibi Scientiam non humano acquiſitam ingenio, ſed mea gratia datam.* Hinc ab omni ſcientia diuina, morali, & humana verſatus eſt & paratus: nec libris indiget, vt inquirat. Plus orando reperire poteſt per breui tempore cum B. Maria, quam die tota in optima bibliotheca verſando. Eidem quoque B. Virgo reuelauit Scientiarum origines, & ſubtilitates: quas ſi homines ſcirent, humanas ſcientias, ob harum imperfectionem maximam, contemnerent.

IX. Mon. INNOCENTIA ab mulieribus, *Quia obtuliſti mihi lilium hoc:* IN MVLIERIBVS, *ſcilicet ſanctis: Non enim eſt laus inter malas eſſe benedictam: Idcirco ecce dono tibi hanc gratiam vt numquam mulieres tibi noceant, vel nimium. Sed & quia me in Sponſam aſſumpſiſti, addo tibi Domicellarum mearum, id eſt, Sanctarum omnium præſentiam, auxilium, & obſequium.* Vnde ſæpius videt S. Annam cum filia Maria, S. Magdalenam, S. Catharinam Virg. & Mart. & Senenſem, & Agnetem aliaſque plurimas, non ſine magna deuotione, & Angelica delectatione.

X. Mon. ELOQVENTIA: *Quia ſæpius obtuliſti mihi iſtud.* Et BENEDICTVS, *qui eſt Verbum Sapientiæ: idcirco ecce dono tibi Benedictionem: inque ea videas Magnalia Dei. Quod enim vides in te toto, videbis & in Lingua.* Et ita vide ac ſentit. Quia SS. Trinitas ab illo tota videtur in ipſo toto; & tota in qualibet eius parte, æque potis, & æque perfecta. Adhæc ait B. Virgo: *Iſtam habebis gratiam, vt Orando, vel docendo; ſi attenderis debita, cum fide & deuotione; ſentias in te Chriſtum loquentem ea, quæ debes, & Me quoque reſpondentem tibi ſiue oraris, ſiue docueris, ſiue legeris.* Et ſit ita. 1. In lingua enim ſentit gaudia perſæpe inexplicabilia: non guſtu ſenſus, ſed



ſed alio modo, quem exprimere non valet. Idque præſertim poſt SS. Euchariſtiæ ſumptionem. 2. Mirabile iſtud: Crebro ſentit ſenſibiliſſime quaſi aliquem hominem imbibitum & infuſum ſibi, habentem caput in capite ſuo, & brachia in brachijs ſuis; ſic que de mẽbris alijs. Iuxta illud S. Auguſtini: *Nec tu Me mutabis in te, ſed tu mutaberis in Me.* 3. Ex iſte homo imbibitus eſt in eo, quaſi omnia faciens, loquendo, ambulando, &c. Iuxta illud: *Non vos eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis.* Hic tamen modus eſt difficilis & pœnoſus, maxime cum deuotio deeſt, & Fides magna.

XI. Mon. PRÆSENTIA CHRISTI: *Quia obtuliſti mihi Virginitatis lilium hoc;* FRVCTVS, qui eſt *Filius meus, in quo omnis ineſt Spiritus ſancti fructus, qui in primis cor animãque ſibi vendicat: Corde enim magis, quam carne concepi: hunc Deo reddidi, Deum corde recepi, qui ex mea ſe carne veſtiuit. Idcirco ecce in corde tuo, hanc tibi dono benedictionem; vt ſentias ibi diſtincte totius Filij mei vitam.* Et factum eſt ita. 1. Nam in corde ſuo quaſi quendam mũdum ſentit, intra quem Domini Ieſu vitam intuetur, ſcilicet Incarnationem, Paſſionem, & glorificationem. Et ſecundum iſtud, vel ad gaudia, vel ad cõpaſſionẽ cor eius mouetur. 2. Itẽ in imo cordis ſui lucẽ perſentiſcit mirabilem, qua mirifice conſortatur ad bona quæque agenda; aduerſaque perpetienda, & ad mala iræ, acediæ, cæterarumque paſſionum repellenda. 3. Si quando lux ea receſſerit, iam tum continuo, ſe ad omnia experitur impotentem. XII. XIII. XIV. XV. Monilia præfatus Sponſus non ſcripſit. Cauſa neſcitur: Creditur, quod adeo ſecreta fuerint & ſublimia, vt mortalibus ea non indicari manifeſtanda.

## CAPVT III.

*De modo conſiderandæ B.V. Mariæ inter orandum: Reuelatio ad Alanum Mariana.*

I. ACcidit, vt B. V. Maria nouello ſuo ſponſo appareret petenti: *Ecquo meliore mod. Deipara, Cœliteſque Diui coli poſſint.* Cui ſponſa: ſponſe mi: Imaginem mei tuæ mentis oculis obijce, & apprehende eam, non ſecundum eſſe humanum pure, vel naturæ, quod minimum eſt, ſed ſecundum eſſe aliud quadruplex. Adverte.

I. Eſſe gratiæ. Cum ſim Templum vniuerſarum Dei gratiarum, quarum quælibet omnem Sanctorum gratiã longiſſime antecellit. II. Eſſe gloriæ

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

riæ meum per Chriſtum, eſt præ omni omnium Sanctorum gloria. III. Meum eſſe Dei quadantenus. Nimirum qua in idæa eſt mea SS. Trinitas per eſſentiam, præſentiam, potentiam: ſicut & in cæteris creaturis. Sed altiore modo eſt in me per gratiam: qua facta ſum Triclinium ſummæ Trinitatis, quoad eſſe naturæ, Gratiæ, & gloriæ. IV. Eſſe, quo ſum Mater Filij Dei.

II. Cum itaque in Deo rerum ideæ ſint omnium proprijſſimæ; mea quoque ſimilitudo ineſt eidem pariter proprijſſime. Quæ idæa, vt eſt in Deo, aliud non eſt ſecundum rem, quam ipſe Deus, ſed ſecundum rationem diſtincta, ſc. quatenus à vobis in Deo concipi mente poteſt. Quocirca me ſi in patria cerneres: eſſe naturæ humanæ, Gratiæ, Gloriæ, & Trinitatis in me contuereris. Quorum quodque prius à poſteriore inæſtimabiliter ſuperatur.

Hinc in idæa eſt Mater item quadruplex: naturalis; quoddã præpulcrum: Gratioſa, quid pulcrius: Glorioſa: quid iſto diuinius. Diuina denique, quæ eſt SS. Trininitas in me eſſe ideale exiſtens.

Et hæc Maria eſt omnium Domina, quæ mundum fecit vniuerſum, & quæ in eo ſunt omnia conſeruat, & gubernat, tanquam primum in perfectione idæatum inter omnes creaturas. Et iſta eſt Maria, quam primo intelligo, cognoſco, & amo; voloque à meis famulis intelligi, cognoſci & amari. Ea enim potiſſimum eſt Mater Dei, Verbi Incarnati, vti fuit in me per ſuam eſſentiam. Ad illam primo referatur Ang. Salutatio. Quia natura mea humana nullam habuit benedictionem, niſi propter Mariam Deiparam in me exiſtentem. Et hæc idæa mei, potior & prima debet mente apprehendi. Similiter & imago Chriſti & Sanctorum. Hinc aduerte.

## MODVM ORANDI.

*Ad membra Chriſti, & Mariæ conſiderata.*

### Ad QVINQVANGENAM I.

III. In Capite meditare maximam 1. in eſſe Dominationem Regiam, ratione & meritorum, & Præmiorum, & SS. Trinitatis, in eo ceu Triclinio ſuo, exiſtentis. 2. In viſu meditare omnium ſcientiarum illuminationem, idque in merito, præmio, & Deitate. Vbi & tui eſt viſio clariſſima. 3. In Odoratu meditare omnium gratiarum fragrantiam. In me enim eſt omnis gratia vitæ & veritatis. 4. In Ore meditare ſummam omnium donorum Dei abundantiam, ſuavitatem, ſaporem, & eloquentiam. 5. In Gutture medittare eloquentiæ, vociſque ſonum ac modulationem, quo Deus cœliteſque omnes mirifice delectentur.



Ad II. QVINQVAGENAM. In AVRE meditare, quod vox tua ſonet, irremiſſe in auribus meis, omniumque Sanctorum harmonia, virtutum & chariſmatum. 2. In Stomacho meditare quaſi apothecam omnis ſuauitatis & delectactionis. 3. In Vberibus meditare omnem in eſſe conſolationem & dulcedinem. 4. In Brachio ſiniſtro: Omnem contineri gratiæ naturalis & gloriæ benedictionem. 10. In dextero, omnium gaudiorum infinita genera.

Ad III. QVINQVAGENAM. 1. In vtero, mediteris potentiam filiandi immenſam, & maternam reuerentiam quantam maximam. 2. Ad Fœmora, fortitudinem ſummam. 3. Ad Genua, ſalvandi gratiam, & à malis liberandi indefeſſam. 4. In Tibijs, Vnctionem, plus quam omnium Sacramentorũ. 5. In Pedibus, meditare donũ agilitatis, conſtantiæ, &c. Atque iſta talia in corpore beato.

IV. In Anima vero longe maxime & proprie meditari potes & orare ſimul, eundo per Intellectum, Voluntatem, Memoriam, Iraſcibilem potentiam & concupiſcibilem: *Item* per Senſum communem, Imaginativam, Phantaſiam, Æſtimativam, & Reminiſcentiam. *Item* per potentias quinque ſenſuum interiorum. In ſingulis iſtis veneraberis ſpiritalia, in eſſe rebus creatis in mundo hoc infinitios meliora, digniora, veriora, ſanctiora, puriora, clariora, &c.

V. Cogitanti Sponſo: *Quomodo poſſent illa eſſe vera idæa, & imaginata?* Domina reſpondit: Tripliciter eſſe vera poſſunt. *Ratione* oſtendo. Nam SS. Trinitas eſt vbique per eſſentiam, potentiam, & præſentiam: ideo eſt & in qualibet imagine creata, præſertim in idæa S. Mariæ, quæ ab æterno fuit in mente diuina concepta, Deoque deſponſata. Et ita SS. Trinitas præſentialius eſt in qualibet re creata, quam forma inſit materiæ, aut locatum in loco. Ibi enim eſt eſſe diuinum, in quo non ineſt falſitas.

2. *Exemplum* ecce viſibile. Continuo Sponſus ille intuebatur in Sponſa Deipara, & in omni etiam ſui parte, totum mundum: mundoſque alios innumeros, & eſſe quodlibet in quolibet videbatur. Hæc viſio corporis. 3. *Quoad Animam*: videbatur ſibi Sponſus mente & voluntate in B. Mariæ mentem omnes animæ partes illabi, &



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

abſorveri, & mutari, ſic, vt iam non eſſet, qui prius, ſed quaſi ipſa Maria omnia videns, ſentiēs, potens. Hic quale reperit Oſculum ſponſus, qualia ſuxit vbera Diuina, &c. ipſe, cui revelatum eſt, ſcit. Et nemo ſcit, niſi qui accipit.

VI. Deinde pari modo, Deipara mediante, vidit eadem in imagine Chriſti: itemque & Sanctorum. Et videbātur quodammodo Sancti abhorrere coli & idæari in humanis noſtris mentibus, ſecundum puram naturam humanam, quam nihili reputant. *Quod tamen ita ſe honorari patiantur, id faciunt in ordine ad SS. Trinitatem.*

Gradum autem & differentiam aduerte iſtam. 1. Adorādum quod eſt, honorari tamen cupiunt in ordine ad SS. Trinitatem in Chriſto, Me, & Sanctis, eſt duplex. 1. Principale SS. Trinitas eſt, cuius intuitu fit adoratio. 2. Minus principale, ſiue ſecundarium adorationis: in hoc Chriſtus excedit Me in infinitum: ego vero item alios inæſtimabiliter anteſto. Ratione primarij, æqualis eſt adoratio, inæqualis eſt ratione ſecūdarij. Vnde SS. Trinitas, quo ad ideam Mariæ, eſt ſpōſa omniū Beatorū, & Chriſti: ita & Chriſtus, qui eſt omnium ſalvandorum ſponſus.

Et ad iſtum modum nouellus ille ſponſus frequenter habet colloquium cum Chriſto & Maria prorſus familiare.

## CAPVT VII.

### *Reuelationes breues B. Alano ab Deipara facta.*

SS. Trinitati nil gratius accidit ab hominibus, atque las in Pſalterio, tum illo Dauidico, in cuius quolibet pſalmo implicite continetur *Pater*, & *Aue* totum: tum iſto noſtro Chriſti, aut Mariæ. Quare *Laudate Dominum*, & Dominam *in Pſalterio.* 2. Hoc autem perplacere Deo, revelavit Deipara quondam V. Bedæ, S. Dominico, S. Catharinæ Senenſi: & nouiſſime cuidam ſuo nouello ſponſo: qui Pſalterium orare iam diu conſuevit. 3. Pſalmos quoque ſic in choro pſallere, vt ſibi, ad aræ dexterā ſtare Chriſtū, ad ſiniſtrā aræ B. M. imaginaretur, ad quos alternatim pſalmos intentione dirigebat. Sic etiam S. Dominicus pſallere ſolebat. 4. In Pſalterio Mariæ autem præcipue perſentit ſponſus ille iubilationem cum inexplicabili gaudio admirandam. In tali accidit aliquando, vt B. Sponſa Virgo Maria pre breves ei revelationes plures facere dignaretur.

I. S. Maria, quicquid à Deo



Deo petierit, protinus impetrabit: quicumque, quantumcumque, quoties, & quantumcumque obſtiterint petendo contrarium. II. Sic ordinauit Deus, nulli ſe miſericordiam facturum, niſi ad plenum votum S. Mariæ. III. Mundus iam pridem defeciſſet, niſi B. Maria ſuo eum ſuſtētaſſet patrocinio. IV. Adeo deamat ſalutem cuiuſque peccatoris, vt parata eſſet, ſi vellet Deus, quotidie pœnas mundi, & inferni perpeti (abſque peccato) pro cuiuſque ſatisfactione. Ideo nemo deſpiciat peccatores, qui tanti ſunt Deiparæ. V. Minimus B. Mariæ cultus exhibitus vel vnica Salutatione, pluris eſt, quam mille cuplo maior alijs Sanctis impenſus (comparatione Sancto, ad ipſam facta) quanto cœlum maius eſt quauis ſtella.

VI. Tanto etiam plus miſericordiæ ineſt eidem, præ cunctis Sanctis. VII. Nulli fuerunt in Nouo Teſtam. Sanct., quorum opera maxima nō ſpectarint ad laudem Genitricis Dei. Vnde S. Dominicus, S. Franciſcus, S. Vincentius, S. Bernardus; &c. vixerunt ei Pſalterij cultu devotiſſimi. VIII. Qui ei ſeruierint in Pſalterio conſtanter, accipient ſpecialem gratiam aliquam. Ita S. Dominicus, S. Franciſcus, &c. meriti ſunt fieri Sacrorum Ordinum fundatores, S. Dominicus dici meruit Filius Dei, Frater Chriſti, Filius & ſponſus Mariæ. IX. Dominus Ieſus poſt ſumptionem SS. Euchariſtiæ, & ſpecierum conſumptionem non deſinit eſſe in ſumente, gratia permanente. Imo melius eſt in anima pura, quam ſub ſpeciebus: quia huius eſſe ſui ſub ſpeciebus finis & cauſa eſt iſtud eſſe in anima. Et hoc tanto & melius illo, quantum anima eſt præ nudis ſpeciebus. Sed aliter tamen eſt in hiſce, aliter in anima. Nouellus ſponſus poſt Synaxin, ſenſibiliter, & ſpiritualiter, perſentit in ſe ſe Chriſtum. Sicut & ſancta Catharina Senenſis multique Sancti. X. Advocata noſtra plus nos diligit, quam quiſquam quemquam poſſit vnquam.

XI. Vnicum Ave dictum, pretioſius eſt, quam ſub cœlo quicquam aut quam vllum donum corporis, animi, vitæ, &c. temporale. XII. Cultus Sanctis præſtitus eſt quaſi argenteus, factus mihi, aureus, Chriſto, gemmeus, SS. Trinitati, quaſi ſtellatus. XIII. Sicut in mundo plus ſtellis cunctis Sol poteſt: ſic ego plus Sanctis adiuvo ſeruulos meos. XIV. Servitia Sanctis facta quaſi nihili ſunt, niſi meis ſint meritis & lumine, poſt Chriſtum, viuificata. XV. Veri Pſaltæ mei



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

morientur Sacramentis pręmuniti: nec ante perdent loquelam, aut vſum rationis.

XVI. Præſtitum mihi ſervitium, Sanctis vniuerſis præſtat gaudium. XVII. Hæc Nomina IESVS, & MARIA, duę ſunt fornaces charitatis, quibus torrentur & diſtorquentur dęmones: at piorum mentes ijs purgantur, accenditur deuotio, caro caſtigatur. XVIII. Sicut ad generationem Filij Dei, & reparationem mundi, Deus ſalutationem elegit: ita, qui ſpiritaliter alios generare, & reformare zelant, oportet Me per Ave ſalutent. XIX. Sic per me Deus vt per viam venit ad homines: ſic & hos item per me ad virtutes & gratias ire, poſt Christum, neceſſe eſt. XX. Scias, quod me Deus Pater accepit in Sponſam, Filius in Matrem, Spiritus S. in Amicam SS. Trinitas in Triclinium: & ſic amo coli.

XXI. Veri Pſaltæ mei pleroſque in gloria antecellent: communiter ponentur in prima hierarchia, dicta Epiphania. XXII. In corporibus glorioſis vnio Sanctorum & ſpiritalis, & per imaginem quilibet in quolibet etiam corpore: in me vero maxime: Hic amplexus ſunt ſpiritales, & quilibet eſt cuiuslibet ſponſus & ſponſa caſtiſsimo cum gaudio charitatis. XXIII. In dies aliquos è Purgatorio eripio. XXIV. Si homines caperent & cogitarēt de viſione beatifica, ad ſummam charitatem, fidem, ſpem, timoremque Dei breuiſſime peruenirent. XXV. Mi ſponſe, volo cogites Christum totum eſſe in te, caput eius in tuo capite, pedem in pede, & ſic de membris cæteris. Talem te cum videre non poſſum quin te intime complectar, & tu omnia ſuperabis adverſa.

XXVI. Miſſa eſt memoria Paſſionis filij mei, velletque adhuc pati pro Miſſam audientibus toties, quoties, ſi poſſet: ſupplet autē merito ſuo infinito. XXVII. B. M. quoties videt Nouellum ſponſum ſibi induiſſe Chriſtum, dulciſſime & reverenter eum appellare gaudet nomine Sponſi. Atque tum ille ſentit mirabilem in membris ſuis influentiam. XXVIII. Celebrantes Miſſam eſſe tantæ charitatis debent, vt vellent crucifixi pro ijs, pro quibus ſacrificant. XXIX. Sæpius quaſi concipio, & pario Chriſtum, ratione virtutum, per meos famulos: & ipſum, & hos amplector, &c. XXX. Deuotionis actus pijſſimus eſt, ad articulos fidei, quaſi ſcalam, mēte aſcendre in Deum, & imaginari ad ſingulos, ac ſi res ſignificata eſſe reuera præſens.

XXXI. Angelos inter & homines ſpiritalis eſt deſponſatio: idcirco magna eis debetur reuerentia: ſunt n. cuſtodes ſingularis, ego cuſtos omnium vniuerſalis: & ſic mei, ſicut oculi Domini, ſunt ſuper bonos & malos. XXXII. Deus eſt omnium piorum, & cuiuſque Sponſus ardētiſſimus præſentiſſimos. Deſponſatio autē fit, æſtimando ſeſe nihili, & maximi ſemper Deum: & Deo ſe reſignando, quoad eſſe, intelligere, velle, agere, pati, poſſe, & omnia. XXXIII. Sponſe nouelle, peccator eras magnus, ego oraui pro te, cum deſiderio ſuſtinendi pro te, ſieri ſi poſſet, omnes pœnas, vt ſalvareris. Quia peccatores converſi, ſunt gloria mea.



## CAPVT VIII.

*Viſio B. Alano facta, de Aſſumpta B. V. Maria.*

### Pars prior Viſionis.

I. PSalterium Mariæ cunctis diaboli, carnis, & mundi machinamentis adverſatur, & inquinamentis: Quia per ſalutationem Dei *Verbum* ad hoc *Caro factum*, venit in mundum. Vnde S. Hieron. ait: *Merito Maria eſt omnium Regina, quæ Verbum Dei generando, omnia regenerauit in mundo.* Id quod in Aſſumptæ præmio declaratur.

Nouellus quidam Mariæ Sponſus, in ipſa B. V. Mariæ in Cœlos Aſſumptæ feſtiuitate, poſt cœleſtium Sacramētorum preceptionem, breue per ſpatium graditur ad ſuperna, & admirandam Virginis Mariæ Aſſumptionem intuetur; velut tum geſta fuerit, cū Ieroſolymis ea in circumſtantium corona Apoſtolorum obdormiuit. 1. Vidit Animam illius, ſepties clariorem ſole, de corporis templo progredientem, & inter Filij Sponſi IESV CHRISTI brachia mira celeritate proſilientem, præſente Eccleſia Triumphante, ea præſertim Angelorum choro, hominum cuſtodiæ deſtinato. Vt ad cœli ventum portas erat; vox audita IESV fuit: *Attolite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales; & introibit* REX *&* REGINA *Gloriæ*: ſimul intrabat idem *Dominus fortis, & potens in prælio* cum Sponſa, innitente ſuper Sponſum ſuum. 2. Hic effuſa cœli gaudia pariter & agmina ſe obuiam ferunt, flexiſque poplitibus, Angelicam ei Salutationem diſſona Symphonicæ concordia acclamant, ineffabili cum triumpho, reverentia, lætitia & maieſtate. Nullus Cœlitum viſebatur abſque Pſalterio aliquo muſico, nihil niſi puram Ang. Salutat. reſonante, mira cum ſpe-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſpecialis melodiæ ſuavitate.

3. Inter cætera ecce.

## SCHEMA PSALTERIJ.

II. Organi ad inſtar prægrandis: quod vnum alia centum & quinquaginta contineret Pſalteria: quorum quodque fiſtulis item C. & L. conſtabat: ac rurſus in vnaquaque fiſtula, modo admirabili, C. L. modulationes reſonabant, in tanta conſonantia, vt nil ſupra. Muſarchus eo ludebat S. Archang. Michael; quem circum C.L. concentores ſtabant: adſtibat hiſce Chriſti Angelus Cuſtos, cum Viator fuerat. Concentu videbantur poſſe vel mortui ſuſcitari. Auditor talium Sponſus in mirificum Chriſti ac Mariæ ſeſe rapi ſentiebat amorem.

4. Chori autem ſic alternabant; vt, poſtquam illuſtre illud Pſalterium cecinissent, *Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum*: reſponderet vniuerſa cœlorum curia: *Benedicta tu inmulieribus, & benedictus Fructus ventris tui* IESVS CHRISTVS. Cuius ſolius mera fiebat repetitio, ſimul & molodiarum variatio alia vſque, & alia: neque vnquam eadem reddebatur vocum ſententia & intelligentia. Iſto Pſalterio infinita Dei Sapicapi videbatur.

5. Audiuit porro ab Ductore ſuo Sponſus ille ſibi dici: *Omnis mundus per hoc Eulogium eſt redemptus, & Rex cælorum incarnatus, & reparata Angelorum ſunt ruinæ. Ea cauſa Angelici Spiritus hoc Nouum Canticũ Deo reſonabunt æternum.* Accedentes autem Cœlites ad Mariam omnes diuerſis ordinibus (in quorum ſingulis non plures C.L. memorabantur) iſtud ei Pſalterium quiſque ſuum offerebat.

6. Admiranti nimium ſpõſo, quidam aſſiſtentium aiebat: *Quid miraris? Numerus iſte ſacratiſſimus eſt, figuratus in Arca Noe; In Tabernaculo Moyſis; In Templo Salomonis: idque per varios denarios numeros ſæpius ſub hoc myſterio iteratos; In Ezechielis q. quo nouo templo viſo commenſuratos. In Dauidicis Pſalmis hoc numero CL. per Eccleſiam vſitatis: qui omnes de Chriſto, & Matre Chriſti præcinuerunt. Hæc enim verum & viuum eſt SS. Trinitatis Pſalterium; adeoque totius vtriuſque Eccleſiæ. Ideo imparis numeri Pſalterio preces offeruntur hominum, lætificantur Cœlites; honoratur Deus. Quæ vt vniverſis prædicares Deo eſſe gratiſſima, idcirco hic nunc audire & videre te tanta voluit idem Deus.*

III. PRÆDICARE *autem Pſalterium grandis poſtulat orbis neceſſitas, ob inſtãtia mala. Quiſquis id arripuerit, ſentiet vim ex eo & præſidium: qui ſpreuerit, venturis malis inuoluetur. Vaſtitas imminet orbi miſeranda: cui ſolũ, quod orbem reparauit olim, etiam nunc mederi poteſt Pſalterium Angelicum.*



Audijt iſta ſponſus, & oculos forte ad ſubiectum ſibi mũdum deflectens, videbat. Tria immaniſſima per eum debacchari. 1. Ab Aquilone cernebat barathrum immenſæ profunditatis, de quo fumus obſcuro igne permiſtus euolans mundo vaſtitatem inferebat. Et vox quaſi aquilæ volantis audita eſt, & clamantis: *Væ, væ carni & ſanguini, quorum incendio mundus totus ſuccenſus flagrat.*

2. Parte diuerſa conſpicabatur horrificum belli apparatum circumferri, ac detonare per orbem cum immenſa clade, tempeſtateſque, tonitruaque, fulminaque interuenientia mundum omnem quatere. Quæ inter mulieris vox ab aere vociferabatur: *Væ, væ, væ mundo à malis.* Et alia occlamabat: *Quia non eſt miſericordia in mundo: non petas amplius clementiam in cælo. Nam Finis venit, venit Finis.*

3. Parte alia cernebat idem innumeras cacodæmonum cateruas, duabus plagis orbem pene omnem præcipitantes in hiatum inferni: ab CL. fornacibus horrendi; cum infinitorum diuerſitate cruciatuum. O clamor! ò horror! quantus inde prodibat.

Dictas tres plagas audiuit deberi tribus mundi malis, Luxuriæ, avaritiæ, ſuperviæ, & contra hæc valere Pſalterium.

IV. Interea Reginam cæli Rex IESVS choros ſuper Angelorum euectam, ſic affatur: *Mater mea Sponſa, & Virgo Regina: Te SS. Trinitati par eſt præſentari, tuaque per merita mundo ſubueniri. E terris huc qui inuehuntur, protinus S.S. Trinitati ſeſe deuouentes, ſua ipſi meritorũ offerunt dona. Tuus Ipſe Ductor ero: Acceptura es namque Regnorum cæleſtium poſſeſſionem.* Dixit: dictoque citius, ecce, coram adſtare videbat nouellus Sponſus nouum.

## SCHEMA PSALTERIJ.

REGINÆ XV. ſupra mortales auguſtiſſimæ apparebant: & ſuæ ſingulis pone ſtabant Domicellæ. 1. Priores quinæ ſuis cum L. puellis, Roſas totidem miræ pulchritudinis præferebant: quarum primæ aureis viſebatur, inſcriptum, *Aue*: ſecundæ, *Maria*: tertiæ, *Gratia*: quartæ, *Plena*: quintæ, *Dominus*. 2. Alteræ quinque cum puellis L. quinas GEMMAS deferebant maximi pretij: harum primæ inciſum videbatur, *Tecum*: ſecundæ: *Benedicta*: tertiæ, *Tu*: quartæ, *In mulie*-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*licibus*: quintæ, *Et benedictus*. 3. Poſteriores quinæ cum L. puellis Deiparæ præferebant quinque STELLAS. Quarum inerat primæ, *Fructus*: ſecundæ, *Ventris*: tertiæ, *Tui*: quartæ, IESVS: quintæ, CHRISTVS.

Tunc ſuis Matri Filius aiebat: *Dulciſsima Genitrix, Sponſa chariſsima Tria cælorum ſunt Imperia ſumma; tria quę Vnum ſunt: Paternum, & Filiale & Spiritale. Et ſua horum cuique Regna ſunt quinque. Te cælorum Reginam, non participem ſolum & Conſortem, vt omnes ſunt Cælites, verum imperiorum etiam Potentem eſſe par eſt. Age: Ecce tibi.*

## I. IMPERIVM PATERNVM.

V. *Huius* REGNA *ſunt quinque Patris conuenientia*. 1. Paternitas. 2. Vnitas. 3. Potentia. 4. Æternitas. 5. Creatio. *Singula, & omnia Tremenda, Adoranda, Diuina.*

Hic ergo Diua Virgo Parens, PATRI imperatori ſupplex Omnipotenti ſic humillime fatur. AVE PATER: *Ens* ENTIENS ES. *Ecce pro Me, proq; omnibus Meis, hanc offero Roſam, tua mihi dudum gratia donatam.* Simul de manu Reginę primę Roſam, *Ave*, inſcriptam, accepit; obtulitque Patri pro Imperiali Regno Paternitatis. Accepta Roſa Pater infit: *Digna, glorioſaque Roſa hæc! Ob hanc æternum eris Regina regni Paterni, tanquam* MATER *Entium omnium ſingularis. Quia per*, AVE, *genuiſti Creatorem omniū Filium meum.* Sponſo videbatur Curia cœleſtis tota hanc libro inſcribere donationem, Mariæ, eiuſque Pſaltis factum.

II. VNITATIS Regi, regnoque præſentata, Roſam offerens MARIA, ait; AVE Rex LVMINVM. *Ecce Vnitati infinitæ, ex qua cuncta manant; Roſam*, MARIA, *pro me, meiſque offero, vt ſcis, & vis.* Accepta, Rex ait: *Benedicta! Tu eris Regina in regno vnitatis meæ: Entiumque cuncta Vnitates ac ſingula tuæ ſubeſſe volo poteſtati.*

III. POTENTIÆ Regi, regnoque ſiſtebatur. Quæ roſam GRATIA offerens aiebat. AVE *Rex gratioſiſsime: Ecce donum hoc pro me, proque ſervis meis Pſaltis. Placeat oro, & Placet.* Cui Rex: *Placet, & Placuit, placabitque. Eſto mea tu Regina Potentiæ; ſubeſtoque tibi omnis in cœlo terraque potentia. Quia tu genuiſti Potentiam Patris Filium, qui mundi eſt gratia.*

IV. ÆTERNITATIS Regi, Regnoque adducta, ſupplex aiebat: *Accipe meam, ſervorum meorum roſam*, PLENA. Cui Rex: *Tu Genitrix Æternitatis Plena, promeritum Regina capeſſe Æternitatis regnum hoc.*





V. Creationis Regi, regno roſam ſimiliter offerens, Dominus: idem recepit regnum Regina creationis, quia genuit Creatorem Filium. Hic quanta omnium gaudia?

## II. IMPERIVM FILIALE.

Huius regna Gaudiorum ſunt quinque iuxta Filij attributa. *Filiatio*. 2. *Verbum*. 3. *Sapientia*. 4. *Redemptio*. 5. *Prouidentia*. Horum ſingulorum Regi regnoque ſiſtenda Virgo humillima Ductorem ſequebatur. I. Ergo Regi Filiationis pro Regno Filiorum Dei, proque ſe & ſuis, rite præfacta, Gemmam Tecum offert. II. Item gemmam, Benedicta, Regi pro regno Verbi Incarnati dat: & id recipit Regina. III. Pro regno Sapientiæ Regi donat, gemmam Tui Reginaque fit Sapientiæ. IV. Pro regno Redemptionis gemmata dat, In Mulieribus: fitque Regina Sapientiæ. V. Pro regno Prouidentiæ dat gemmam, Et Benedictus: recipitque regnum. Hic rurſum noua Cœlitum gaudia, laudeſque mirificæ conſonabant.

## III. IMPERIVM SPIRITALE.

Huic regna ſunt item quina, vt & Spiritus Sancti Attributa. 1. Spiritus Sanctus. 2. Dona. 3. Miſſio. 4. Bonitas. 5. Conſeruatio.

I. Regi SPIRITVI Sancto ſupplex ſtellam, FRVCTVS, offert. Cui Rex: *Amica chariſsima: poſside regnum omnium Spiritum: de hiſce fiat voluntas tua, Quia Fructum de Spiritu Sancto concepiſti volens.* II. Pro DONORVM regno ſtellam, VENTRIS, offerenti Rex ait: *Eſto regina Donorum Dei; nec vllum donum naturæ, morum, gratiæ, ſeu gloriæ cuiquam dabitur, niſi te cooperante & mediatrice.* III. Pro MISSIONIS regno ſtellam, TVI, offerenti Rex ait. *Sicut per Ventrem tuum benedictum bona omnia data mundo ſunt; ita per factam ad te Miſsionem Filij innotuit ſumma Proceſsionis meæ miſsio. Quare tu eſto Regina omnium in vtroque orbe miſsionū, nec vllus fiat motus tuo ſine motu.* IV. Pro BONITATIS regno ſtellarum IESVS donanti Rex ait: *Tu Regina Bonitatis eſto. Nec vllam ego cuiquam, niſi te mediāte, communicabo.* V. Pro CONSERVATIONIS regno ſtellarū, CHRISTVS, danti Rex ait: *Nihil ex hoc, vel in natura, vel gratia, Te ſine, conſeruari volo. Tu enim genuiſti Servatorem orbis Regina Conſeruatrix* gaudia hic rurſus immenſa.

Ecce nunc Coronidem.

VI. Denique SS. Trinitati præſenta offerebat Se Ipsam pro Se, ſeruuliſque ſuis Pſaltis. Cui Devs: *Facta tibi dona æternum eſſe rata Volo, Iubeo. Tu nobile Tricinium eſto SS. Trinitatis. Ego ſic ero tota non te, & tu in Me tota mutat: Non aſſumptione; ſed glorificatione ſingulari. Tua Voluntati nil abnuam vnquã.* Adhæc: *Quia* Dona *illa XV. ordinaſti: ad mea X. Præcepta: ad meas X. Virtutes potiſſimas: contra X. Vitia mundi: ad Naturæ X. prædicamenta inſtauranda: Idcirco volo, calis in terris hoc ſub numero laudaris in Pſalterio.*

Ad vltimum verſa ad ſponſum inquit, Sponſa: Quæ vidiſti, audiſti: prædica. Nil timueris: Ego tecum ſum; te adiutabo, cunctoſque Pſaltas meos. In Reſiſtantes tibi, Ego vindicabo: Diſperibunt; ceu expertus, multos iam vidiſti mala morte extinctos, C. 13. 4.

*Nunc porro adverte ſis*

## CAPVT IX.

# PSALTERA VISIONIS.

*De Monarchica Miſericordiæ conflictu cum Iuſtitia, &c.*

## NOTA.

Sic Monet ſub finem capitis Alanum B. Virgo: In cœlo pax ſumma; diſcordia nulla; nec Dei mutatio eſt: ſed humano captui ſic repræſentatur diverſitas temporum Legis & Evangelij; Iræque Dei ad Gratiam verſæ.

I. Clavis, aut vas Miſericordiæ eſt Pſalterium Mariæ: qualis, *Geneſ.* 24. Hydria Rebeccæ, Viatorum refocillatrix de Fonte Matris Miſericordiæ. Sic viſionis pars altera docet: docetque in Pſalterio Deprecari Mala: ſicut prior, Bona petere.

Sponſi igitur nouelli Viſionem illam ſereniſſimam ſequitur alia illinc ſeueriſſima: hinc Miſericordiſſima. Ecce nouum

## SCHEMA PSALTERIJ.

Inſtituta iam æternorum trium in cœlis Imperiorum Imperatrix, & Regnorum XV. Regina Maria erat, eratque ſuum Miſericordiæ Imperium auſpicatura: Fœliciter! Ter ò, & amplius: Ecce, parte alia, è diuerſo, *Tria Noua Imperia*; inde iam ab homine orbeque lapſo, in orbe vſurpata Deo; motu grandi ſeſe mouent, ac velut adverſum Nouá Dei, Deiparæque Miſericordiam inſurgunt. Res ita geri viſa fuit.

Deus, lapſu protoplaſtarum iratus, velet omiſsâ Clementia, regere ſubiectum cœptavit in virga ferreâ ſuæ *Potentia, Iuſtitiæ, & Veritatis*: Nunc, acceptâ ab Filio ſatisfactione, placatus, ſui in orbem Imperij frena laxauit *Miſericordiæ*: cuius per Imperium triplex nouum hoc antiquari neceſſe fuit Vetus vſurpatum Imperium trinum. Itaque Trinuna iſtius Imperatrix *Potentia, Iuſtitia, & Veritas*, habitis velut Comitijs; *Itan'*, aiunt, *Dominã Miſericordiã Vnam omnia regere? Si permittimus: peribimus, Peribit lex de malis ceſſante Dei Potentia & Iuſtitia contra eoſdem: & Veritatis ſententia de malorum damnatione. Ergo: belligerare placet?* Perplacet cunctis.

Res miranda! Apparebat Sponſo viſibiliſſime, ac ſi corporis cerneret oculis talia:



I. POTENTIA Imperij Paterni.

II. Imperatrix hæc ingenti mole mouet ſe; primaque graditur in acie. Reginæ eam ſequuntur Quinæ, truces: 1. *Maledictio*. 2. *Ignorantia*. 3. *Obduratio*. 4. *Inopia*. 5. *Seruitus*. Similes his turbæ minaces aderant innumeræ, ordine nullo, & multo cum murmure miſtæ. Hincque ſtabant.

Stabat at inde Monarcha Mariæ Miſericordia cum Potentia. Hæc armis freta Miſericordiæ, Virtutum, & Meritis Chriſti, ſuis, & Sanctorum, albis equis inſidentium; illatis in turbam aduerſam ſignis felicibus, Venit, Vidit, Vicit. Severam illam paternam Potentiam capit, cum Reginis eius, & Copijs vniuerſis. Omnes gigantææ magnitudinis erant, & fortitudinis hactenus inuictæ.

Ad eas, manibus poſt terga reuinctas, Monarcha Maria ſic fatur: *Dominæ potentiſſimæ: Iuſtum eſt, vt Dei voluntas impleatur, Sapientia perficiatur, Bonitas conſeruetur. Cum igitur hic placuit me indigniſſimam ſingulari gratia ſua dicere Imperatricẽ Miſericordiæ; plane neceſſarium erat, totis à me viribus Imperium meum defenſare. Vos ab annis iam retro quater millenis cominata, Miſericordiam ab orbe profligaſtis*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſolis con cluſam cælis. Nunc (ita viſum DEO) Ego; veſtrique omniumque Potens, Autoritate SS. Trinitatis vos abſoluo; abſolutoſque pronuncio. Simul Miſericordiæ Reginas inſtituo; quin mage reſtituo regnis.

I. Quare Tu, MALEDICTIO, cede; ſuccede mea BENEDICTIO in regno AVE: quod eſt ſine Væ. II. IGNORANTIA, diu nimiū mundo grauis, abſcede: Succede huc ILLVMINATIO in MARIA regnum. III Tu que OBDVRATIO, dura nimis fuge: Accede bona GRATIA, ad regnū GRATIA dictum. IV. Vah FACVITAS gigantea, bonorum hucuſque omnium euacuatrix; abſcede: Tuque ſufficientiæ PLENITVDO ſuccede, & regna in Regno PLENA. V. SERVITVS dira quid vrges? Cede. Accede tu LIBERTAS Filiorum Dei, & regna in regno DOMINVS.

Audite nunc: quæque remota regnis, quæque promota, & ſuffectæ regnatis; quique Pſaltæ mei ſubditi famulamini Chriſto & mihi: audite, Iura capeſſite veſtra Volo, vt Pſaltæ mei in vita, in morte, & poſt mortem, habeant Benedictionem, Illuminationem, Gratiam, Plenitudinem ac Libertatem: immuneſque, ſecurique regant ab Maledictione, Cœcitate, Obduratione, Inopia, & ſeruitute. Quia parent mihi in Paternæ Potentiæ iam miſericordis regnis dictis: Ave Maria, Gratia, Plena, Dominus.

## II. IVSTITIA Imperij Filialis.

III. Imperatrix hæc, cognita ſororis captivitate, marmaruit, vocatque ſuas in arma ſocia Reginas quinas. Aduolant hæ ſæuæ, ſæuiorum cum turba malorum. 1. Peregrinatio 2. Infamia. 3. Seueritas. 4. Immiſericordia. 5. Fortuna mala.

Conferunt; inferuntque ſigna infeſto in aciem Deiparæ Miſericordiſſimæ Monarchæ. Fit vis; vimque vis melior vincit Mariæ; & reuinxit iuſtitiam; capitque eius copias. Vulnerata caput ac pedes iuſtitia, reuinctaque manus, ſic infit ad Mariæ Miſericordiam Dei: Vulneraſti cor meum, ſoror mea; Sagittæ enim tuæ acutæ: cum carbonibus deſolatorijs, Penetrant, Incedunt.

Cui contra Maria clementiſſima. Diu, dureque nimis in Adæ filios es dominata. Finem tibi impero, modumque ſtatuo. Volo (ſic namque diuinæ placuit Sapientiæ Filij:) ex hoc Imperare Miſericordiam volo. Tuæ hinc faceſſant Dominatrices truces. Et Tu.

I. PEREGRINATIO, ceſſa exules, cœloque extorres abijcere miſeros mortales inque terris peregrinos & limbo. Cede. Accede Re-



gina mea HOSPITALITAS, capeſſeque regnum, Tecum. II. INFAMIA, infanda, infenſaque nomini humano: Cede: Succede FAMA BONA: cape regnum, Benedicta. III. SEVERITAS, deſæuito nunc: abcede regno: Fugaſti diu Mediatorem, vel retardaſti. Tu, MEDIATIO, cape regnum, Tu. IV. IMMISERICORDIA: cede, fuge, Regna tu, O PIETAS in regno, In mulieribus. V. MALA FORTVNA, cede: Accede BONA, ad regnum: Et Benedictus.

Hic Maria. Audite Edictum omnes. Volo, vt in Pſalterio meo Pſaltæ habeant in me Triclinio SS. Trinitatis. 1. Hoſpitalitatem. 2. Famam apud Deum bonam. 3. Mediationem Filij, meam, & Sanctorum. 4. Pietatem: & 5. Fortunam bonā: Vacentque à contrarijs omnibus. Quia parent mihi in regnis: Tecum: Benedicta. Tu. In Mulieribus. Et benedictus.

## III. VERITAS Imperij Spiritalis.

IV. Hæc, iſtis cognitis: in arma ſe, quinaſque ſocias, regnumque totum inijcit; molitur omnia: excogitat noua: vetera exaggerat: invadit Mariam, pugnat: At expugnatur ab illa, Spiritu Sancto adiuvante: Captaque cum ſuis, tribunali ſiſtitur SS. Trinitatis. Vbi, Maria ſic infit ab alto. Hæc eſt, quæ filios Adæ hactenus Patriæ veritate priuauit, tenuitque atra ſub vmbra vinctos. Abſtine nunc: & exue imperium. Et ſuæ quoque cedite Dominatrices: 1. Infructuoſitas. 2. Infœcunditas. 3. Paupertas. 4. Captiuitas. 5. Mors mala. Regnis hiſce noſtris abſcedite dictis: Fructus, Ventris, Tui, Iesvs, Chriſtus. In hæc vero ſuccedite felices vos reginæ, Spiritus Sancti: 1. Fructuoſitas. 2. Fœcunditas. 3. Abundantia. 4. Libertas. 5. Sanitas, & Vita beata. Volo, vt Pſaltæ mei hiſce gaudeant: careant contrarijs

## CATASTROPHA.

V. SS. Trinitas tanti ſpectatrix conflitus, ab Potentia, Iuſtitia, Veritate captiuis implorata, reſpondet: Filiæ chariſſimæ: mea vos inter filia PAX, eſto Arbitra. Ipſam audite.

Hic ſtabat pulcerrima Pax: & ait.

Detur cuique, quod ſuum eſt: & fiet Pax in Virtute tua. O ter SS. Trinitas. Geminam decerno Sententiam. Priorem: MARIA ſibi optimam partem elegit, quæ eſt, Miſericordiæ, in Regnis XV.

Quare Quicunque in Pſalterio Chriſti ſeu Mariæ hiſce fideliter in XV. regnis deſeruierint hi cæterarum eſſe iam deuinctarum ſub imperio non debent obnoxij: ſed

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*ſed in ſolius Mariæ Monarchia gauderi beati.* Annuit Omnipotens; ratumque iuſſit: totaq; cœli Curia acclamauit.

Rurſum nox voce terribili, PAX proclamat.

Alteram ſententiæ partem pro captivis: *Dominentur porro potentia, Iuſtitia, & Veritas: Verum ſuper eos durum iugum ſuum imponant, qui Miſericordiæ regnis ſub ſigno Pſalterij Chriſti aut Mariæ ſubeſſe recuſant; idque vel ex contemptu, ſuperbiæ vel acediæ neglectu: aut alio quo vitio ſuo.*

Ad hæc SS. Trinitas aiebat, FIAT, & ÆTERNVM *ſic Fiat.* Voxque Cœlitum vna conclamabat: *Fiat, Fiat. Amen, Amen.*

VERITAS SVBRIDENS ſubijcit:

VI. *Certe, ò ter beata Maria, Imperatrix digniſsima: Regnum tuum erit minimum: noſtrum, maximum. Quia pars minor dabit ſe ſub ſigna Pſalterij orandi, portandi, propagandi. Arcta enim via eſt, quæ ducit ad cœlum, & pauci intrant per eam. Pars potior noſtro ſub iugo gement, ſeruiet, luet, æternumque luet.*

CAVTELÆ ADMONITIO.

Denique ad Sponſum verſa ſuum Diua Maxima ſic monet. Caue, putes, in cœlis bella geri, ſeri diſcordias. Caue, ſic putes. Pax ibi infinita eſt. Verum tua, hominumque à te docendorum cauſa, hæc quaſi geſta vidiſti, vt factam ab ira in gratiam mutatione quaſi Dei, & Pſalterij gratiam prædices ad hominum captum.

Dixit, ſimul oſculum ei affixit: & Vbera ſugenda præbuit: in ſignum veritatis. Tantoque delibutus gaudio exundavit; vt ad humana terrenaque omnia ſibi videretur Stomachari. Sic ille ſponſus redditus humanis, & homini ſuo, veriſſime intellexit, Viſo iſti conforme illud eſſe, quod in Aſſumptione canit Eccleſia: *Hodie Maria cœlos aſcendit*, GAVDETE: *Quia cum Chriſto* REGNAT *in æternum.*

## CAPVT X.

*De Ang. Salutationis Excellentijs Sponſo Mariæ revelatis ab* IESV.

VIdit: Audiuit nouellus Mariæ Sponſus immerit'; vt ſequitur: Ieſvs ait Matri:

Dul-



*Dulciſsima Mater ſponſa: Perplacet, te in Angel. ſalutatione laudari. Ideo in hac præconia, tuæ Dignitatis contenta, Sponſa revelare tuo placet.* Ad quem verſus, ait: *Fili mi: viſibiliter apparens tibi, pando; quid Matri meæ offers neſcius; cum* AVE *dicis ei deuotius.* Sponſus. *O cordium Amor, & Gaudium dulciſsime* IESV: *de Tua ſumma gratia, & pietate, qua me indigniſsimum peccatorem dignatus es viſitare, gratias, non, vt debeo, refero; ſed vt valeo: ſimul humillime rogo; docet quæ neſcio,* IESVS. *Fili mi, Audi per ſimilia mundi magnalia: quæ in Matre* DEI *ſunt Excellẽtia.*

LXXII. EXCELLENTIÆ Salut. Ang.

I. PSALTERIVM.

I. Ea eſt *Paradiſus*: in quo Nouus Adam & Eua, Chriſtus & Maria: ſunt ad regenerationem hominũ poſiti. Bern. II. Eſt ea *Cœlum ſidereum*; ſtellis Virtutum, Gratiarum, Scientiarum, & Meritorum ornatũ. Aug. III. Eſt *Sol mundi*, quo is regitur, illuminatur, incaleſcit ignẽ caſtitatis. Anſel. IV. Eſt *Fons Vitæ* in Eccleſia; quo lavantur ſcelerati, ſanantur infirmi, potantur ſitibundi, ſcientiarum horti rigantur. Aug. V. Eſt *Arbor Vitæ*, ſuſcitans mortuos: ſanans infirmos, conſervans viuos. Hieron.

2. QVINQV. VI. Eſt *Arbor Scientiæ boni & mali*: cuius guſtu docentur mei bona facere, fugere mala. Anſ. VII. Eſt *Hortus amœnitatis* cum virtutum floribus, è quibus vnguenta conficere eſt in ſalutem viuis & defunctis. Anſ. VIII. Eſt *Minera metallorum*; ad meos ditandos & armandos, depellendis hoſtib'. Alb. IX. Eſt *Lapifodina* gemmarũ, id eſt *Virtutum*, ad coronandas animas. Bern. X. Eſt *Stella Maris*, in mundi fluctibus, & peccatorum tenebris, qua dirigamur & illuminemur, vt portũ intremus. Bern

3. QVINQV. XI. Eſt *Corona gloriæ*, conſtans gemmis meritorum, & auro charitatis: qua Mater mea coronatur, quoties ſalutatur. Aug. XII. Eſt *Veſtis Regia* Mariæ, qua peccatores conteguntur, ornantur iuſti. Bern. XIII. Eſt *Caſtrum Trinitatis* Sidereum, non lapideum. Bern. XIV. Eſt *Viridarium amœnitatis* cum fructibus gratiæ & virtutum. In eo columba Spiritus Sancti requieſcit, pullus gratiarum enutrit: philomela ſolatij ſpiritalis meditatur: fragrat fama & virtus. Bern. XV. Eſt *Ciuitas gemmis auroque constructa* militantis Eccleſiæ. Bern.

II,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## II. PSALTERIVM.

I. Qvinqvag. XVI. Ave eſt *Templum ſalemonis*, in hoſtiæ, Vota, Sacramenta Deo offeruntur; peccata delentur; tribulationes pelluntur, auxilia impetrantur Sanctorum, melodiæ beatorum audiuntur, Dei Filius incarnatur. Aug. XVII. Ave eſt *Vitis Engaddi*, quæ Balſamum mundo protulit, quo ſanantur ægri, illuminantur cæci, viuificantur, & mortui vnguntur. Aug. XVIII. Eſt *Scala*, *& ſtella Iacob*: qua itur, rediturque cœlo. Ieron. XIX. Eſt *Arca Teſtamenti*, in qua ſunt tabulæ legis ſapientiæ Diuinæ, & manna conſolationis. Bern. XX. Eſt *Arca Noe*, qua mundus à peccatorū diluvio liberatur: & ab inundatione tribulationum protegitur. Anſelm.

2. Qvinqv. XXI. Ave eſt *Iris clementiæ*, dantis veniam ſuperbiæ, auro avaritiæ, inconſtantiæ, &c Aug. XXII. Eſt *Mons Dei*, quo terrena deferuntur, cor ſurgit, Sodomæum incendiū effugitur. Ieron. XXIII Eſt campus ſeminum virtutū. Baſil. XXIV. Eſt *Organum* lætificandis cœlis: *Cythara* excitandæ in Eccleſia lætitiæ. *Symphonia*, peccatis fugandis. Amb. Beda. XXV. Eſt *Sylua ſolitaria devotionis*: vbi feræ ſub iugo ſtant pœnitentiæ, curſuque veloci fugiunt mundum. Damaſ.

3. Qvinqv. XXVI. Ave eſt *Pratum amœnitatis*, in quo paſcuntur greges Chriſti. Anſelm. XXVII. Eſt *Flumen ſuavitatis*, fertilitatis, quo Eccleſiæ terra fouetur, rigatur. Baſil. XXVIII. Eſt *Mare diuitiarum*, abſque procellis, quo tute itur ad alta. Albert. XXIX. Eſt *Domus & hoſpitium Trinitatis*, & Triclinium. Rich. de S. Vic. XXX. Eſt *ſtatera operum* humanorum. Damaſc.

## III. PSALTERIVM.

I. Qvinqv. Ave eſt *Bibliotheca ſcientiarum* diuin. & hum. Amb. XXXII. Eſt *Gazophyl. & theſaurorum Dei*: vnde bona cœli, Chriſti, &c. egenis nobis diſpenſantur. Damian. XXXIII. Eſt *fabrica mundi* reparati. Aug. XXXIV. Eſt *Vallis*, qua humilitatem reperimus Hayimo. XXXV. Eſt *Horreum Miſericordiæ*, è quo animæ nutriuntur.

2. Qvinqv. XXXVI. Eſt *Altare* Dei, viuentis noſtræ requies. Orig. XXXVII. Eſt *Thymiama* ſanctæ fragrantiæ; cum quo opera noſtra offerimus in odorem ſuauitatis. Bed. XXXVIII. Eſt *Liber Vitæ* iuſtorū. Dam. XXXIX. Eſt *Via cœli*, qua ad patriam, & patrimoniū peruenitur. Anſel. XL. Eſt *Scutum*, quo ignea tela nequiſſimi extinguuntur; vincuntur adverſa. Bern.



3. Qvinqv. XLI. Ave eſt *Arcus, & ſagitta* hoſtibus vulnerandis, vt ad triumphum Imperatoris perueniatur. Baſ. XLII. Eſt *Camiſia Caſtitatis*, Velum honeſtatis, Zona dignitatis, Annulus cœleſtis deſponſationis. XLIII. Eſt *Sertum florum*, beatis coronandis, Aug. XLIV. Eſt *Ianua Cœli*, ſalvandis animabus. Albert. XLV. Eſt *Clibanus*, vbi cœtus eſt Panis Angelorum, dans vitam mundo. Bern.

## IV. PSALTERIJ.

I. Qvinqv. XLVI. Ave eſt *murus, & ſeps* ciuitatis, cōtra hoſtes. Anſel. XLVII. Eſt *Nubes rorida*, vnde mundus rigatur; floret, fructificat. Aug. XLVIII. Eſt *Apotheca chariſmatum*, morbis medendis. Bern. XLIX. Eſt *Speculum puritatis*, in quo ætherea contemplamur. Anſ. L. Eſt *Microcoſmus*, quo exterior macrocoſmus eſt reformatus.

2. Qvinqv. LI. Ave eſt *Vis* potentiæ Patris, ſapientiæ Filij, Bonitatis Spirit. Sancti. Bern. LII. Eſt *Seraphina ciuitas* beatorum. Aug. LIII. Eſt *Iuſtitiæ thronus* Thronorum Sanctorum, ad quem pax facta eſt. Eſtque Dominium Dominationum. Baſ. LIV. Eſt *Potentia Poteſtatum*, contra poteſtates tenebrarum. Dami. LV. Eſt *Directorium Principatuum*, quo ad cœlum ducimur. Bleſens.

3. Qvinqv. LVI. Ave eſt *Prouidentia maxima*, qua Prouinciæ ad magna bona diſponuntur. Aug. LVII. Eſt quaſi *Inſpiratio prima Angelorum* pro humanitate Chriſti exaltanda, contra Luciferi ſuperbiam. Bern. LVIII. Eſt *Spes prima Patriarcharum*, conferens ad incarnationem. Aug. LIX. Eſt *Regina Prophetarum*: ad quam cauſæ Prophetiæ ſunt ordinatæ. Hieron. LX. Eſt *Fides Apoſtolorum*, qua mira ſunt operati. Amb.

## V. PSALTERIJ.

I. Qvinqv. LXI. Ave eſt *Martyrum fortitudo*, qua cuncta devicerunt ſupplicia. Albert. LXII. Eſt *Doctorum ſcientia*: per quam ſe regulant & iudicant. Dion. LXIII. Eſt *Poteſtas Pōtificum*, qua ii ſuper Eccleſiæ Sacramenta acceperunt: quatenus incarnationem continet. Albert. LXIV. Eſt *Confeſſorum perſeverantia*, in tribulationibus, dum ad regnum pertingerent, Raban. LXV. Eſt *Vita Religioſorum*, qua mundo moriuntur conformiores Deo. Caſsiod.

2 Qvinqvag. LXVI. Aue eſt *Gloria Sacerdotum*: per



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quam acceperunt in Corpus Domini veram & myſticam poteſtatem. Beda. LXVII Eſt *Puritas Virginum*, qua Deo deſponſantur, voluptates reſpuum cæteras, angelice conuerſantes. Hieron. LXVIII. Eſt *Mundi principium & regula:* qua ad pauperes, diuites, nobiles mēſurare diſcitur. Ber. LXIX Eſt *Tolerantia pœnitentium*, per eam enim innumeri pœnitentias peregerunt, & ſaluati ſunt Auguſt. LXX. Eſt *Auxiliatrix Incipientium.* LXXI. Eſt *Robur proficientium.* LXXII. Eſt *Contemplatio perfectorum.*

Sponſus, ceſſante Ieſv, ſupplex agit gratias pro his cunctis; fateturque, vidiſſe Ieſum, eſſe tanti, vt pro eo ſit martyrium continuum vſque ad iudicij diem non defugiendum.

Speciales agit gratias dicenti Ieſu: quod eadem illa S. Iacobus Maior olim reuelarit S. Domino, quando in Hiſpania pene ad mortem vſque decumbebat: verum ea ex revelatione ſic ſui ſpiritu & corpore recreatus: vt protinus conualuerit.

## CAPVT XI.

### *De Signo Prædeſtinationis, vel reprobationis Reuelatio.*

SPonſi nouelli modus dicēdi Ang. Salutation. peculiaris erat iſte: *Ave Maria, ò miſericordiſsima: pro nobis Virgo Mater Dei facta: gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Et benedictus Fructus ventris tui Ieſus Chriſtus homo verus, & verus Deus: pro peccatoribus natus, paſſus, reſuſcitatus, & Sacramentis honoratus: Quem virgo concepiſti per Spiritum Sanctū, cum Gabrieli reſpondiſti hoc verbum humillimum: Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum Amen.* Apparens ei aliquando B. Maria dictam formulam commendat, ſibi eſſe per gratam: quod totidem pene excellentias Deiparæ eximias & ſingulares in ea continerentur, quot categorematicæ voces. Denique his Diua concludit, dicens:

*Dulcis Sponſe: ſecretum iam pandam ſibi diuina prouidentiæ.*

*I. Scias, & ſecure intelligas; quod & ſine mora alijs patefacias:* Quod ſignum probabile eſt, & propinquum æternæ dānationis; Horrere, & Attœdiari, & neg ligere Salutationem Angeli cam, totius mūdi reparatiu am.

II. Hab entibus vero deuotionem ad hanc, Signum eſt Ordinationis, & Prædeſtin ationem per magnum ad gloriam.

III. Propterea, qui tenet me in hac Salutatione; ſemper me teneat: donec ad me in Paradiſum perueniat.



## CAPVT XII.

### *De Ieſu Chriſti Paſsione ineffabili revelatio Ieſu.*

I. PSalterium SS. Trinitatis mirifice conſcientiā trepidantem confortat: errantem dirigit, & perficientem confirmat, Merito Domini noſtri Ieſu Chriſti, & beatiſſimæ V. Mariæ: qui conſcientias fidelium floribus virtutum ornant, & fructibus donorum Spirit. Sanct. fœcundant. Vnde ſuaviſſimum, & mirabile, temporib. noſtris revelatum, narro Exemplum.

Quidam ad Pſalterium Chriſti, & Mariæ, cum aliquando deuotius oraret. Raptus eſt in Spiritu, non naturaliter, nec phantaſticæ: ſed per veram Dei virtutem, & Poteſtatem. Quod in raptu ſentiebat ſe à Chriſto eſſe totaliter abſorptum: & quaſi in ipſum mutatum. Sentiens in capite Coronam ſpineam: in manibus, & pedibus ſenſibiliter Domini Ieſu Stigmata. Propriuu velle, & noſſe auferebatur ab eo; dabaturque ei velle, & noſſe Chriſti: vt, ſecundum hoc, iam in cœlo ſe eſſe videret: & ſeipſum tamen etiā orante in terris intueretur. Quod mirabile eſt hominis ſed non illi, qui facit mirabilia magna ſolus.

II. Illi Dominus Ieſus, in Spiritu, ſic aiebat: *Tu, alijque complures, te maiores, dicere ſoletis: Ecce Dominus IESVS CHRISTVS tantum per medium diem ſuſtinuit paſsionem: Et, cū Deus eſſet, facile id factu erat. Quin grauiora longe ſuſtinere potuiſſet, ſi voluiſſet; non tamen fecit. Nos vero ſerui eius, annis multis grauiſsime tribu lamur à mundo, carne, diabolo: nec ſumus Deus, aut ferrei. Cur ergo tanti lli tanta, tamque diuturna patimur: cum Chriſtus exiguo ſpatio paſsionem complerit? Veni ergo, & vide, quæ tibi oſtenduntur.* Dixit.

Et ecce ſubito erant in regio palatio: inque cubiculo regali. Hic aderat puella ineffabilis ab decore, modeſtia, omnique virtute: & coram ea Angelus Gabriel, reſpondente: *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum.* Eodem inſtanti verborum completorum, ſuis ille ſponſus oculis, ſole tunc clarioribus, intima Virginis Mariæ viſcerum penetralia perſpiciens ſubito factum puellum vidit minimæ qualitatis, inſtar aviculæ parvulæ, ſe à cunctis membris abſolutiſſime perfectum hominem.

Monente Ieſu, *vide diligen-*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*ter*: Videbat in qualibet puelluli parte totum in eſſe mundum: Ac rurſus in mundi parte qualibet intra puellum eſſe Ieroſolymam vrbem, in qua paſſus fuit. Atque tunc & exinde cõtinuo puellus tantillus aliter nõ eſt paſſus: quam ſub extremum vitæ patiebatur. Et aiebat: *Sic à principio meæ conceptionis ad horam vſque mortis, continue cruciatus pertuli pro te, & cunctis Adæ filijs. Vide porro diligenter.*

III. Et illico videbat puellum Iesvm in Cruce ſuffixum: quæ ad arboris inſtar immenſæ ſtabat, ſpectaculo tam miſerando, vt ex crucifixi compaſſione omnis creatura, non ſolum naturalis, ſed & cœleſtis amori poſſe videretur. Tunc ea ſpectanti aiebat Iesvs: *En quanta pro te pertuli. Scias, alijſque prædices: 1. Ego pro quolibet peccato particulari continue & distincte ſic paſſus ſum: Tamque acerbe, vt ſi vitæ mihi fuiſſent tot, quot in terris animata degebant tot omni momento potuiſſent mortibus extingui, niſi Deus vitam mihi ſuſtentaſſet. 2. Patiebar item ea pro omni bono tuo; virtute, & ordinnatione per Eccleſiam inſtituenda. 3. Item pro quolibet dono gloriæ ſingulis promerendo tanta ſuſtinebam. Vt ſi, quot ſunt arenæ vſquam, quot in cœlo ſtellæ, tot vitæ mihi ſuppetiiſſent, & ſingulæ tamen vitæ fuiſſent, ſicut Angelorum immortales: extingui nihilominus potuiſſem quouis inſtanti: ni me Dei potentia conſervaſſet.* Ratio. *Quia verbum Dei in me Quãtum erat, tantum amabat, Salutem: & dolebat perditionem ſingulorum, & maxime offenſam Dei. Is tamen ingens dolor fuit ligatus ſic, vt non redundaret in corpus meũ, niſi quantum ad aſſũptos à me communes defectus: & quantum ſinebat Diuinitas. Sicut enim gloria mea erat ligata, ne in corpus meum redundaret: ſic & pœna. Vtque gloria, ſic & pœna illi æquabatur, itemque Merita mea, & Virtutes.*

IV. Interea, videns hæc, & audiens, tametſi intra ſe Chriſtum ſentiret. Simul tamen & ſe intra Chriſtum ſentiebat: Sed ſicut regulatum, & motum. Ad arborem crucis acceſſit propius: & ecce in momento ſenſit, neſciens quomodo, ſe eſſe intra B. V. Mariæ Clauſtrum, ceu templum: Hic totus mundus clarior, & pulchrior cernebatur, quam in ſe ipſo. Audijt Puellum in cruce clamantem: *Miſeremini mei, ò filij Adæ: pro quibus ſic patior.*

Nunc oro vniuerſos hæc audituros, per Domini IeſuChriſti paſſionem; vt, quæ ſubijcientur, ſinceris mentibus capiant, contra mala præſentia & proxime inſtantia; ne improviſi obruantur. Ecce

SCHE-



## SCHEMA PSALTERIJ.

Arbor ſtabat infinitæ magnitudinis, omnibus plena fructibus, & in ea Beati omnes. Trifurcata vno è trunco diuidebatur triramis. Quiſque triũ ramus, erat rurſum quinque ramis: & in ſingulis Puer crucifixus: Qui ſic ſpectanti loquebatur.

*Ecce, quæ, quantaque patior. Sed intellige, quæ carnis Incarnationi meæ TRIA inerant INFINITA: 1. Eſſentia, ſeu Dei verbum. 2. Vnio hypoſtatica naturæ finitæ ad infinitam. 3 & Poteſtas gratiæ, ac gloriæ. Secundum quodque horum, ab inſtanti Conceptiones meæ, erant tres crucifixiones infiniti Cruciatus, 1. Verbi, quo ad deſiderium & voluntatem infinitam ſatisfaciendi Patri, ex infinito in homines Amore: adeo, vt, ſi Deus eſſet mortalis potuiſſet, mori infinities voluiſſet. At quia Deus mori non potuit: ideo vel ſic in Me voluit mori, quantum licuit, amore veſtri. O homines, talem nec agnoſcitis amorem? Vos igitur pij omnes attendite, ſi eſt dolor, & amor, ſicut dolor & amor meus?*

## I. QVINQVAGENA.

Ad infinitatem Paſſionis Dominicæ ex Verbo ortam oranda.

V. Arbor hæc magna eſt Oratio Domin, & Ang. Salutatio: Rami quinque ſunt: vtriuſque priores quinæ dictiones.

I. Ramvs. Ave. Quia pro liberatione veſtra ab omni *Væ maledictionis Euæ* ecce Sic morior in cruce inde à conceptione. Morior *Pater veſter* per & creationem, & hanc recreationem. Iam omnium patrum, qui fuerunt, ſunt, erunt, amores coniungantur; mei tamẽ affectus partem nec minimam attingent. Et eum ſceleribus adhuc crucifigitis, cui oratis, Pater Noster.

II. Ramus. Maria. Quia & pro Mariæ ſalute, & pro mundi *Illuminatione*. Sic patior crucifixus. Quis: *Ens entium*: cui oratis Qvi es, exiſtent in omnibus per eſſentiam, præſentiam, potentiam, verius quam anima veſtra in vobis exiſtat. Iam mors corporis ſit doloroſa, quanto plus animæ? Et mea infinities acerbior eſt. Et vbi veſtra compaſsio?

III. Ramus. Gratia. Quia ad gratiam orbi impetrandam crucifixus ſum Sic doloroſe, & amoroſe. Quis? Lux & gloria cœlorum: cui oratis In Coelis. Qua morte? Si cœlorum mors eſſe poſſet: Omnia viuentia extinguerentur: Ego plus vitæ ſum veſtræ neceſſarius: Ego plus igne amoris in vos exæſtuo: quám, ſi creata omnia vnus ignis

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

nis forent, æſtuare is poſſet. Et quæ veſtra redamatio?

IV. Ramus. PLENA. Quia pleniſſima cum infinitate doloris, amoris ac meriti crucifixus patior, ad remouendam veſtram *inanitatem à bonis*, atque donandam *plenitudinem* meam gratiæ, & gloriæ. At quis. Sanctus Sanctorum, cui oratis, SANCTIFICETVR. Qua morte? Iungite omnium martyrum, omnium viuentium mortes, cruciatus & cruces in vnam: nulla tamen erit ſimili a l infinitum comparatio. Beſtiæ diſcruciatæ, & morienti cõpatimini: vbi compaſſio mei?

V. Ramus. DOMINVS. Quia ad hominum *liberationem à ſervitute diaboli; ad acquiſitionem regni, & dominij.* Sic patior. Quis? Dominus veſter nobiliſſimus, liberaliſſimus, amabiliſſimus: Cui dicitis: NOMEN TVVM: cui omne genuflectitur: in quo & baptizati eſtis, & nomen habetis ac donum Chriſtianum; & inſcriptionem in libro vitæ. Qua morte? Nullis vnquam effabili etiam Angelorum omnium linguis. Et vos me in cruce lamentantem non auditis? Miſeremini mei, ſaltem vos amici mei. Videte cruciatus & mortes vna in morte, & cruciatu meo innumeros.

Numerate tamen aliquos. Pro decem præceptorum Dei violatione veſtra, & impletione mea ſic in quolibet quinque ramorum crucior: Ecce quinquaginta cruciatus ac mortes, infiniti amoris, doloris & meriti. Cur igitur ad minus. Angel. Salutationibus quinquaginta me in Pſalterio dignamini: Sic me redamatis? Sic, mihi condoletis: Ita mecũ commeremini vobis? Et quomodo mecum conregnare, & congaudere poteritis?

II. QVINQVAGENA. Ad infinitatem Paſſionis Dominicæ ex Vnione hyp. ortam, oranda.

VI. Attende nunc modos & fines meæ crucifixionis ex vnionis factæ modis.

I. Ramus. TECVM. *En Verbum Incarnatum* hic crucifixũ: Vt mundus haberet *Secum Deũ*, fixum, profugato Diabolo. Quod verbum? Cui oras: ADVENIAT REGNVM TVVM. Rex Regnum eſt. Qua morte morior? Ineffabili, inæſtimabili, inceſſabili vſque ad finem mundi. Si ſeruus morti Domini aut Regis non compatiatur; proditor æſtimatur; & mihi quis debite compatitur? plerique adhuc me denuo ſæpius crucifigunt.

II. Ramus. BENEDICTA. Hic patior ratione *Vnionis factæ Hominis cum Deo*: Vt genus humanum reciperet *benedictionem*. Sed quis? *Dominus libertatis*, à quo recepiſtis libertatem filiorum Dei naturalem, Moralem, Spiritalem. Cui oratis: FIAT VOLVNTAS TVA. Qua morte? Quantam velle non poſſent omnes creatæ omnium voluntates coniunctæ in vnam. Væ ijs, qui liberatorem ingrati non honorant? Qui ex honorificam In gehenna ſub dæmonibus æternum ſeruient.





III. Ramus. TV. Hic patior ratione *Vnionis factæ Dei cũ homine*: Vt Diuinitas hominibus clare *demonſtrata* innoteſceret. Quis homo patior? Motori vnitus primo, danti omnibus motum: quo ceſſante perirent omnia. Cui oratis: SICVT IN COELO. In quo primum eſt motor omnium mobilium. Qua paſſione? Si cui ab orbis initio ad finem forent omnia cœli fulmina, tonitrua, tempeſtates ſuſtinendæ; nil tamen ad meæ id pœnæ minimum foret.

IV. Ramus. IN MVLIERIBVS. Hic patior ratione *humana natura cum Diuina vnita*. Vt amabilem miſericordiam mererer mortalibus. Quis? Qui terram ſupportat, è terra omnes format: cui dicis: ET IN TERRA. Qua morte? Si quam à ſingulis, quæ in terra ſunt, pati oporteret, ab igne exuſtionem; ſubmerſionem ab aqua, &c. arroſionem à coruis, dilacerationem à feris, &c. idque ad finem orbis; nihil ad paſſionem foret meam. Ideo immites, non compaſſi ſponte mihi, deuorabuntur cum Dathan, & Abyron; incendentur cum Sodoma, &c.

V. Ramus. ET BENEDICTVS. Hic patior *Homo Deus quaſi maledictus*: Vt cunctis *Octo Beatitudines* commererer. Quis? Mundi totius nutritius, & ſingulorum: cui oratis: PANEM NOSTRVM QVOTIDIANVM: Qua morte? Si omnes omnium fames, ſiteſque vna forent animabus perpetiendæ aduſque finem mundi, nil ad meum ſitis cruciatum. Et non compateris nutritori tuo?

Tu igitur mihi pro ijs alteram Quinquagenam; infinitoſque cruciatus meos reduc minimum ad eum conſiderationis numerum ac modum: Quia in ijs quinque modis finibuſque crucifixionis paſſus, ac mortuus ſum, ad promerendas hominibus *Decem virtutes*: ſcil. Theologicas tres: Fidem, Spem, Charitatem. Cardinales quatuor, Prudentiam, Iuſtitiam, Temperantiam, Fortitudinem. Morales tres alias, Humilitatem, Lætitiam Spiritalem, Liberalitatẽ in Deum & egenos.

III. QVINQVAGENA, Ad infinitatem Paſſionis Dominicæ, ex ANIMA CHRISTI ortam, oranda.

VII. Ecce fili: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem: mortem autem crucis; idque in-

de à conceptione mei, *in parte inferiore: nam ſuperior ſemper in Viſione beata fuit, contrarij incapax.* Cauſa doloris mei infinita erat charitas, gratia, & virtus: Pietas, & odium peccati. Voluit autem Anima mea ſe per omnia conformare *Verbo, & Vnioni*: quibus contendebat cõpati, *quantum poſſibile erat voluntati.* Vnde viciſſim à Verbo cauſabatur in anima dolor infinitus, quem infinita capiebat voluntas mea, plura vel maiora vſque pati appetens. Iam fines Paſſionis intellige plures.

I. Ramus. FRVCTVS. En paſſum *ob acquirendos mundo Fructus* XII. vt ſunt: Gaudium, Pax, Patientia, &c. Quis? Largitur omnium: cui oratis: DA NOBIS HODIE. Qua Paſſione? Si omnia tyrannorum omnium ingenia conflata cruciatus varios excogitarent & diros: ij tamen ad meos nihil forent. Corporale enim nil ad Spiritale æquari poteſt. Si dato pomo, aut pane vitam ſervare poſſes viliſſimo; non negares: & animæ meæ nil de tua affectu, effectuque das?

II. Ramus. VENTRIS. En paſſum: *Vt omnes regenerarentur in filios Dei adoptiuos.* Quis? Qui habet clauem Dauid ligandi & ſolvendi, &c. Cui oras: ET DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA. Qua pœna? Tanta pro ſingulis delictis: vt ſi minus animæ cruciatus verteretur à Deo in corporalem, creata omnia interirent corporeâ. Si pro dæmonibus ſic doluiſſem, ſaluari potuiſſent; & omnia in mei gratiam perpeti nil dubitarent.

III. Ramus. TVI. En paſſum: *Vt homines à captiuitate peccati & inferni eriperem.* Quis? Rex Miſericordiæ. Cui oras: SICVT ET NOS DIMITTIMVS DEBITORIS NOSTRIS. Qua iuſtitia? Maiore; quam omniũ ſit damnatorum. Vt, quantum gloria Chriſti, eſſentialis excedit creatam omnium beatorum: tantum ſuperet animæ meæ triſtitia aliam quamcunque. O ingratæ hominum animæ: & nil compaſſione mihi reſpondent?

IV. Ramus. IESVS. En paſſum, *vt ſalvetur mundus per me.* Quis ſum ille? Liberatur in omni tentatione, tribulatione, &c. Cui oras: ET NE NOS INDVCAS IN TENTATIONEM. Qua morte? Collige omnes, quę fuerunt, ſunt, erunt tentationes, tribulationes, mortes, &c. nil omnes ad hanc vnam meam. Mea enim eſt ſecundum maiorem poteſtatem, notitiam, amorem, &c. *Quibus nec menſura, nec modus eſt vllus.*

V. Ramus. CHRISTVS. En paſſum, *vt ex me haberetis Vnctiones Sacramentorum.* Quis? Fortis, & potens in prælio cõ-

tra



tra omne malũ. Cui oras: SED LIBERA NOS A MALO. Qua morte? Immortali. Quia infinita eſt voluntas, & amor, dolorque moriendi pro quolibet peccato, & peccatore, & mundo. Et tam parua hominum eſt compaſſio mei: qui in omnibus adſum omnibus, rego, poſco, ſervo, ſaluo. O ingratos!

Ecce quæ in Quinque his ramis crucis patiar, ad nouos choros Angelorum reparandos ex decimo hominum. Et non deuotius, ac frequentius in Pſalterij Quinquagena, quinquagies ſalutarer?

Angelica Salutatio initium fuit Paſſionis meæ, ſicut & Incarnationis, & Euangelij. Nec de potentia Dei ordinaria eſſe maior potuit ſenſibilis paſſio mea.

VIII. His dictis, ecce videbat ille ab innumeris dæmonibus innumeras animas è mundo raptari in barathrum: Audiuit horribiles vociferationes. 2. Vidi iuſtitiam diuinam equo ruſo vectam curſo incito volare ad orbis devaſtationem: Dictumque ei eſt: eam iam iam inſtare mundo. 3. Ideo Dei clementia oſtendit remedia, in Pſalterio Chriſti ab orationibus acquirenda, per mediatricem Dei Matrem, cui nil à Deo negatur. 4. Denique terribiliſſima vox intonuit his verbis: *Per Ang. Salutationem ſemel omnia reparaui, per Filium: Per eandem & nunc depravatum mundum reparare volo in ijs, qui voluerint me laudare in Pſalterio: & puras conſervare conſcientias.*

## CAPVT XIII.

### *De pœnis inferni Revelatio ad Sponſum Mariæ.*

I. QVia oratio, iuxta S. Ambroſ. eſt potiſſimum homines cum Deo reconciliandi remedium; & regina orationum eſt Pſalterium: quare vim ei ineſſe ad idem maximam oportet: præſertim cum vim ex Chriſti hauriat Vita, Paſſione, & Gloria, Deiparæ accedentibus Sanctorum meritis.

II. Vnde quidam deuotus in Pſalterio Chriſti, maxime circa Paſſionem; in corpore ſuo ſentit ſæpius veriſſime Paſſionem Chriſti. Ille, cum Sacrum Miſſæ celebraret; vidit in Sacra Hoſtia Ieſum Crucifixum: & hunc audiuit ita dicentem: *Tu me iterum crucifigis.* Et ille: *O Domine Ieſu Chriſte: quomodo ſcelus tantum infelix patrare poſſum.* Et Dominus: *Tua peccata me crucifigunt: malo crucifigi, quam Deum ijs peccatis offendi, quibus ante eum offenderas. Sed etiamnum me crucifigis, omiſsione, ſi non commiſsione. Habes ſcientiam, licentiam, &*

O offi-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*officium prædicandi: reus malorum es, quæ prohibere potes, ſi Pſalterium meum prædices. At factus es canis mutus, non valens latrare; cum luporum plenus ſit mundus. Ni te emendaris, in Patre Omnipotente iuro, de ſalſo prandio mundanorum comedes.*

III. Ad vocem hanc, ecce, videbat infinitum quaſi barathrum hiare; inque eo Eccleſiaſticos, Religioſos, Principes, Dynaſtas, turbaſque diſcumbere: & ignis, grando, nix, glacies, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum erant: item ſerpentes, quæque orbis habet abominabiliſsima. His ingurgitabantur ad ſummum inuiti, immane vlulantes. Circumſtabant dæmones, ſpecie mulierum, quibus turpius nil excogitari poteſt: quæ monſtra telis ignitis diſcumbentium genitalia igniebant pertuſa: ignitoſque ſerpentes aſpidas, buſones, &c. in nuda eorum corpora immittebant. Et aliæ alijs ſæuiores ſuccedebant cruciatrices. Nouerat is multos ante in viuis agentes.

IV. Ad quem Ieſus: Ecce tua hæc requies; prædicare ſi diutius ceſſes. Prædica Pſalterium meum; Iuro: Ego pugnabo, cum tota Curia cœleſti, contra omnes te hac in re impugnantes, & dic quod prædices, ne cum his diſcumbas, quos vidiſti; qui dicunt, & non faciunt. c. 8. 6.

## CAPVT XIV.

*Ad Chriſtum paſſum compaſsionis Viſio extatica.*

I. Vidit aliquando præfatus Mariæ Sponſus quaſi omnes creaturę in cœlis ac terris, Chriſto paſſo compaterentur luctu, plantuque admirando: haut ſecus quam ſi omnia cum Deo eſſent commoratura. Et, qui hæc vidit, ſic attonitus hæſit; vt ſibi moriendum eſſe putaret. Sed manus Domini cōfortauit, & eleuauit eum: factaque vox dixit: *Tantum compatimur Domino: non quidem v lliu s doloris; ſed voluntatis ac deſiderij compaſsione.*

II. Viſàque ei SS. Trinitate, quaſi profuſſe fleret; hæc dixit ei: *Vides hæc; non vt credas ineſſe triſtitiam, dolorem ve mihi: ſed vt intelligas; ſi corpus mortale mihi foret par Diuinitati; iſto pariter flerem, dolerem que dolorem eundem cum Filio paſſo, in immenſum. Et tu me ſi vt Beati, contuereris: præ compaſsionis exceſſo tu te ipſum te non caperes, pluſque condolores paſſo Ieſu, quam ſua ipſius Mater cum ſub cruce ſtaret lacrymoſa.*

III. Dein ad Ieſum, pia quadam verſus confidentiæ familiaritate, quærit ex eo. O Ieſu; *tuque doles?* Cui Ieſus: 1. *Non facto: nam ſemel hoc tranſijt: ſed voto, & deſiderio vellem, præ amore infinito, infinities, pro peccatoribus pati, vt ſaluentur.* 2. *Deinde, tametſi carne crucifixus non ſim, at ſum tamen in membris, & Eccleſia, & in quotidianis ſcelerum peccatis: quibus grauius afficior, quam illa crucifixione in Caluaria. Sed affectio eſt voluntatis, non ſenſus: ſcilicet ſic vellem dolere, ſi mortali in corpore tenerer.*

*Quod ſi tamen Pſalterium meum frequentarent miſeri, & mea ſic participarent merita: Aduccatus peccatorum facile Iuſtitiam placarem diuinam.*



## CAPVT XV.

*Cur XV. Orationes Dom. in Pſalterio.*

Sanctus Bernardus, lectiſſimus Ieſu Mariæque Spōſus, poſtquam diu multumque oraſſet Ieſum; vt cognoſcere poſſet, ecqua in re vel maxime conformari Chriſto valeret, paſſoque compati is, quod ipſius ſe deuotiſſimum eſſe vellet obſequio? Contigit ipſa Dominica Paſſionis, vt per raptum in exceſſu mentis videret ea Chriſtum facie, cultuque qua fuerat, cum duceretur ad necem. Miſerabile ſpectaculum, ſaxiſque luctuoſum! Et vero, collamen tante cunctis S. Bernardo, vox accidit: *Bernarde mi; adiuva me, tanta patientem pro te.* Is accurrens crucem ſuccollebat; *Patere*, ait, *hoc Domine, vt patiar.* Cui Dominus: *Quiſquis amat meo portare Crucem; is in dies mihi paſſo recitet XV. Pater & Aue, per annum ſolidum: & complerit numerum Vulnerum meorum.* Forte numerus foret 5475.

## CAPVT XVI.

*Cur in Pſalterio C. L. Salutationes ſint; revelatio B. V. M.*

ID à B. V. Maria audire gaudeamus, rationibus XX. allatis. I. Quia in Davidico Pſalterio ſunt CL. Pſalmi; in quis Pater & Aue typice continentur; vt in flore fructus II. Quia Gavdia CL. potiora habui in conceptione & geſtatione Filij, mentalia per raptus, viſiones, revelationes & inſpirationes. III. Quia Gaudia habui ex Filij natiuitate, & enutritione. IV. Quia CL. Gaudia habui in Filij prædicatione ex eius dictis, factis que. V. Quia CL. Dolores diuerſos potiores ex Filij Paſsione pertuli. Quantum enim amaui, tantum compaſſa dolui.

VI. Ob CL. Dona, *præcipua*, quæ mundo Chriſtus contulit



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ab ſuo in eum ingreſſu ad exitum vſque. VII. Ob CL. Dolores Chriſti patientis, quorum quilibet decem habuit reſpectus: 1. Ad Deum. 2. Animam ſuam. 3. Corpus. 4. Sanctos. 5. ad Me. 6. Ad Diſcipulos. 7. Iudæos. 8. Iudam. 9. Gentes. 10. ad Purgatorios. Deinde in XV. eſt ſumme paſſus, ſcilicet in ſenſibus V. interioribus, V. exterioribus, V. potentijs ſuperioribus: vt in intellectu, voluntate, appetitu concupiſcibili, & iraſcibili, & motrice potentia. VIII. Ob CL. Gaudia Filij & mea per eius reſurrectionem nata. IX. Ob CL. FRVCTVS *Paſſionis Dominicæ*. X. Ob CL. *Virtutes* ad ſalutem proficuæ: vt ſunt theologicæ, Cardinales, Capitales, Morales, octo beatitudines, &c.

XI. Ob CL. VITIA *virtutibus* ijs oppoſita. XII. Ob CL. MISERIAS *mundi*: vt ſunt fames, ſitis, algor, æſtus, nuditas, infamia, iniuria, morbi, diſcordia, ignis aquæ, beſtiæ, ſeruitutes, ignoratia, &c. & horum partes. XIII. Ob CL. TERRORES *mortis*: Vt infirmitas, triſtitia, terror, timor, hæſitatio, dæmonum inſultatio, remorſus conſcientiæ, dimiſſio bonorum, priuatio vſus membrorum, impatientia, ſtupor. Et horum partes, XIV. Ob CL. TERRORES *Iudicij*: Qui ſunt Horror Iudicis, Terror aſſiſtentium, Inſultatio dæmonum, reuelatio peccatorum, infamia infinita, timor, pavor conſcientiæ, deſperatio, malignitas, deſiderium mortis, Creaturarum ira iſurgens: & horum partes. XV. Ob CL, POENAS *inferni potiores*, contra vita totidem: & ſimiles purgatorij quæ ſunt immenſæ ex parte animæ, corporis, dæmonum, Dei, loci ignis, ſenſum, gloriæ perditæ, æternitatis, damnationis.

XVI. Ob ;CL. GAVDIA *Beatorum potiora*. XVII. Ob CL. GAVDIA. *B. Mariæ & Chriſti* in cœlis generaliora. XVIII. Ob CL. AVXILIA Pſaltis danda præcipua. XVIX. Ob CL. DIES aut horas præmonitionis de morte Pſaltis pijs faciendæ: intra quas diſponant domui ſuæ animæ. XX. Ob CL. GAVDIA ſpecialia quaſi danda Pſaltis nomine cultus in Pſalterio præſtiti: quibus paria erunt gaudijs & præmia coronaria.

Ad hæc Sponſus. O dulciſſima cordis iubilatio Maria: qui iſta perpenderet, tuis in Pſalterio laudibus ſe totum impenderet. Cui Sponſa: *Dico tibi: Beati in gloria irremiſſe Pater & Aue eum miris gaudijs decantant, gratias agentes Deo pro gloria data, & orantes pro mundo.*

CA-



## CAPVT XVII.

*De Fraternitatis Ortu; Statutis, Fructibus, & Statu, reuelatio Mariæ ad Sponſum.*

I. APparens aliquando beatiſſima Maria Spōſo ſuo nouello, ſic loquebatur. *Dulcis Sponſe, diligenter aduerte: pulcra tibi aperiam, varia, vtilia: & ſcitu quadam neceſſaria: quorum quadam alius Beatiſſimo Patri tuo, Sponſo meo* DOMINICO, *in ipſo* F. ANNVNCIATIONIS DOMINICÆ *reuelaui, magnis cum prodigijs.*

*Atque vt iſtius, Illi factæ, reuelationis, Modus, cunctis per orbem ſit manifeſtus: fac vniuerſi audiant Matrem Veritatis narrantem de Sponſo meo dilectiſſimo Dominico; & de Confraternitate, per eundem ſub nomine meo, de Pſalterio, inchoata: Cuius Confraternitatis Confratres dicebantur* FRATRES IESV CHRISTI *&* VIRGINIS MARIÆ, *ſub forma Pſalterij Angelici orandi.*

## II. NARRATIO.

*De ortu primo Frat. Pſalterij.*

I. SAnctus Dominicus, indutus virtute ex alto, & vir factus vere Apoſtolicus, Hiſpaniarum terras, (in quas ſe iam ante Saracenus nominis Chriſtiani hoſtis inſuderat:) late prædicando peragrarat, ſuiſque doctrinis ſaluberrimis informatas compleratːcum ecce iam ad exteras circum nationes ſpectaret; contingit (annis ferme quindenis ante glorioſum obitus ſui diem; nondum auſpicato ſacri Ordinis Prædicatorum Inſtituto: ſed ipſe ſub Regula S. Auguſtini profeſſo Canonico:) vt, non procul ab S. Iacobi Compoſtellæ, in pyratarum manus, cū Fr. Bernardo, peregrinationis comite, incideret. Qui vtrumque raptum ad ſuarum nauium claſſem, nobilem prædam abducunt. Hic multis prius quæſtionibus excuſſos, ac plagis etiam tortos, viliſſima inter ſervitia ad remos addixerunt. Illi ceu feros inter lupos agni, Chriſti nomine freti fidenteſque omnia, Spiritu ſupra hominem altiore, ferre fortiter, & nihil à ſuetis ſibi diurnis nocturniſque Dei laudibus remittere: quamvis barbara inter fidelium capita præmiatorum.

2. Iamque timeſtre ipſis remorum duros inter labores ceſſerat, mira cum patientiæ conſtantia exantlatos: cum ecce Ego (quæ Diuæ ſunt verba:) *miſericordiæ Mater dilectum hunc meum intuens Sponſum, totis viſceribus charitatis ſuper eo commouebar. Iratam igitur ſceleritatis, me volente, ac mandāte, ipſis* ma-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*mare peruolitantibus, cœlum omne vertitur, & atris nubibus inuolutum, noctem fert horrificam; emiſſique ruunt & immane præliantur venti: fit ſæua tempeſtas.* Fulgura coruſcant; tonant æthera; fulmina volant; maria vertuntur; horreſcunt omnia. Denſus ſuper improbos effunditur imber; dixiſſes, cœlum ruere. Interea feruet inferius quoque pontus, & rabide tumet in immenſum. Quicquid agant perduelles contis, remis, omnique contra niſu: nihil agunt: denique deſperati fata complorant.

3. Solus hæc inter cum ſocio S. Dominicus turbatus nihil, nihil afflictus: maſculo animo mactus, erectuſque Spiritu, profanorum deſperatione viſa, animos ipſis ſolita prædicatione reuocare conatur. *Fratres, ait, irato Deo res agitur. Tanta inferorum ſuperorumque mina; ventorum ac vndarum ira tanta, non ſunt ſine Numinis ira. Placandus Deus eſt: & placabuntur cætera. Dexteram Dei vindicem veſtra concitant ſcelera, maria turbant. Illa animis execrati damnante; veniam orate Deum: Deiparam Mariam, maris ſtellam, implorate ſupplices opitulatricem: Credite; mirabilem in aquis Dominum, vbiſque propitiũ, erit experiri.* Dixit ſed in ventos.

4. Deſperatorum barbaries hiſce fit rabies: ſæuiuntque hi animis in recta monentem; iſti, vt fatuum, ſanuis proſcindunt: alij flagris etiam concidunt: &, quod ſancto grauiſſimum accidit, Deum, Diuamque Cœlitum diris impetunt blaſphemijs: ac vnde impios, pœnituiſſe opportuit: ſeſe ſacrilegioſius impiant. Pars namque œſtro cæcati Saracenico damnarant Fidem: pars obruti flagitijs proiecerant pœnitentiam. Fuſtuarium Vir diuinus acceptum, & opprobria, gaudens pro Christo, facile poſthabeba; verum ad Deum animo votiſque verſus, blaſphemias impiorum deprecabatur.

5. Nox interea, procellarum additur nocti (erat autem beatiſſimæ Annuntiationis præcedens diem inſequentem:) quæ ipſa Dominici ſtimulabat zelum, vt ad reuerentiam tantæ miſerationum Reginæ cruda, iam funus ſuum plorantia, improborum pectora detorquere ruſum molli ſermone attentaret. Animarum zelator, & ſaluator perditorum, dictis aggreditur manſuetare feros: humillime, & deuote, vt licuit, admonet: Deum optent orentque propitium in rebus deploratis certum ſeruatorum, Ieſum, ac ſeruatricem Mariam.

6. Suauiſſimorum auditus Nominum deſperata efferat pec-



ctora: vt, quam ante, truculentius ferocirent, ac Ieſum Mariamque infandius blaſphemarent. Atque quo minus ijs vltima inferre Dominico vacaret, maior ab decumana irruẽte vnda horror omnes obruens præſentem interitum minatur. Prælia ventorum per, & ruinam nimborum, fremitumque fluctuum, & noctem geminam auferuntur incerti: ipſe gubernator excuſſus in vndas perit; remi diſſiliunt, abrumpitur clavus: quaſſata & feſſa carinæ latera fatiſcunt: ipſaque mortis mora morte eſt acerbior deſperatis.

7. Dum ij per ludibria procellarum ſic iactantur, quaſi vndis eos abſorvere dedignantibus: parthenicæ inſtabat Annuntiationis feſtiua ſolemnitas, ſurgente & obſcurum tranſparente iam ſole: S. Dominicus autem impenſe precibus ad Annuntiatam inſiſtebat. Vitæ licet ſecurum, ſui tamen immemorem, infelicium pyratarum cura ſalutis habebat ſolicitum: pro hac dum orat, ſua ecce Aduocata Maria ſoli apparens, diaque in luce coruſca Sponſo adeſt; & talibus alloquitur: *Eia Dominice: feliciter! Certas viriliter: Periſſent cæteri: tu ſeruas vnus. Age, quia ſeruatas vis indignos aura hac: tuis Ego velificabo votis: parcam, amore tui nihil Filio, nihil mihi, tibi nihil parcentibus ſacrilegis. Vindictæ pars eſt, ſuſpendiſſe vindictam: vt irruat grauior. Optionem offero; vel æternum deſpereant: vel Pſalterium meum accipiant; & vitam viuant ſaniorem inita invicem, te autore Fraternitate, Iesv & Mariæ nuncupanda. Si adplacebit improbris: place, vt ſigno crucis obiecto tempeſtatem ponas placatam. Ipſa Filium meis placabo. Sin: tute ſolus cum fratre ſuper gradiens exibis ab vndis: cæteris ponto & orco abſorbendis hæc illis ex me certus denuncia.*

8. S. Dominicus haud ſecus, ac iuſſum, mandata faceſſit: minas iraſque prædicat, intentat mortes, contumaciam arictat ea vi ſpiritus ac oris; dum pectora adamantina rumpat, expugnet, victaque conſtringat. Affatu demum meliore, de Ieſu, de Maria, vtriuſque de Pſalterio, de Fraternitate rudes informat, pœnitentiam edocet, ac perſuadet: Deo ſenſim intimis gementium penetrabilius illabente. Huc plurimum adiuuat; quod ſolo crucis, vociſque obiectu, tempeſtas tanta momento reſediſſet. Eſt vox, ſuntque vota vna omnium ſupplicum; mandata ſe facturos: tantum ipſe imperet. Perfidiam, ſcelera, vitam anteactam, ſeque ipſos deteſtati, pœnitentiam eiulatu magno ſpondent; Pſalteria de manu ſeruatoris ſui accipiunt; accep-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

acceptant, coeuntque Fraternitatem omnes vnam ac nouam, ſub auſpicio Ieſu & Mariæ, tituloque Pſalterij. Vidiſſes humi pronolutos, infuſos fletu, ſqualore ſordidatos, ad pedes inter hauſtas aquas arreptare Dominici, veniamque opemque precari.

9. Nam poſtquam ad hanc vocem: *In nomine Ieſu Chriſti, & Mariæ Matris eius piiſſimæ, quieſce*: foris quidem facta quies erat & ſecuritas: at intus in ipſa naui mors admiſſa obnatabat. Adeo prora rupta latera, fundus impactu ſcopuli diruptus, totis tot hiatibus vndas hauſerant exundantes; vt in naui, velut in mari, hi natarant, illi ſuper tabulata ſtarent. Omnes tamen ſuper omnia prodigia, vnum iſtud prodigioſius obſtupeſcebant: quod tantos inter & nubium imbres defuſos, & illiſos fluctuum nimbos, & ingurgitatas hiatib. aquas: ſolum Dominici cum mador nullus attingeret ſiccum, & medium. Quo ſecuriores apud talem Sanctum & ſibi de periculo nauis non mergendæ quaſi ſpondebant: orare tum opem non omittebant. Verum ex improuiſo, ecce, diuinius conſpicitur cunctis ſpectaculum.

10. Auguſtiſſima Dei Virgo Mater Maria ſupra aſtitit omnes, multa manifeſta in luce & maieſtate admirabilis amabilis gratia, vultu cultoque aſpectabilis. Fit ſtupor & horror: ſpe, metuq; palpitant corda dum ſtant intenti ora, oculiſq; defixi: ſic fatur ab alto Diua. *Fortunati infortunio hoc viri! Fidite: meum audiſtis Dominicum: me audite. Ab vno, ecce, diſcite Dominico fiduciam in* IESVM, *ſic inque me Mariam: ſic pietas virtuſque viri meretur Sic ſeruo: quos ſub Pſalterij mei ſigna recipio. Ante ſoli conſpiciebar, indignis occulta vobis: quod incognita ac infenſa: nunc aperta vobis, fit à me dignatis & placata: vt credatis: vt imperata paratius, vt promiſſa deuotius, expleatis.* Dixit, & inæthrã recepta receſſit.

11. Simul omnes, ſibi velut redditi, in arena, ſuper vndas eminente, ſe nauemque ſtantem conſpicantur: mirantur exhauſtam aquis: prius ruptã, laceram, fœdam, nunc vndique integram, ſanã ac ſolidam. Dum ea in ſtatione & admiratione attoniti, mutique velut in portu, cœlum & pontum vndique circumſpectant: ſuggrediens ſuauiter placida vnda nauim ſubleuat, datque natatui.

12. Tunc Sanctus Pater Dominicus, ſecreto Sponſæ monitu, ad ſilentia alta tenentes neque ſeipſos ſat noſcentes, ſic loquitur: *Viri fratres: hæc eſt mutatio dexteræ Excelſi: hæc gratia Saluatoris* IESV

*hæc*



*hæc miſericordia, Matris* IESV: *Mariæ eſt. Laudate Deum: glorificate* IESVM: *Magnificate Mariam: Salutate Mariam, quæ mecum laborauit in naufragio. Cantate Domino Canticum Nouum Pſalterij: quia mirabilia fecit. Equidem Pſallam Deo meo, Diuæque quandiu fuero.*

*Ecce, ſpondet Maria Patrona nobis: quæ vaſa quas merces, quæque alia ex naui alleuanda, iactu facto & iactura proieciſtis: cuncta ſimul & ſalua Britanico in litore cumulata, recipietis: medias tantum fugite terras; & fatis ac ventis date vela ſecundis.*

13. Fauces, vocemque viris pavor, amor, ſtupor, honorque Dei ac Diuæ velut obligata tenebant: altius tamen animi clamabant tacitorum. Vix pauca hæc reddebant omnes, actis pro ſe quiſque gratijs; O IESV, *o Mariæ: ita voueo:* DEVS, *Canticum nouum cantabo tibi: in Pſalterio Decachordo pſallam tibi. Laudabo Deum in vita mea: pſallam Deo meo, quamdiu fuero.* Et quæ talia promiſcue.

14. Mox, velut procul in obſcuro, circum horribiles ſe tollunt vlulatus, & ploratus cacodæmonum: *Væ, væ,* vociferantur: *Væ vobis! Hic Dominicus nos eneruat, & immortaliter enecat. Heu, noſtram harpagat prædam; noſtros euinculat mancipia; captiuos noſtros in ſuos vindicat libertos: Noſque, heu, nos in neruum dat ſuum Pſalticum: hoc nos flagro neruco diſflagellat; inque neruat vinctos, & religatos procul in tartara relegat. Væ nobis!*

15. Interea curſum tenuere rates, portumque propinqui in Britannicum ſeſe penetrabant: & cunctis ordine periculis perfuncti, felix pſalticum Celeuma cantabant. Hic, vt prædictum, eiecta reperiunt vniverſa: ac vina etiam, quæ cum vaſis plurima eiecerant: nunc quam prius, pretioſiora. Confraternitatem, in alios mutati viros, ſanctæ colunt: ſeque in Pſalterio ad diuerſa pœnitentiæ deuouent inſtituta.

## III. STATVTA FRATERNITATIS PSALTERII.

EOdem ſimul tempore cõtinuo Regina Pſalterij, & Patrona Fraternitatis, hanc ipſam certis legum terminis definiuit. Quas, vt ſancitas eſſe peremneſque voluit: ita S. Dominico revelatas dictauit, iſta ſub formula tali.

I. Hæc mea Confraternitas Pſalterij, in Nomine Ieſu Chriſti, & Virg. Mariæ eſſe fundata debet. Fratres autem & ſorores eſſe quicunque ex omni ſtatu Eccleſiæ poſſunt: & ſubiectas obſerbabunt ceremonias ſiue Statutas: facta prius ſui declaratione, ſemel de perſeuerantia in ea Fraternitate;

datoque ſimul nomine in Albū inſcribendo. Quæ nomina, vt & defunctorum, ſemel in anno publice leguntur.

II. Caput huius Fraternitatis eſt, vt omnia pia cuiuſque & omnium merita ſuique ſint ac omnibus communia.

III. Decreta hæc ſeu Ceremoniæ, minus obſeruatæ, nullam penitus culpam importabunt: ſed priuationis pœnam: qua pro ſola parte omiſſionis careant partæ ſatisfactoriæ Cõmunicationis: idque in ſolo precumpenſo: ſtante interim cæterorum meritorum Communicatis participatione.

IV. Ad receptionem & ingreſſum Fraternitatem hanc nulla vnquã pecunia pendetur directè vel indirectè: niſi libera ſponte ad Eccleſiæ ornamenta, ad luminaria, cæteraque diuino cultui neceſſaria: pro cuiuſque deuotione.

V. Quilibet Sacerdos anno quolibet tres Miſſas dicet: Vnam de S. Cruce: alteram de Domina: tertiam pro defunctis in Fraternitate. Non Sacerdotes qualibet hebdomada vnum dicent Pſalterium: die autem feſto ſolemni, præter hebdomadarium, Filio, Mihique integrum præſentabunt Pſalterium. Pro infantibus autem, infirmis, aliterue impeditis, quotidie vnum Pater & Aue, à quocunque licet, offeratur. Et tantundem pro defunctis, qui nos dederit inſcribendos, ſic per modum ſuffragij participaturis.

VI. Ad ingreſſum quiſque primum rite confeſſus SS. Euchariſtiam ſumet: ipſo die, aliove poſt tempore oportuno. Dicentque ad ſui oblationem, Filio Mihique factam, ſepties Pater, & Ave, contra 7. peccata capitalia pro Fratribus, ac ſororibus.

VII. Vltra paſchalem Confeſſionem, ter in anno confitebuntur, ſc. in Pentecoſtes, S. Dominici, & Natali feſtis.

VIII. Pro defuncto, vel defuncta in Fraternitate quilibet vnum Pater & Ave dicet. Aderuntque exequij illius: ſi commode poterint: ſicque honorabunt ſe invicem, vt ſalventur.

IX. Hæc Confraternitatis formula, habeatur propalam in tabula, vt cuivis eſſe cognita poſſit.

X. Denique: vti prædicta: non mando, ſed moneo: 1. Qui voluerit omni die offerre *Miſſus Pſalterium Mariæ*, cum CL. Ave, & XV. Pater: bene fecerit: 2. Melius: qui *Maius Pſalterium Chriſti*, cum CL. Pater, & XV. Pater & Ave ſuper addiderit. 3. Optime fecerit: qui *Maximum Pſalterium Chriſti, & Mariæ*, cum CL. Pater, & Ave, cumque L. Credo,

Pa-



ter & Ave, obtulerit. 4. Longe is optime: qui cum *totidem puncturis, ſeu diſciplinæ ictibus* quorum aliquod quaſi litarit. 5. Iam vero omnes is explerit numeros: qui prædictis addiderit Animam velut ac vitam, nimirum MEDITATIONEM *Vitæ, Mortis, ac Gloriæ Chriſti.*

Iſtis (poſt Miſſæ Sacrificium ter Sanctiſſimum) haud mihi gratius quicquam eſt aliud.

Quo certius Filij præſidiũ, meumque patrocinium conſtabit Pſaltis noſtris. Ego illis Mater ero, Magiſtra, & Amica: in primis autẽ Filius meus, Pater eis, Magiſter & Amicus erit. Et ſi volo de vtroque ſentiant, ſperent, & confidant.

## IV. FRVCTVS FRATERNITATIS CORONARIÆ.

*Porro Chariſſime Dominice: quo cordi magis ſit illa tibi Fraternitas: & plus liquido cognoſcant omnes eiuſdem eximios Fructus: horum paucos tibi manifeſto.*

I. PSALTERII. I. Quinquagena. 1. Vacare culpa avaritiæ, ſimoniæ, & ſacrilegij. 2. Cœleſtis proximorum. 3. Pax Regnorum, Rerump. Ciuitatum, Villarum. 4. Communicatio orationum mutua, cum Chriſto, & mecum. 5. Offenſarum remiſſio, & reconciliatio. 6. Elemoſyna. 7. Recte conſulere proximo. 8. Fraterna correctio. 9. Conſcientiarum puritas. 10. Satisfactio pro peccatis plenior, per Communicationem.

III. Quinquag. 11. Animarum è purgatorio liberatio. 12. Vita magis Angelica, & Chriſtiana. 13. Corroboratio ſpei certioris, ob peculiares tam multorum preces. 14. Cuiuſque meritorum augmentatio. 15. Conſolatio afflictorum.

III. Quinquag. 16. Religio: quod enim monaſtica poteſt inter Fratres Communicatio: idem & hæc fraterna. 17. Diſpoſitio melior ad maiora bona. 18. Facies & forma Chriſtianitatis Chriſto & Apoſtolis, & Eccleſiæ primitivæ conformior. 19. Fortitudo cõtra tentationes. 20. Gaudium ſpiritale de tam gratioſa ſocietate.

II. PSALTERII. I. Quinquag. 21. Securitas conſcientiarum, quod non obliget, non grauet: ſed ſubleuet. 22. Infantiæ, pueritiæ, adoleſcentiæ formatio, & manuductio ad omnem honeſtatem. 23. Præſidium contra communes vitæ, ac mundi calamitates, & miſerias. 24. A mala morte præſervatio. 25. Excellentia huius Fraternitatis præ alijs quibuſcunque particularis alicu-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ius inſtituti.

II. Quinquag. 26. Facilitas gratuita adeam ingrediendam. 27. Amor fratrum ſpiritalium, quam carnalium, maior. 28. Timor Dei caſtior, magiſque filialis. 29. Perfectio vitæ actiuæ quoad proximum, maior. 30. Devotio vitæ contemplativæ promotior eleuatu ſui, & aſcenſu cordis. *Plurium ipſa dies erit & experientia magiſtra. Hæc & plura Sponſo meo Dominico reuelaui.*

### V. STATVTVS FRATERnitatis reuelatus Sponſo nouello.

NVnc & tu, tanti Patris fili, nouelle Sponſe mi, audi diſciplinam matris tuæ. 1. Poſt ſponſi mei Dominici obdormitionem, graſſante per orbem peſte ſæuiſſima: & quã hæc, ſæviore alia regnante, Avaritia, Acediaque tam in Clero, quam populo: ſimul perierunt ſenſim Pſalterium, & Fraternitas, & conſcriptio fratrum. 2. Huius tamen prima fundationis facies & imago per Hiſpaniam, & Italiam inſcripta in tabulis, in parietibus, & vel in ipſis iuuſta vitris paſſim cuſtodita, ad poſteritatis memoriam, ſuperauerunt. 3. Quodque amplius; Ordo S. Dominici, de Pœnitentia dictus, ab hiſce progreſſus initijs exiſtere cœpit. 4. Quin & exemplo, monituque S. Dominici cuncti Fratres & Sorores Ordinis ſui infallibiliter, & inceſſabiliter ſumma cum deuotione mihi famulabuntur, & Filio meo in hoc SS. Trinitatis Pſalterio, vt minimum quiſque Fratrum, velut diurnum debitum, indies integrum Pſalterium offerret. Atque ideo:

5. Quamdiu durauit hoc Pſalterium in tali Ordine Sancto; tandiu ſcientia, ſapientia, obſeruantia, Miraculis, Fama, & Gloria, apud Deum& homines in immēſum floruerunt. Quando vero defecit hoc Pſalteriū; Ordo Prædicatorum in quã plurimis defecit: vt iam parietes, picturæ, libri & epitaphia defunctorum produnt; etſi linguæ hominum id dicere nollent.

6. Quin imo iſtis in primitis ſpiritus, ea communis omnium erat perſuaſio: Si quis vna die Pſalterium omiſiſſet: ſe diem perdidiſſet putabat.

7. Per idem Pſalterium tot ac tanta deſignata miracula & prodigia compleuerunt Hiſpaniam, Italiam, Franciam, ac orbem pene totum: vt ſu frequentia euaſerint communia; & ſi litteris mandanda forent,





plura inde grandeſcerent volumina.

8. Per hoc peccatorum, & peccatricum admirandæ ſunt perfectæ converſiones: vulgo in templis, in angulis fletus, gemituſque ciebantur: pectorum tunſiones reſonabant: fervebant pœnitentiæ, etiam vel in pueris, teneriſque puellis admirabiles; hodie incredibiles. Credidiſſes fere de pleriſque, Angelos in terris verſari.

9. Quid? Fidei ardor quãtus aduerſus hæreticos optimũ quemque terrebat? Pro Fide, vel vitam diſpondiſſe: lucrum, vt eſt, ſummum ducebatur.

VI. Simon Monsfortius, invictus heros, toto cum exercitus Magiſtro Dominico meo Pſalterium condidicit, & viſitare ſueuit: perque id hoſtes vicit, fudit, fugauit, extirpavit. Fidem pene hominum & hiſtoriarum ſuperant, quos cœlitus abſtulit ab hoſte triũphos. 1. Ad Albigium cum quingentis, decem hæreticorum millia ſtrauit, fugauit. 2. Alias cum ſuis triginta trium millium victor erat. 3. Alias denique cum ſuis tribus millibus, Regem Aragonum eiuſque plus viginti millium exercitum ad Toloſam internecione deleuit, prælioque ſimul & bello victor debellavit. 4. Contigit quandoque vt improuiſos ac inermes hoſtis irrueret: & vi diuinæ Pſalterij; quod familiariter gerebant, erant tamen invulnerabiles. 5. Imo non plures centum aliquãdo Monſfortiani videbantur adverſarijs omnem pene terram inundare; verum ex Angelorum meorũ aſſiſtentia.

Hæc vis Pſalterij erat, & deprecatio S. Dominici, hæreticorum mallei. Hæc militia terra, marique, in pace, inque privato domi nihilo minora, & plura.

VII. Pſalterij fructus & opus eſt plurium reparatio, aut nouorum conſtructio, ac dotatio templorum, noſodochiorum, altarium: Multarum & magnarum reuelationum: Signorum, & prodigiorum deſignatio: Sanctitas vitæ, morum honeſtas, & candor animorum: mundi contemptus: honor & exaltatio Eccleſiæ: Principum iuſtitia: Æquitas Communitatum, pax ciuium, domuum diſciplina.

2. Nec operarios, ſeruitia, mercenarioſque ſilebo: Tu vel ex vno de cæteris æſtimes licet. Hi manum non prius ad opus applicaſſent, quam me Filiumque in Pſalterio ſalutaſſent: Nec indormiſſent prius, ni flexis humi poplitibus in eo diem Deo cultum delibaſſent. Multos ſcio, cum in lecto veniebat in mentem de ſueto ſuo ad Pſalterium penſo non per

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſoluto: vel de latere coniugis ad illud proſilijſſe.

3. Ea Pſalterium apud iuxta bonos, & improbos in exiſtimatione fuit: vt, ſi qui eſſent devotiores: ſequela fieret talis: ſunt Fratres Mariæ de Pſalterio. Qui licentior moribus, aut improbior videbatur, ex probervio: Non eſt de Fraternitate Pſalterij, dicebatur.

4. De Ordine meo & tuo ſic habe: Si quis alia in re negligentior notabatur, quam primum audiebat: Frater, aut non dicitis Pſalterium Beat. Virginis, aut indevote oratis. Certe citius in choro Fratres ad Pſalterium orantes reperiebantur abditi, quam in dormitorio, vel ſtudio.

5. Audiant nunc cuncti, quanta gloria mea tunc honorabatur in iſto Ordine. Videāt, quanta nunc eſt diſtantia? Vbi non priſca miraculorum in eo frequentia? Vbi ſanctorum par copia virorum? Vbi diſciplinæ vigor, & rigor vitæ? Vbi zelus & tot ſalutes animarum? Quātum Ego & Filius amamus perfectionem, & ſalutem veſtram; dolemus tantum nunc in Pſalterio teporem & acediam. Dico hoc, ſi dolere poſſemus humanitus: ſed nunc imber abijt & receſſit.

Sed caueant ſibi, qui ſic Me, & Filium meum prauabunt honore Pſalterij. Studeant per me Reginam pietatis, Miſericordiæ & Prædicatorum, reſurgere, & ad priſtina Patrum antiquorum, ac Sororum citius & deuotius redeant Pſalteria.

*FINIS PARTIS SECVNDÆ.*

*Plures ſeſe ferent in Sermonum occaſione revelationes partibus ſubiectis.*





# PARS TERTIA COPPENSTEINIJ ALANI DE RVPE REDIVIVI.

## DE SERMONIBUS S. P.N. DOMINICI: B. Alano revelatis.

## CAPUT XVIII.

### SERMO I.

*De Oratione Dominica à Chriſto Ieſu Toloſæ revelatus S. Dominico: poſt & Nouello Sponſo Mariæ.*

PSalterium SS. Trinitatis ſcientiam confert illis, qui ipſum amans; & amando laudant Sponſum ac Sponſam, in ipſorum tam iucundo Cantico. Vnde iſtam in ſententiam S. Hieronymus: Grandis Dei bonitas noſtris refulſit in habitaculis, cum divina Maieſtas habitavit in Virgineis latibulis. Arctata latebat in parvulo Diuinitas, cuius dein nato parvulo prædicabatur Trinitas. Et ille ;, qui per Ang. Salutationem concipitur: poſtmodum prædicans docuit orare, non propheticam, ſed Orationem Euangelicam.

Quo ſanctius vtraque cunctis eſt colenda, & vſu frequentanda: vt in periculis ignorantiæ tenebratum, habeatur ſcientia Dei viarum. Quippe *totus mundus in maligno poſitus eſt*. Et de hoc Nouellus Mariæ Sponſus ita S. Dominici ſermonem accepit ſibi revelatum à Sponſo ter benedictiſſimo ſicut eundem & ſibi revelatum olim Toloſæ prædicarat S. Dominicus, in Maiore Eccleſia.



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſoluto: vel de latere coniugis ad illud proſilijſſe.

3. Ea Pſalterium apud iuxta bonos, & improbos in exiſtimatione fuit: vt, ſi qui eſſent devotiores: ſequela fieret talis: ſunt Fratres Mariæ de Pſalterio. Qui licentior moribus, aut improbrior videbatur, ex probervio: Non eſt de Fraternitate Pſalterij, dicebatur.

4. De Ordine meo & tuo ſic habe: Si quis alia in re negligentior notabatur, quam primum audiebat: Frater, aut non dicitis Pſalterium Beat. Virginis, aut indevote oratis. Certe citius in choro Fratres ad Pſalterium orantes reperiebantur abditi, quam in dormitorio, vel ſtudio.

5. Audiam nunc cuncti, quanta gloria mea tunc honorabatur in iſto Ordine. Videãt, quanta nunc eſt diſtantia? Vbi non priſca miraculorum in eo frequentia? Vbi ſanctorum par copia virorum? Vbi diſciplinæ vigor, & rigor vitæ? Vbi zelus & tot ſalutes animarum? Quãtum Ego & Filius amamus perfectionem, & ſalutem veſtram; dolemus tantum nunc in Pſalterio teporem & acediam. Dico hoc, ſi dolere poſſemus humanitus: ſed nunc imber abijt & receſſit.

Sed caueant ſibi, qui ſic Me, & Filium meum prauabunt honore Pſalterij. Studeant per me Reginam pietatis, Miſericordiæ & Prædicatorum, reſurgere, & ad priſtina Patrum antiquorum, ac Sororum citius & deuotius redeant Pſalteria.

*FINIS PARTIS SECVNDÆ.*

*Plures ſeſe ferent in Sermonum occaſione revelationes partibus ſubiectis.*





# PARS TERTIA COPPENSTEINIJ ALANI DE RVPE REDIVIVI.

## DE SERMONIBUS S. P. N. DOMINICI: B. Alano revelatis.

## CAPUT XVIII.

### SERMO I.

*De Oratione Dominica à Chriſto Ieſu Toloſæ revelatus S. Dominico: poſt & Nouello Sponſo Mariæ.*

PSalterium SS. Trinitatis ſcientiam confert illis, qui ipſum amans; & amando laudant Sponſum ac Sponſam, in ipſorum tam iucundo Cantico. Vnde iſtam in ſententiam S. Hieronymus: Grandis Dei bonitas noſtris refulſit in habitaculis, cum divina Maieſtas habitavit in Virgineis latibulis. Arctata latebat in parvulo Diuinitas, cuius dein nato parvulo prædicabatur Trinitas. Et ille ;, qui per Ang. Salutationem concipitur: poſtmodum prædicans docuit orare, non propheticam, ſed Orationem Euangelicam.

Quo ſanctius vtraque cunctis eſt colenda, & vſu frequentanda: vt in periculis ignorantiæ tenebrarum, habeatur ſcientia Dei viarum. Quippe *totus mundus in maligno poſitus eſt*. Et de hoc Nouellus Mariæ Sponſus ita S. Dominici ſermonem accepit ſibi revelatum à Sponſo ter benedictiſſimo ſicut eundem & ſibi revelatum olim Toloſæ prædicarat S. Dominicus, in Maiore Eccleſia,



UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## HISTORIA.

II. Prædicatorum Ordinis Patriarcha Prædicator Chriſti S. Dominicus, cum Albigenſium Zizaniolum agrum, terraſque circum late ſpinis ac tribulis hæreticæ maledictionis oblitas ac horrentes obiret bonum ſeminando ſemẽ Chriſti: etſi ad prædicandum eſſet & vſu exercitatiſſimus, & facultate paratiſſimus, & ſcientiarũ copia inſtructiſſimus (quam vel abſque libris ad nutum votumque promptam ſemper habebat) perſæpe tamen de omnibus in corde ſuo nil capiebat ſapidum, aut placitum: quod ei allubeſceret afferre in mediũ. Id quod Deo dilectiſſimis quibuſque prædicatoribus euenire aſſolet: nimirum vt humilientur: & à Deo ſermonem bonum petant. Animarum namque conuerſio per Diuinam potentiam fit, non per humanã ſcientiam. Illa *dat verbum bonum euangelizantibus in virtute multa.* Vt prædicatores, ceu Sanſones, per mandibulam aſini Philiſtæos cædant, id eſt, peccata, dæmones, & appetitus inordinatos.

II. In ſuorum itaque laborum conatu S. Dominicus, ad vnum intentus lucrum animarum, forti magis, quam ornata prædicatione, eam apud familiarem ſibi ſervatorem animarum gratiam inuenit; vt accepta ab Ieſu non conſolationis ſolum, ſed in prædicandi modo, inſtructionis vſura gaudere mereretur. Vt cum, in cæteris, aliquando ſervator apparens ei, ſalutaria plus, quam ſutilia; & mirifica, quam magnifica, magis aperiebat. *Dilectiſsime Dominice,* inquiens, *gaudium meum eſt; humilitate potius ardes ſaluare animas: quam placere hominibus: Non amo, alta appetentes: & negligentes humilia: quos admirabilia potius, quam vtilia prædicare delectat. Non hæc agrorum eſt animorum præparatiua; vt eis eſſe proficua poſsit medicina.*

*Ante docti, indocti, clari obſcuriq́, ad Orationis inducendi ſunt deuotionem: & præſertim ad angelicum Pſalterium meum: ad quod Gabrieli meo dictaui Salutationem: & ipſe docui mandauique vnam ſeptiformem Orationem. Iſtud oportet eos pro concione commendare; qui ad animarum ſalutem quærunt fructificare. Quia diuinæ clementia pietas gaudet deuota audientium pietate? Et hæc vera eſt prædicationum vtilitas.*

*Me prædica Dominice, id eſt, Orationem meam. Sic volo: vt humilitate ſuperbiam frangas hæreticorum: & pietate, duritiam peccatorum: vtroque ad me laudandum indicas. Huc oſtendo tibi* VTILITATES XV. *in Oratione*





*mea comprehenſas. Tu auditores interrogabis: ipſiſque iudicis facies. Dico; conſcientias ſtringes. Accipe modum.* Locum & tempus aperiet finis capitis.

## SERMO S. DOMINICI.

Thema. Matth. 6.

III. *Orantes nolite multum loqui, ſicut Ethnici faciunt. Sic ergo vos orabitis: Pater noſter qui, &c.*

## I. QVINQVAGENA PSALTERII.

I. QVæro chariſſimi: In terra deſerta ac horrida filijs parvulis, vix ambulare valentibus, numquid foret neceſſarium habere patrem comitem, & eos diligentem? Noui; affirmatis. At nos ij ſumus parvuli, in deſerto mundi; nec valemus ambulare, nec operari quicquam ex noſtra ſufficientia: nam ex Deo hæc tota eſt. Quocirca oportet arripere Dom. Orationem, per quam habebimus Patrem noſtrum præſentem, cum dicimus: PATER NOSTER.

2. Quæro: Si qui Viatores pertranſirent terram, vbi à ſerpentibus omnes, aut draconibus icti morerentur: an non hiſce foret neceſſarius Ductor vir fortiſſimus; qui à beſtijs lædi non poſſet, ac ipſas mactare valeret: quique viatores humeris ſuis ſuccollatos per flumina quæque & invia tranſportaret? Nemo negat. At nos in terra viuimus Draconum inferni, omniumque peccatorum: Chriſtus vero Pater noſter eſt & Ductor, idemque fortiſſimus, & ter Maximus gygas ab alto; qui morti mors eſt, & inferno morſus, & iam non moritur, mors illi vltra nõ dominabitur. Quare nobis eum aſſumamus, confiteamur ei & dicamus: QVI ES, ſc. ENS entium, immortalis per eſſentiam Exod. 3. QVI EST, miſit me ad vos.

3. Quæro. Si per tenebroſas Ægypti terras nobis ambulandum eſſet; an non maximopere indigeremus claritate Solis, Lunæ ac ſtellarum? Aſſentitis haud dubie. Atqui nos iam nunc degimus in terra tenebroſa, caliginis, & vmbra mortis peccatorum omnium: Quo magis opus nobis lumine cœli eſt. Quod vt ſpiritale mentibus noſtris impetremus, ſæpius oremus iſtud IN COELIS. Quia Chriſtus cœlum eſt cœlorum, & cœlorum omniũ claritas. Ipſe Sol eſt iuſtitiæ, & Stella ex Iacob oriunda.

4. Quæro: Si quis degeret, vbi omnes in pec. mortali deprehenſus morti continuo addiceretur: nunquid illi, ne periret funditus, fuerit neceſſum

vel ipſum pollere ſanctitate, vel in Sanctorum ſtare conſortio, qui à morte eum tubari, ac liberare valerent? Inficiabitur nemo. At nos tali in terra degimus. Nam ſimul ac anima peccauerit peccatum ad mortem, debitor morti, quo ad gratiæ privationem ſempiternæque obligatur. Feramus, teramus igitur Pſalterium, in hoc oremus: SANCTIFICETVR. Nimirum vt & ipſi ſanctificemur, & à Sanctis Dei adiutemur.

5. Quæto. Ignoratæ ſibi Linguæ regionem peragraturus; nonne hanc vel condiſcat oportebit, aut interprete fido vtatur? Abnuit nemo. At qui nos ij peregrini ſumus ſuper terram alienam; & futuram ciuitatem inquirimus; vbi lingua Angelorum loqui neceſſe eſt. Hanc ergo vel addiſcito, vel exſortis arcetor patria. Scholæ vero duæ huc apertæ patent, vbi eam eſt diſcere linguam, ſc. Oratio Dom. & Salutatio Ang. Frequentemus igitur vſu continuo illud in ea NOMEN TVVM. Hoc enim eſt Verbum Dei, per quod creata ſunt omnia: vel aſſumus nomen Ieſus, qui per callet linguam. Vnde Bern. Bone Ieſu, Nomen tuum Nomen dulce, Nomen ſanctũ, Nomen forte, Nomen terribile atque pijſſimum.

## II. QVINQVAGENA.

6. Per Tyranni regnum iter habiturus; ſueti quoſcumque necem abripere, an non opus ei fuerit Regiam alicubi implorare potentiam, qua tutus vim tyrannidos euaderet? Dabitis id vltro. Atqui mundus hic, ille tyrannus eſt: ille ad ſervitutem, ad necem quo ſuis raptat cunctis ante ſpoliatos, ſolum vile relinquit linteolum, cadaueri involvendo. Nobis hic tranſeundus eſt exteris, ad patriam tendentibus: quid reſtat quidque præſtat, quam vt Dei ipſius poteſtatem imploremus ſupplices: Domine ADVENIAT REGNVM TVVM: Regnum omnium poteris regnorum, Filij regnum Victoris omnium. Vnde Chriſ. Regnum tuum, Ieſu Chriſte vniuerſa Mundi regna deuincit, & quoſque fideles ſecure facit tranſmeare ad regna ſuperna: quoniam tu es Rex Regum, & Dominus Dominantium, *Apoc.* 19.

7. Per hoſtilem tendenti terram, ab rapinis, mancipationibus, ac latrocinijs infamem, quid per inde neceſſarium, ac ſalvus conductus, ab præpotenti exoratus Imperatore? Nihil abnuitis. At vero nos terrarum hoſtilitatibus cincti tenemur medij, ad prædã, ad ſervi-



vitutem, ad necem pertrahendi: ni quæ vis altior Imperij nos ſervarit. Imperialem igitur ſalvum conductum nobis circumſpiciamus libertatis, velut libertis Domini dominantium, cuius ſola voluntas noſtra eſſe poteſt ſecuritas & libertas. Illi oremus: FIAT VOLVNTAS TVA. Enimvero ſumma eſt libertas, ait S. Aug. diuinam facere voluntatem. Seruire Deo, regnare eſt.

8. Si cui peragranda foret aquis ſuperfuſa regio, an non ille naui, aut curru, aliove opus habuerit ſubvehiculo? Aſſentitis id mihi. Atqui nos ſumus ij, qui præſentis vitæ miſerijs circũfundimur: quippe, inquit ſanctus Baſilius, hic mundus non eſt, niſi diluvium peccatorum. Quare in Cœlo ſit refugium noſtrum, dicamus orantes: SICVT IN COELO: In cœlo currus eſt aſtrorum, via lactea, ſtella maris Maria: hanc ſalutemus in Pſalterio. E cœlo in terrena labitur influxus.

9. Quod ſi autem terra peregrinationis tuæ aſpera mõtibus, & ſaltibus horrida foret, at in via, ſeu cavernoſa, aut lutoſa, terræve montibus quateretur; an non alterutrum fuerit neceſſarium, vel vt vltima perpeſſus pereas, aut quæ via tibi ſeſe oſtendat, qua evadas? Age nunc, teque aſpice. Tali in terra tuimet corporis tua peregrinatur Anima, infirmitatibus circumdata, ſpinoſa tribulationibus, timores inter, rerumque viciſſitudines varia, interque ſpem & metum dubia. Invade igitur cœleſtem tramitem Domin. Orationis, & dic: IN TERRA. Ex hac in cœlos via eſt Oratio,

10. Fac ita eſſe: In terra ſterili vita trahas miſeram, vbi mera fames, & egeſtas rerum ſit omnium, & plurima mortis imago contabeſcentium; an non à victu potuque tibi providendum eſt? Quid ni, inquis. Ah, vbi vitam viuimus? Et quã miſeram? Sumus in terra deſerta, ait S. Gregor. & in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis, famis ac mortis: Oratio autem, ait S. Baſilius, vitæ panem at potum præſtat. Quin arripitis igitur Pſalterium, ad quod orantes petatis, PANEM NOSTRVM QVOTIDIANVM.

## III. QVINQVAGENA.

11. Si qui ſeſe Principi adeo totos deditios deuoviſſent, vt aliunde, niſi è ſolius ipſius manibus, nutriri non poſſent; is autem nulli quicquã elargiri, vellet alimeti, niſi qui regale ſuum geſtaret inſigne, teſſeramque exhiberet: an non extremæ foret dementiæ, hanc negligere velle? Plane dubitatis



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nihil. Nos, nos ſub potenti manu Domini agimus, quam is aperit, & implet omne animal, ſed, ſi data ab ipſo teſſera exhibeatur. Cum ergo, iuxta S. Chryſoſtom. Oratio Euangelica ſignum ſit verum diuinæ bonitatis & poteſtatis: plane pars eſt, dicamus ſæpius in Pſalterio: DA NOBIS HODIE.

12. Qui Regi ſevero eſſent grandi obſtricti debito, neque huic ſolvendo, ſed capite luendum foret æterna ſub morte: Rex autem omnia dimittere paratum ſeſe offerret; tantum, vt pro remiſſione rogetur: an non demens ille & infelix cenſeretur, qui tantillum ipſi deferre nollet ſubmiſſionis & obſequij? Omnino confitemini. Atqui nos debitores Deo facti ſumus, æternis mancipandi nexibus, & cataſtis includendi, tortoribuſque tradendi: & parva iſtis prece evadere poſſumus: ſic enim ait Rex ipſe, ſi clamaverint ad me, exaudiam eos, & ero illorum Deus. Quid eſt igitur, quod non clamitemus ſæpius in Pſalterio: Domine DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA: Nam Oratio Domin. ait Remig. eſt rogatio filiorum ad patrem, ad ſublevandam humanam miſeriam bonorum collatione, & ablatione malorum.

13. Qui tanti à Principe & nexi, eſſent vltimo perdendi ſupplicio, ob immania ſua facinora; ni leuiuſculis proximorum offenſis veniam ipſi libentes dederint: hoc vero illi præfacte nollent; an non prorſus infelices ij ac maledicti forent æſtimandi? Aſſentimini omnes id mihi. Hæc autem ſit ad proximos remiſſio, cum orantes dicimus: SICVT ET NOS DIMITTIMVS DEBITORIBVS NOSTRIS.

14. Si tentationibus dæmonis, carnis ac mundi, mœroribus ac miſerijs agitati, ab hiſce vnius lapilli geſtatione eſſe valerent immunes: ij vero velut tantillum parere aſpernarentur, aut optare dedignarentur, penitus inſani, & verè miſeri, nec miſerabiles vlli, eſſent habendi. Atqui gemma talis eſt Dom. Oratio, præſervans, ait S. Auguſt. à cunctis illuſionibus, & documentis. Quocirca iure merito ſæpius in Pſalterio orandum eſt: ET NE NOS INDVCAS IN TENTATIONEM.

15. Si denique foret navigandum nobis, ac mare tranſmittendum infeſtum à balenis, ſubmerſis à rupibus, à vorticibus, à Charybdi, à Sirenibus, à Gryphibus, & tempeſtatibus ac pyratis; ſtarent vero in portu Rex & Regina, offerentes par gemmarum, quibus ineſſe vix ex omnibus iſtis eripiendi malis: nos autem eas deſpica-

tui



tui duceremus, ecquis non vt veſanos plane abijceret? An in hoc mundi freto ſunt dæmones, ſunt publica occultaque ſcelera, luxuria, gula, &c. Inde Chriſtus ſuam Orationem, & Salutationem ſuam Maria offerunt. Quin igitur acceptamus, inque Pſalterio dicimus: SED LIBERA NOS A MALO.

## *HISTORIÆ PROSECVTIO.*

IV. Hæc talia ad S. Dominicum apparens illi ſervator Ieſus. Ille ergo haud mora cõtinuo ſuccinctus in Euangelium pacis, gaudio, ſpe, ſpirituque; vir Diuino plenus, die poſteri (qui Deiparæ Virgini ſacer, præcipua feſtiuitate ſolemnis agebatur) in vrbis Tholoſanæ Maiora Eccleſia, frequentiſſimo Clero, populoque Tholoſano concurrente, ceu iuſſus ab Domino, præſcriptum prædicat ſermonem. Fuitque tanta verbi ipſius vis & efficacia, vt omnes pene à maiore ad minimum, ſic compũcti fuerint, ſic ad Pſalterij amorem honoremque inarſerint, vt protinus ſub illius ſigno ſervire Deo Deiparæ pleriſque fuerit decretiſſimum.

2. Id quod citra moram ipſo facto declarauerunt orthodoxi, tum vero, & hæretici, errore ſuo damnato, ad Eccleſiæ gremium ſeſe tranſtulerũt.

3. Inter quos viri tres præcipui nominis, acerrimique hæretici, ſeſe ad Catholicos palam ſunt profeſſi, eiurata hæreſi: videlicet *Magiſter Norbertus de Valle*, Iuris Canonici Doctor: *Magiſter Guelrinus de Fracuo*, in Artibus Philoſophiæ eximius: *Magiſter Bartholomæus de Prato*, experientiſſimus Medicus, pariter & Theologus profundiſſimus. Hi tres, præter alios complures, de manibus S. Dominici humiliter ſuſceperunt Pſalterium: idemque protinus vna cum S. Dominico cœperunt late circum prædicare, Inſtitutum ſecuti Prædicatorum S. Dominici. 4. Ex quo tempore mirifica hæreticorum eſt converſio conſecuta, & Religionis ſacræ devotioniſque ſtudium in coronario Dei cultu ad Pſalteriũ maximo cum fructu & Eccleſiæ incremento profecit.

## CAPVT XIX.

### *Sermo II. De Salutatione Angelica, ab Deipara S. Dominico revelatus olim: nuper ab hoc iterum nouello Sponſo*

SAnctus Dominicus cuidam Religioſo Prædicatori, ſibi valde familiari ac deuoto, Mariæ novello Sponſo revelare dignatus eſt, vt ſequitur.

HIS-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

## HISTORIA.

I. *Tu Frater*, aiebat apparens ſubito S. Dominicus, *tu prædicas, ſed attende tibi, & ſolicite caueto; ne humanam potius laudem, gloriamque vanam aucuperis, quam ſalutem animarum ſecteris ac zeles.* Equidem, quidaliquando mihi contigerit, olim degenti Pariſijs Lutetiarum, minime te zelatum volo. Maior iſthic Eccleſia, Metropolitana, eſt, eademque Dei Genitricis ac intemeratæ Virginis Mariæ honori ſacra, & dicata. In hac, pro Vocatione, prædicaturus, accurata me cura, & curioſitate etiam ad dicendum me comparabam. Nō vlla ſtimulante ad iactantiam vanitate, ſed ob Auditorum facultatem doctiſſimorum, ob ampliſſimi conſeſſus dignitatem, ob frequentiam omnis ordinis ac ſtatus ornatiſſimam, & vero multo maxime ob manifeſtiorem ſolidioremque veritatis evidentiam demonſtrandam, animiſque ſic imprimendam, vt optatus inde fructus Deo conſtaret. Cum igitur, pro more meo, ante concionem, ad vnius horæ ſpatium, quodam in ſacello, poſt altare maius, in orationem me conieciſſem, in Pſalterio meo perſolvendam; ecce, confeſtim extra me factus per raptum, manifeſto in lumine contuebar me coram, Amicam meam, quam mihi quæſivi à iuventute Sponſam chariſſimā, Dei Genitricē: hæc quē manu libellū præferebat, mihi offerens ait: dilectiſſime ſponſe Domine, etſi bonū eſt, quod prædicare diſpoſuiſti; ſermonem tamen longe meliorē, mihique gratiorem ad te affero. Aſpectus me affectuſque notus miro delibatum gaudio rapiebant: librum capio, lego reverenter & conſtanter, neque ſecus, ac dixerat D. Maria, comperio. Illa, iactis à me gratijs, quantis quam demiſſiſſime valebam, à me tum quidem conſpicari deſijt.

Iamque hora perorationis inſtabat habendæ, adſtabatque Pariſienſis Vniverſitas tota, Antiſtitum, Procerum, Dynaſtarum, Senatus, populuſque frequentiſſimus, & celeberrimus conſeſſus. Omnes quippe Ordines præteritorum fama prodigiorum ad audiendum ſpectandumque exciverat.

Ea autem Lux ſacra fuit S. Ioannis Euangeliſtæ feſtiuitate ſolemnis.

Vt igitur ambone conſcenſo in altum ſurrexi; omiſſa vitæ hiſtoria, & eximijs Apoſtoli ac Euangeliſtæ præcellentijs, ex eo duntaxat per paucis cum commendaui; quod tantus tamque ſingularis eſſe cuſtos meruerit cœlorum terrarumque Reginæ Dei Matris ac Virginis Mariæ: Quæ quinde-

na



na habuit efficaciſſima, eademque facillima cunctis. Antidota, contra vniuerſa diſcrimina mundi. Tum deinde huic inſiſtens propoſito, talia prædicabam.

## SERMO S. DOMINICI.

Thema. Luc. 1.

*II. Ingreſſus Angelus ad eam dixit:* AVE *gratia plena, Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus, &c.*

## I. QVINQVAGENA PSALTERII.

CHriſtianiſſimi Auditores, &c. Magiſtri eximij. Hic locus, & aures veſtræ eruditiſſimæ exquiſitis elaboratiſſimiſque orationibus aſſueverunt. Verum iam nunc ego, non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione Spiritus & virtutis, loquor. Audite me, oro, Chriſtiana cum deuotione.

1. Si hoſtilis eſſet terra vobis peragranda; num quem Salvum conductum optaretis; & de eo nunquid parum ſolicite circumſpiceretis. Noui, communem eſſe ſenſum, & conſenſum omnibus vnum. Mihi vehementer illud aſſentimini. Atqui vero in medijs hoſtibus agimus, & Salutatio Angelica ſalutis eſt ſymbolum. Quid enim AVE eſt, niſi abſque væ omni Euæ? Vox gaudij, GAVDE, novum ac primū re & nomine eſt, AVE, Euangelium, hoc eſt, bonum, fœlix, fauſtumque Nuncium. Quare hunc ſalvum conductū aſſumamus exules filij Euæ, illo hoſtica omnia euademus liberati: quippe orbis liberatus eſt omnis à maledictione Euæ per AVE.

2. Eundum fuerit per cavernarum fauces, obſcuraque locorum antra; Nonne Lucernam quærimus, præferimus? Et vero anxia cum circumſpectione, inquitis. Recte. At omnes nos per humanæ mortalitatis latebroſas tendimus vmbras atque cavernas ſerpentinas. Quid ni igitur properamus dictam, MARIA, lucernam comparare nobis? Hanc in Salutatione Angel. pie repetita igne deuotionis accendamus, & illuminabimur. Ipſa enim eſt Stella maris, & illuminatrix Maria.

3. Fac ita eſſe: Regem Franciæ diris facinoribus tuis habeas offenſiſſimum; an non ſummopere gratia Reginæ gauderes, Regis ad offenſam reſtingendam? Mecum, ſcio, ſentitis omnes. Nos vero ſumus, qui in multis offendimus omnes Deum. Nunc Regina Cœli, Cor Miſericordiæ valet, & vult placare nobis: Tantum illius à nobis in

Pſal-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Pſalterio ſæpius recolatur Gratia, & debite honoretur. Vehementer ſuadeo, vel hodie arripiatis Pſalterium: craſtinum forte non omnes ſuperviuetis.

## EXEMPLVM.

III. Vocem ecce propheticam, cogitationum perſpectricem. Nam haud ſecus, ac dictum, euenit. Artium ſtudioſi quatuor, moribus ſat improbis, Virum Dei, vt perorauit, deſpicatui habentes, aiebant: Magna quædam expectabamus: & ecce, lectionem puerorum audiuimus. Nocte proxima perpotant ijdem atque ſcortantur. In ipſis amplexibus ſcorti, iram extimulante libidine, ad rixam, ad arma ruunt: duo internecione occiduntur: alijs duobus ad mortem vulneratis. Ab Vigilijs hi ambo in carceres retruſi, poſt pauxillum ibidem inter blaſphemias animam exhalant obſcœnam, & infelicem.

4. Qui iter cogitant per loca ſola per incultas terras, & humani victus egentes: nunquid plane cenſebunt neceſſariũ, vt aliunde ſibi plene de commeatu circumſpiciant? Id nemo ſanus mihi infitias iuerit. Noſtræ hæc peregrinationis terra deſerta, inuia, & inaquoſa, cœleſtium inops bonorum eſt, inanis & vacua. Quid ceſſamus igitur, quid reſtitamus; quin protinus de illius plenitudine accipiamus omnes, quæ eſt Plena? Da illi in Pſalterio vocem hanc, eamque recipe.

5. Turbat bellis terra ferocibus, aut infeſtam habent latrunculi, vt nulla ſit vſquam tuta ſalus, præterquam vno in caſtro inexpugnabili: ad hoc quis, niſi contemptor vitæ, non confugerit? At terra talis eſt, in qua mortales agimus, & Dominus eſt refugium noſtrũ. Et quid eſt igitur, quod minus frequenter, & ardenter eum in Angel. Salutatione appellamus. Qui in ea Pſalterium perſæpe dicere dubitamus: Dominvs?

IV. Hic Sanctus Dominicus apud Nouellum Mariæ Sponſum facti narrationem interponit ad Exemplum.

Hæc cum prædicarem, Alma Patrona Maria continuo lateri hærebat meo aſſiſtrix: ipſa, velut ex libro, verba mihi ſingula prælegens ſuggerebat dictatrix. Ipſa vires, animumque ſpiritumque ſufficiebat confortatrix, & voci dabat vocem virtutis. Neque aliter dicta cadebant ad aures ac animos auditorum, velut ignea tela. Sentiebant plerique carbones vaſtatores ſcelerum in conſciẽtijs ſuis, & haſce igniti intus ac gliſcere flammas ad Dei timorem iuxta, & amorem.

Demum velut epilogicans

pri-



primam dictionis partem ita finiebam: *Praclare nobis eſt perſpectum, decem Mandatorum Dei reverentiam, ac obedientiam ab humana ſeu improbitate, ſeu fragilitate conſueſſe, heu! temerari: id quod a nobis auertat Deus. Vnumquodque autem de periculis iam enumeratis, per omnia Decalogi capita cum ſcelere verſari, & animæ mortem pergraſſari poteſt. Quocirca ad quinquies dena deprecanda mala, prohibendaque certiſsimum. Et cuius paratiſsimũ eſt remedium Pſalterij Quinquagena prima: quæ totidem præſidiorum quadam eſt veluti panoplia, Corona Mariæ.*

## II. QVINQVAGENA.

VI. Sit neceſſitas ſubita, quæ vel intempeſta nocte quẽ exturbet in inter, idque ab trucibus inſeſſum feris, fœdiſque monſtris infeſtum: quid illi perinde foret, atque armati cordatique Comites propugnatores eius? Negabit nemo. Nos ſumus in & mundi tenebras extruſi, & fera hominumque vitiorumque monſtra tendimus iter iniquum: offendimus omnes, & egemus gratia. Væ ſoli! Ductoris egemus & defenſoris. Adſtat ecce parata pia Mater Virgo: Ora Dominam, & aſſume eam Tecvm ſua cum cætera Angelic. Salutationis comitiva, quæ quanta in Pſalterio?

VII. Sit caſus, qui compellat inire domos aut loca, quæ obſcœna ſcelerum omnium infamia notavit inſignis: num quiſquam honeſti amans nominis ſolus pedem intulerit? Dubio procul teſtes comiteſque plures Viros Sanctos, vitæque famæque integros adducet ſecum. Locus nullus præmundo hoc eſt inſigniori infamia: & permeandus eſt omnibus: Fœlix à tergo quem nulla ciconia pinſit, qui ſequacem trahit infamiam nullam. Nullam ex omnibus traxit, quæ ſola Benedicta eſt per excellentiam: hæc qui comes ierit tutus honoris erit. At ijs ſeſe vltio aſſociat, à quibus in Pſalterio familiarius Benedicta conſalutari gaudet. Hæc vitæ famæque teſtis & fidiſsima cuſtos eſt.

VIII. Si quam in ſcholam veſtra vos ingenua cuiuſpiam Artis combibendæ cupiditas incluſiſſet, ac ea ſcientia lingua peregrina traderetur, quid honeſtiſſimæ cupiditatis, veſtræ ardori foret perinde neceſſarium, atque Magiſter linguæ? Quis hic? quæſitaretis omnes, & amabimus eum? Demonſtretur autem, quit ita ab ſeſe abierit, qui ipſum non adierit, audierit? Nos hic talem terimus ludum, cupidi cœleſtis condiſcendæ artis, ignari,



ſed

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſed linguæ. Quem magiſtrum quærimus? Ecce ipſus adeſt, ſolo verbo docere potens. Angelica eum demonſtrat Salutatio Pſaltis in vocula Tv demonſtrante. In ea Spiritus ineſt Deiparæ Theodidaſcalus. Ipſum tute precibus require, Maria eum tibi conciliabit.

IX. Ponamus ita eſſe: Simus nationem ingreſſi, in quã nulli quicquam inferre, nec efferre liceat: in qua & mera ſtipe corroganda ſit victitandum, in qua immites viri calybem circa præcordia, barbarie rigẽtia gerant: at Mulierum tanto ſit mitior ad benigne faciendũ natura: illud ſane ſtudium eſſet omnium noſtrum, vt de mulierum nobis miſericordia demerenda laboraremus. Atqui Diua Maria eſt Mater miſericordiæ, vt Angeli, Diuique omnes per noſtra in Deum peccata alieni à nobis forent ac adamantini: Illa tamen nunquã niſi bona Mater eſt. Quare eam iure ſuo meritiſſimo benedicamus In Mvlieribvs.

X. Cum, teſte S. Gregorio, ipſaque experientia, quotidie ambulemus viãs mundi amaritudine plenas, an non gratiſſimus is comes fuerit nobis, qui à cõſolatione ſuaviſſimus? Atqui hic is eſt, adeſſeque nobis optat, cui omnes dicimus: Benedictvs. Quin igitur cum deuincire nobis ſtudemus in Pſalterio? Quapropter cum per dicta iam quina pericula, in ſalutis noſtræ perditionẽ, graſſentur immane dira decem ſcelerum præcipuorum portenta; nimirum Capitalia ſeptem cum perfidia, præſumptione, ac deſperatione: equidem ita exiſtimo, neminem ſibi tam inimicum reperiri, qui, iſta cognorit certa ſalutis præſidia, ſit ea deſpecturus. Sin; nemo talem non aut inſanum, aut deſperatione deploratũ dixerit. Quare adverſum quinquies dena ea peſſima monſtra, veſtrum vobis placeat azylum in Pſalterij altera Quinquagena.

## III. QVINQVAGENA.

XI. Porro: Quid in itinere poſitis, laborere feſſis, fame ſitique exhauſtis, ſuique ſubſidio recreandi deſtitutis, quid inquam his euenire gratius queat, quam vt in fœlicem Arborem, optimis plenam fructibus, & manantem ſub ea frigidæ fontem, contingat incidere? Atqui nobis in hac vitæ via in aquoſa B. Virgo occurrit, Arbor ter benedicti Frvctvs, cum Fonte vitæ: Fructum igitur, Arboremque pariter in Pſalterio conſalutemus.

XII. Fingamus: quid obſtat? Ex nobis vnum aliquem illi regno dandum eſſe Regẽ, in



in quo ſteriles vniuerſi degerent, nemo pater, mater nemo fieri poſſet: Gemma tamen Regi nouo demonſtraretur, cui vis ineſſet omnes fœcundandi. Num eam, ſi quidem ſapuerit, aſpernabitur? Melius ille regnum amabit ſuum. At in ſuo quiſque corporis regno Rex eſt. Sed in terra ſitum maledictionis eſt, & ſpinarum, vbi infelix dominatur ſterilitas. Hac pulſa regnum fœlicitare poteſt & fœcundare, quiſquis illam in cæteris Angel. Salutationis Gemmam Ventris dictam, pie vſurpabit: adeo certe fœcunditatis eſt ex obũbrante Spiritu Sancto. Quæ enim Virgo Parens omnem ab orbe ſpiritus abſtulit ſterilitatem, quo amplius carnis reſtituet fœcunditatem eadem rite invocata?

XIII. Dictum nobis haud ignoramus: Negotiamini, donec veniam. Sed dicere quiſque poteſt, Mendicus, & pauper ſum ego, aurum, & argentum non eſt mihi: vnde igitur negotiabor? Sit igitur Regina potens, quæ te copioſe donare velit pecunijs; non illius omni via ambires gratiam? Maria eſt, cuius proprium illud eſt poſſeſſivum, Tvi: Tua, O Virgo, tua totius orbis vtriuſque, ſuperi, iacentiſque medij, poſſeſſio: verum tibi illa poſſidet: tu tantum illi in Pſalterio famulare.

XIV. Si quis nexus vinculis, & tetro carcere clauſus detineretur; oblatamque nollet Clavim, qua reſolvente manicas pedicaſque, & carceris fores omnes reſerante, evadere licite glorioſeque valeret, cum is demens, tum in ſeſe foret iniquus. Et nos vincti ſedemus in mendicitate & ferro? Quin ergo Clavim David arrimus; qui eſt Iesvs. Hic vero per quam fuit conceptus, per eandem ſalutationem & accipitur. Et arripere, orare, geſtare, ex oſculari plane venerari Pſalterium, ſalutationis Palatium, omittemus?

XV. Degenti ſuper terram peſtilentem, & tabificam, quid perinde cenſebitur neceſſariũ, ac certum antidotum vnguentarium, quod omnem adverſus luem præſtare valere? Miſeri nos mortis filij hac in mũdi peſtilentia auram animamque trahimus, & id, quod vivimus, & morimur, ad certam tamen immortalitatem conditi: quam quidem hauſta hic peſtis æternum infelicitare potis eſt. Qui amuleti? Quod balſamum supereſt? Vnguentum ſupperit Chriſtianis Chriſtus, id eſt, vnctus, cuique ſicut vnguentum effuſum nomẽ eſt: huius pigmentaria eſt Maria, quæ Chriſtum dedit orbi peſtifero: dabit & tibi; tantum Ang. Salutatione ipſam rite venerare.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Quid tot inter funera, præſentemque mortem, vitæ capeſcere tardamus remedium? Ecce pericula quinque proxima, dire venenata & venenantia: atque ea ipſo cum ſpiritu haurimus. Quia igitur per ſenſus denos, quinque ſcilicet exteriores, interioreſque totidem ſorbere peſtem tam eſt pronũ, quam periculoſum: ſaluberrimam agimus rem: medicinamque paramus nobis, ad Pſalterium quinquies denas repetendo Salutationes Angelicas.

*Hiſtoriæ continuatio.*

XVI. Iſta, mi fili (ad Spõſum nouellum inquiebat S. Dom.) prædicabam tunc, ceu Divarum Maxima Diua iuſſerat Maria noſtra: eoque ſermone, velut iniecto reti Retiarius, pene totam Vrbem Pariſienſem comprendebam; tanto cum fructu, vt permagnæ ſint animorum conſecutæ mutationes apud incolas & exteros; vſus, cultus, veneratioque Pſalterij paſſim omni regno crebreſcere cœperit, perque ſingulas pene populi familias ac domus pervulgari. In primis autem lectiſſimum ſtudioſæ iuventutis florem illius fervor prædicationis ita mature fecit, vt flante Spiritu Dei ad altiora novi Inſtituti Prædicatorij evolaret, Itaque abdicato ſæculo iuventus plurima Ordini ſe dicavit: S. Dominicum ſecuta vitæ Magiſtrum. Quo ſimul tempore Conuentus ibidẽ noſtri Pariſienſis fundamenta iaci prius cœpta; eam in molem excreuerunt; quam hodieque videre eſt: Epiſcopo, Rege, vrbe, in primis autem Academia tota huc me, ſecundum Deum ac Deiparam, plurimum adiuvante.

## CAPVT XX.

*Pſalterium ſervat à Succubis, vt Revelat Sponſo Maria.*

I. EXemplum legitur: quod etiam Beatiſſima Virgo Maria cuidam devoto ſibi novello Sponſo mirifice revelare dignata eſt. 1. Chariſſimus Spõſus meus (inquiebat Sponſa Dei Maria) S. Dominicus ex vrbe, per Germaniam, iter Pariſios inſtituerat, Fratribus ſex alijs, eiuſdem ſecum Inſtituti, ipſum comitantibus: & vbicunque divertebat, præſertim in Monaſterijs, & Collegijs, perſæpe vero etiam ad populum, exhortationes, concioneſque habere conſueuit. Ac tameſi per interpretem vt plurimum ad exteras nationes prædicaret: frequenter tamen etiam Hiſpanice loquans; huiuſce ignaris linguæ ſua patrita



locui viſus, recte intelligebantur.

2. Demum illud peculiare ipſi Donum à Deo gratis fuit conceſſum, vt loqui noſſe ac poſſet omnem linguam cuiuſcunque nationis. Quod quidem Donum linguarum ſingulariter ipſi conveniebat impendi; *Tum quod* viri virtus, ſpirituſque Diuinus, in ſalutẽ orbis infuſus illi, & erumpere geſtiens, conſtringi nequaquã debebat, & quem operari fructum datus fuerat, ab eo per vllius linguæ ignorantiam retardari. *Tum quod* ipſe Dux primus erat, à quo per omnes orbis oras, gentiumque nationes deſtinari Prædicatores volebat Deus.

3. Neque vero ex mero ſoloque dono ſolius Dei linguas loquebatur peregrinas; verum etiam ex aliquo ipſius quandoque merito: vt cum ſpiritus impulſu ſingulatim ea pro gratia Deum impenſius oraſſet. Sicut quando in Francia cum quibuſdam Alamannis bene multos per dies Alamannica ſermones miſcebat.

4. Ego tamen Sponſo meo, mea apud Filium gratia potiſſimum eam facultatem impetravi, qua tum vti libere valebat, cum ad ſalutẽ animæ, aut plurium, intererat. Hinc in quamcunque exteram nationem inferebat pedem, gratia prædicandi, eiuſdem continuo gentis lingua callebat. Et merito: nuſquam enim ſeſe conferebat, niſi vt Apoſtolus Domini: quo eum ſpiritus agebat. Miſſus enim fuerat, velud ad mũdum iam refrigeſcente charitate moribundum: vt ipſum reſuſcitare.

II. Nunc vero audi Hiſtoriam facti, ipſa ſui ſingularitate memorabilem.

Eſt in Alemmaniæ terra caſtrorum natura loci, & arte, manuque munitiſſimum; quod miles quidam habitabat bello, & armis potens; cui ſimiles ſui erant quatuor ſupra denos tribuni, manu prompti, robuſti viribus, & prælijs exercitati; inſuetique prædis. Quo atrocior ſpiritus ſingulorum pectora quandam ad barbaram immanitatem efferarat; vt actis quotidie prædis per nefas, plus delectarentur; quam iuſto Marte quæſitis. Nec raro per latrocinia miſtas ſanguine prædas cruentare, floci pendebant. Impia virum erat immanitas. Dicti quatuordecim vno ſub principe ſinguli, plures ductabant ſub ſignis, non tam militari dicto ſacramento deuotos, quam ſcelerum ſocietate facinoroſa coniuratos. Hi longe late, per omnes circũ terras excurſionibus factis, rapinis, prædis, cedibuſque omnia infeſtabant: innumera cæſorum

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rum corpora tranſcurrenti data flumini, (Rhenus id fuerit, aut Danubius) demergentes.

1. Cum igitur ad infame illud à prædonibus caſtrum nō procul adeſſet S. Dominicus, & manè primo ante Diuinus operaretur ad aram, quam pergeret iter; ecce ſub Miſſæ Sacrum ſua ipſi familiaris Beatiſſima Deipara me ſpectabilem ſoli dabam, talibuſque monitis informabam. 1. *Mi Dominice, ſi ete Deo, pede adhuc inofenſo, iter tenuiſti ſecundum; non tamen hodie, vt heſterna eveniet. Sed ſortes tuæ in manu Dei. Sævis ab prædonibus incurſavere, noe, me ſine, vix ſecurus.*

2. *Age, diſce: quid facto opus Vbi captus ab feris traheris; vltro ſequitor: Sed eorum Principi te ſiſti poſtulabis: habere te, quæ noſſe ipſum, eiuſque primipilos, ſaluti omnium interſit: dictaque factis continuo probatum iri: adeoque ipſorum tibi manus inijcientiam capita in præſenti futura diſcrimine: ni tuis fuerit monitis conſultum. Addes: Viſuros, auditúroſque ipſoſmet; quæ in viuis nunquam vel fando cognouiſſent. Dabunt id barbari tibi.*

3. *Iſtud autem habeto certum: In dicto caſtro quindecim incolunt mulieres eximia corporis forma, habitu, cultuque ſpectabiles, & vero elegantia vultus admiraculum viſendæ carnalibus. Hæ Principum Tribunoſque eius militares præſtigijs ſuis faſcinatos ita dementarunt, vt earum inſtinctu nullum non patrare nefas exhorreſcant. Nimirum quantum viris eædominentur armatis! Neque enim hominé: ſunt mortales, niſi ementiti: ſed ex Orco ipſo cacodæmones veri: & quidem vah! ſuccubi. Ita autem Quindecem viris ijs perſuaſiſſimum eſt: ipſas eſſe Deas, quas fatales vulgo placet vocitari. Earum familiaritas, creditur in rebus gerundis certa eſſe proſperitas: conſilia, putantur oracula. Pro! Quantis hiſce refertus eſt orbis? Dulces ſunt furiæ: inſcant melle: vipereo ſævius felle necant. Prorſus verſant, miſcentque orbem.*

4. *Quare, iſtud age. Hinc in viam tecum adſumes ſacroſanctam Dominici corporis particulam: ſic vſum poſciturum: nec abſque Stola, quam Sacerdotali ritu propalam geſtabis. Tuis Eventus reſpondebit cauſum Fratribus. Nam præda factus prius ipſe prædonibus: hoſce dein omnes in piam es Deo prædam habiturus: captivos quoque triumphaturus dæmonas; qui infelices modo præmiatores captivos ducunt.*

5. *Tu porro captus vbi ad latrunculorum Principem ad miſſus ſteteris: accerſeri poſce cunctam domus familiam: ſuas ijs ſcelera nefanda cordate ingere: intenta pericula, ipſo illo die per quas cunctos ad interitum pertrahendos, eis denuncia: Malignos pro-*



*dito Spiritus; evadendi ab hiſce viam aperi, prædicato viris Pſalterio. Animarum auferes lucrum. Pretium hoc præmiumque periculis eſt.* Dixit, & abſceſſit.

III. Ex ordine, vt prædicta, iuſſaque, ſe & dant omnia, & geruntur à S. Dominico. 1. Viam ſic ille capeſſit, comiteſque fratres pariter. Ad caſtrum vt propius ventum (locum de nomine appellare non audeo: neu quam in præſentiarum incolam notam infamiæ ſibi intorqueri conquerantur: nam etiamnum ibidem forte nefanda geruntur) iam in eo erat; vt eruptione facta prenderentur. Ecce rurſum adeſt Deipara, ſoli manifeſta ſuo Dominico, dicit: *Ecce mitto te ad gentem peccatricem; nec enim ab annis retro triginta eorum plerique vel ſcelera confeſsis expiarunt, aut vlla audire diuina voluerunt: Magi omnes, dæmonibuſque deuoti. Inſta, Pſalterium prædica; Dona quindecim ſeu medicinas adverſus peccata totidem ex diametro commōſtra. Vinces cum Deo.*

2. Illi dum carpunt iter, ecce, advolat furiata manus, preſſos, nexoſque raptant, verſant, plagiſque mulctant; & S. Dominicum cæteris immanius dæmonis in ſanctum is furor erat iamdiu peroſum. Ad caſtrum ducunt captos, certi, dira cæde mactandos; ni Deus prohibeſſet. Vir Sanctus, ſecretos petit affactus Principis. Admiſſus vix pauca fatur; iam animo Dynaſtæ illapſus eum ad mitiora flexerat. Itaque interiora ipſi ad aurem ſoli ſua revelat, quæ monſtra domi foveat, edocet, promittit facturum ſeſe, vt beſtias tartareas oculis contueatur.

3. Pavore conterritus hæſitabat Princeps: Tribunos accerſit; quibus coram ex Sancto percunctatur. Eccunde talia noſſet, quæ monſtra loquebatur? Quid facto opus, ne in pernitiem ruerent ipſo die illi paratam? Cui Sanctus: *Agite, Factis loquar magis, quam verbis: auribus ſimul & oculis dicta dabo: Tantum, Princeps; iube acciri huc cunctos, adeſſeque coram, quos caſtro hoc tuo contines.* Dictum, factum: Adſtant omnes, ſolas præter domicellas; quæ nimias excuſabant occupationes ſuas, quas fingebant, Vocantur: renuunt. Tunc S. Dominic. *Ite, dicite; Dominicus in Nomine SS. Trinitatis, perque ipſius virtutē Pſalterij: quod prædico, ſic mando cunctis, huc ſe protinus ſiſtant.* Interim coronæ circumſtantium inquit: *Sed vos ſtate viri; S. Crucis ſigno frontem muniatis & pectus. Credite, horrifica Orci monſtra ſpectabitis.*

4. Etiam excuſſius fertur ad aures clamor eiulantium, ſeque in alia omnia vertentium nequicquam; vi occul-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ta trahebantur. Adſunt; Deum, Ieſum, Deiparam, Cœliteſque dire execratæ blaſphebant, limphatis ſimiles furiatæ. Imperato laruis ſilentio, rurſum ad cæteros ait: *Signo ſe quiſque crucis ob armet.* Parent cuncti; at illæ nequaquam: quin auerſæ magis ſæuiebant.

IV. Hic Vir Dei ter SS. Hoſtiam de ſinu producit manifeſtam; & ſic infit. 1. *Adiuro vos oblaruatas furias inferni, per iſtum, quem cernitis coram, hiſce in manibus: Palam edicite, & confeſtim: quæ, vnde, cur huc adeſtis: tuque nominatim prima harum, ſuperbiſsima beſtia eloquere.* Illa furens, ineffabiles iras vultu minaſque ſpirans, truces in diuerſa oculos diſtorquet, dirumque infrendens vociferatur: *Maledicta dies, quæ huc te ſtitit. Maledicta ſit illa cum filio, quæ huc te miſit. Sic, heu, vna hora tot annorum conatus noſtros corrumpet? Cogor, heu, heu, prodere ſecretum cogor veſtrum, ò mundi Principes! Nos, nos infandi cacodæmones ſumus: hoſce aſsites annis iam plurimis dementauimus; vaſtitatem late cædeſque per eos fecimus: & eheu! hoc ipſo die hos in aquas præcipitatura fueramus, in Orco nobiſcum cœnaturos. Sciunt: ſtant paratæ naues, ad oppoſitam cis aquas terram hoſtiliter à quingentis iſtis depopulandam. At hodie noſtri erant, dediti que nobis, medijs in vndis ſubmergendi.*

2. Cur, quærit Sanctus, *non id citius patraſtis?* Et illa: *Facultas, heu, non voluntas deſiebat.* Sciſcitanti: *Ecquid ita?* Subiecit. *Sat audiſti: quinos torques amplius?* Cui, *volo*, inquit, *& iubeo per virtutem Chriſti: edicito.* Furia, *heu, heu*, eiulabat: *Falſa illa Cantilena Mariæ Mulieris Iudaicæ ſemper hoc impediuit. Hi enim omnes, iuſſu Principis omni die ſalutabant illam.* Et Sanctus. *Quantum orabant?* Illa: *Quantum tu prædicas Pſalterium inimicæ noſtræ.*

5. Inſtanti S. Dominico: *Vnde iſtud didicerant?* Reſponſat: *Noſti. Qui quæritas? Heu, per id antiquum eſt oraculum, orbe toto receptum olim: at arte noſtra pene ſopitum. Tu nunc in perniciem id noſtram inſtauras. Portant id quidem, hodieque ex antiquo geſtant, & demuſsitant multi: verum quid faciant, ignorant. Parens iſtius Principis, inimicus noſter, cum à puero garrire id cœgit: vnde illi inſueuit; quantiſuis ſeſe facinoribus obſtringeret: nec vllum voluit commilitonem, qui non idem portaret ſecum & oraret. Hodie vero, ob apparatum in procinctu neceſſarium, orare nondum valuerunt. Sic nobis patebant inermes: Hauſtu vno, hic vndæ, flammæ iſthic, periſſent.*

Ad quæ S. Dominicus: *Extorta hæc veritas eſt. Securi credite viri: ego affirmo. Sed aduertite: Si vis ea Pſalterij fuit apud ſceleratos:* quanta apud iuſtos pollere Pſalterium exiſtimandum eſt?



4. Illæ multa frementes ac quiritantes contendunt, vt dictis contentus hinc eas faceſſere ſinat: ſimul genua humi demiſſæ ponunt, abitum precatæ. Neque tamen adhuc muliebris formæ larvas, aduſque miraculum formoſiſſimas, poſuerant: niſi quod cedere compulſæ tam miſerandum induiſſent vultum; vt aſpectu, geſtu, miſtoque gemitibus planctu, virorum quamvis ferrea pectora, ad commiſeratione ac fletum quoque emollirent. Hi enim ipſi ad terram ſupplices S. Dominico facti, deprecantur: eas ſacra Numinis præſentia tam immaniter cruciatas, pœnis abſolveret, abſcedere permiſſas, *Sunt tamen*, aiebant, *res bonæ, & valde amabiles: & viris ſupra humanam æſtimationem ſolatioſæ, & obſequioſæ.*

VI. Hiſce vero S. Dominicus nimium quanto Dei zelo ſuccenſus exclamat: *O vos inſenſatos, & ſtultos corde ad credendum, parumne adhuc pericula agnoſcitis veſtra? Parum adeo ſcelerum vos pœnitet veſtrorum, pudetque: vt criminum, & diſcriminum tantorum machinatrices peſsimas nondum Diris dirus execremini? Ego faxim cum Deo, vt continuo veſter ille adverſum eas amor animuſque in vobis ſtirpitus elidatur.*

*Quapropter vobis in Nomine Ieſu, eiuſque Matris Pſalterio præcipio; ſtate viri, nec cedite loco; dum conſpecta oculis horum immani monſtruorum obſcænitate, ſortem ipſi veſtrum miſeremini.*

*Vos autem tartarea portenta, feræ peſsimæ, laruis ocyus poſitis in ſua quæque figura, hiſce, quales eſtis malitia, vos aſpectabiles exhibete. Ita, inquam, vobis in virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti præſenti, & Pſalterij ſui, præcipio.*

2. Et ecce; dicto citius adſtant beſtiarum monſtra, orco ipſo teterriora. Ac niſi Diuina virtus ſingularis ſpectantibus robur ſuffeciſſet; præ horrore ſpectorum, clamore, ac fœtore exanimes corruiſſent. *Nunc*, vrgebat vir Diuinus: *Dicite, iubeo, eccur, & quanam eſtis quindena? Tuque princeps ſuperbiſsima beſtiarum, edic prima.* Illa rigitu immani excuſſo, tantum non animas è corporibus pene evulſiſſet: *Nos*, rugit, *heu! ſumus quindecim inferni Reginæ, orbis ſeductrices: & cuius inprimis inſidiatrices Principis: vt qui ſanguinis eſt regij vir, ac Imperialis: opportunum noſtris conatibus inſtrumentum, ad gentes plures noſtram in naſſam pertrahendas: fidei Chriſtianæ diminuendæ. Neque infeliciter: ſed hactenus. Ipſis tamen Magis, eorumque ſimilibus præſtigiatoribus imperitamus. Neque Aſtrologi nos*

*ignorant, vel aſpernantur. Quæ prognoſtica ſe fari vera eſt aſtris fingunt: ea noſtris ab illuſionibus comminiſcuntur.* Multaque effutiebat alia, quibus faſcinent Principes, bella ferant, malaque ſexcenta machinentur.

3. Stabant interim cæteræ tales forma, quales malitia, ſcelerum magiſtræ. Ad quas S. Dominicus: *Auferte vos hinc protinus, inque ima ruite tartara.* Illæ in fumum, inque tetrum abiere fœtorem, incitæ ocyus; ſimul arreptas è ſtatione naues cum armis; merſas ſub vadis condunt has, illas flammis excitatis hauriunt: reliquarum exercitu copiarum illuc adſtāte, ad ſpectaculum prope exſpectorato.

VII. Dux aut ipſe, omiſſa excurſionis faciundæ cura, ictus horrore, vna cum pro domum manu (quod plures quingenti aderant) Sancto accidunt ſupplices: Sibi, quæque vellet, imperari orant; adderetque monita ſalutis; & copta firmaret: imperata ſeſe facturos omnia. 2. Verum ille hoc tantum: *Sacra vox ex homo-lagiſi expiate viri: male ſuetis abſtinete flagitijs, aſſueſcite bonis, & æternum laudate Dominum* Ieſvm, *& Matrem eius Virginem, ipſorum in Pſalterio.*

Sicque converſos reliquo diei reſpirare permiſit. Stabant enim attoniti, tremefactique omnes, nec animi, vel corporis ſat potentes. Et ſat erat Dominico, tantum vno vidiſſe die, audiſſe reos, ac peregiſſe Deū.

3. Die poſteri rurſum convocati adſunt frequentiſſimi ad S. Dominicum: qui ſermone longo, ſpectatorum inferni monſtrorum ſpecies, partes ac proprietates exponit: vt ſubiecta docent. Quorum ſub finem fit atteſtata viſio.

## CAPVT XXI.

### *SERMO III. S. DOMINIC. De XV. Lacunis ſeu Beſtij inferni, ac vitijs: cum atteſtatione viſionis.*

### THEMA PSALM. CL.

*Laudate Deum in Pſalterio, &c.*

FIlij Dei, bellatores mundi: heu! diu filij diaboli, velut luce clarius oculis veſtris conſpicati fuiſtis. Sed veſt rapte ij voluntate fraudeque dæmonum extitiſtis: natura tamē & creatione, Redemptione & conſervatione, filij Dei. Date nunc aures mihi; animoſque precor: qui neſcientes Principi veſtro obediſtis, ad Pſalterium Deiparæ Virginis quotidie perſolvendum: & me nunc, in nomine SS. Trinitatis ac Mariæ ad vos informandos huc miſſo, diſcite: quemadmodum





& quibus malis deprecandis, idem rite peroretis.

Hoc primum ſcitote velim: Summa ſcelerum eſſe omnium capita quindena; quibus adhuc mancipati ſerviſtis. Nunc vero (quæ Dei miſerentis eſt gratiæ) per Mariæ Pſalterium, ex ijs vos eieciſtis; de cætero, ſi volueritis, immunes futuri.

Atque ea quidem, vt quindecim ſunt numero: ita quindenis quoque fontibus gratiæ, ex Ang. Salutatione promanantibus, adverſantur. Ter quinas ordine terno proponam, & exequar, cum Deo.

## I. QVINQVAGENÆ in Pſalterio.

### *I. Lacunæ Beſtia, Leo* SVPERBIÆ *eſt.*

In hac oberrat mundus per arrogantiam, vanam gloriam, & excellendi appetitum, mente, voce, & operatione. Contrarius illi fons gratiæ Pſalticus in Ang. Salutationis conſiſtit voce: AVE. Superbi enim ſunt maximo cum Væ maledictionis. Quæſi in Cœlitum quemquam, cadere poſſet: de cœlo eos continuo proturbaret in Orcum. Cui ſi vel pars minima turpitudinis, ac immanitatis cernit oculis poſſet: horrorem inquam? quin præſentem mortem cuivis, orbique toti inferre valeret.

Beſtia Lacunæ huius, dæmon eſt SVPERBIÆ. Quam LEONIS igniti ſpecie eſtis cōſpicati: flammas *Oculis* ſpirantem ſulphuream dentibus ac *Vnguibus* ferreis ſævitèr armatam. *Alas* ea vibrat ſerpentinas: vt cuius *pennæ* ſingulæ ſinguli ſerpentes eſſent virulenti & igniti. Pennatum autem *flocci* quilibet lacertæ eſſent totidem, tam acris veneni, vt ſolo viſu, quamvis procul videntem enecarent. *Halitus* eius ſcintillas cum ſulphure proflabat: quarum ſingulæ tales ac tantæ: vt quævis correptam prouinciam totā miſcere flammis & haurire poſſet. Nemo videt eam: & viuit: ni quæ Dei ipſum virtus tueatur. Experti noſtis. Neque tamen ſat vel peruidiſtis, aut pernouiſtis monſtrum hoc. Et vero quis potis eſt? Nam Auguſtino teſte, mortale crimen minimum, quodcunque ſupplicium temporale excedit in immenſum. Nimirum quanto corporea ſpiritalibus ſuperantur vniuerſa. Quare *Laudate Deum in Pſalterio*, vt ab iſta ſuperbia liberi viuatis Deo, humilibus conſentientes.

### *II. Lacuna, Canis* INVIDIÆ *eſt.*

Hæc per Odia, ſuſurrationes, detractiones, de alieno

damno gaudium, triſtitiam de bono, &c. mundum inficit vniverſum. Hanc contra Fons patet ſecundus in Ang. Salut. dictus MARIA. Hæc enim, teſte S. Maximo, charitatis Mater eſt & Domina: fons & ignis amoris, illuminans pariter & accendens. Ipſa eſt Seraphin maximus. At Invidis tenebræ inſunt quantæ item maximæ. Quarum ſi vel pars minima in orbe hoc corporaliter exiſtere poſſet: ſolem & aſtra ablata oculis prorſus obtenebraret: Nihil ad eas Ægyptiæ tenebræ, ſeu Cymmeriæ. Illa eſt, quæ tartaro noctem affert ſempiternam.

Beſtia Lacunæ huius, dæmon eſt INVIDIÆ: quæ ſpecioſiſſimam diu prius mentita puellam, poſtea vobis apparuit inſtar montis. Canis atterrimus. Cuius *Aures* tetrum vomebant fumum; ob auditum detractionum: *Lingua* furua nimis, putriſque vermibus ſcatebat ob ebulliẽtes diffamationes: *Dentes* vero præacuti: ob improbam mordacitatem. *Poſteriora* ab fœtore & obſcœnitata abominabilia: hic pars impili glabricie nuda, iſthic pilis obſita ſpinoſis: acculeata omnia. His lacerat fœdatque famam inſontum. *Crines* eius ſetoſos ſpectaſtis: ſingulos ad inſtar gladij. His ò quot, quamque acerbas mortes clam palamque vulgat omniaque funeſtat? *Cauda* rurſum arcuata intorquebatur: & eius pili ſinguli ſagittæ viſebantur: ſc. ad ſagittandum in obſcuro rectos corde. *Pedes* ipſa immanitate immaniores, ac perinde ab *vnguibus* horribiles erant: quorum quilibet gerebat baliſtam; in obvium quemque excuti paratam. Bene Ambroſius. Greſſus invidorum ſunt ad interficiendum corpora & mentes: ad Deum Sanctoſque maledicendum. Quare, vt ab hac belita liberemini: *Laudate Deum in Pſalterio.*

### *III. Lacunæ, Sus* ACEDIÆ *eſt.*

Hæc in Diuinis eſt triſtitia; qua mundus ad Dei iuſſa tardus, in orando mœſtus, ſeſe deteſtatur ipſum, fugitans myſteriorum ſalutis.

1. Hanc contra Fons gratiæ tertius eſt, *Gratia*, dictus. Gratia enim S. Fulgentio teſte, homines in Diuinis lætos reddit ac promptos. Servire namque Deo, regnare eſt; ait S. Gregor. 2. Quæ vero quantorumcunque ſervitia Regum nobis præ vno Dei eſſe deberent obſequio? At obſiſtit acedia: cuius tabe corruptus iacet, torpetque mundus totus ad vſque mortem. Neque vita vivere quiſquam in orbe poſſet; ſi vel pars minima triſtitiæ, & gra-



vedinis acedioſæ in corporalem verſa qualitatem, vſquam in mundo exiſteret. Nec mirum: quippe æterna infinitaque debetur, acediæ triſtitia pœnæ.

3. Beſtia itaque Lacunæ huius viſa fuit vt SVS immanis, in abyſſali cœno conſiſtens. *Aures* gerebat arrectas, enorme latitudine patulas: ad vana quæque captanda. *Setæ* vibantur ardentes lanceæ: queis pigri Deum; Cœliteſque lacerant: *Roſtrum* prælongum, & hians, cum ordine dentium triplice ferreorum: quod acediã bona triplicia, Gratiæ, Naturæ, & Fortunæ deuorare doceat S. Chryſoſt. Cæterum Sus ille obſitus *Pilis* erat, qui ſinguli ſingulos æthiopes, fœde monſtroſos, referebant: Nimirum quod, S. Baſilio teſte, otiũ puluinar ſit diaboli: & piger dæmonum locus ac receptus proprius. *Caudæ* denique obſcœnæ Pili ardentium inſtar titionum erant: inter quos è poſterioribus flammam fœtidiſſimam exprimi cernebatis: acedia enim genitrix eſt luxuriæ. Quare vt ab hac belva viuatis immunes: *Laudate Deum in Pſalterio.*

### *IV. Lacuna Draco eſt* IRÆ.

Hæc innumeri tumores gerunt, rixas, blaſphemias, & vindictas exercent. 1. Contrarius ei fons quartus eſt Patientiæ in Ang. Salutatione, dictus, PLENA. Nam, vt bene S. Gregorius, plenitudo virtutum eſt plenitudo patientiæ; quæ opus perfectum operatur: neque eſt dignitate minor multum martyrio. Hanc S. Maria tenuit clam in omni vita: tum in Filij Paſſione vel maxime. 2. Huius vero lacunæ tantum flagrat incendium: vt qui minimum quid de mortalis iræ flãma cerneret, & viſo tamen ſuperviueret; maius foret miraculum, quam ſi in orbe deflagrante ſolus remanſiſſet intactus & ſuperſtes. Quia S. Hieronymo teſte, incendium culpæ citra comparationem gravius eſt quovis corporeo naturalique incendio: ſcil. quando gravior eſt offenſa Dei terreno quocumque detrimento.

3. Beſtia idcirco viſa hic quarta fuit DRACO, & is flammeus tantus quantus. Huius vaſtitatem cernebatis immenſam: vt qui terras monteſque intra ſe completi videretur. Verum hoc tamen ſcitote: loci ſpatiolo in ſe paruulo monſtrum id circum ſcribebatur quidem: oculis autem veſtris immenſa locorum ſpatia videbatur occupare.

VISIO *ea non erat pure naturalis; ſed me rogare, diuina adfuit potentiæ moderatio.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Sicut enim baſiliſcus eſt corpore puſillus; at veneni vi; & penetratione potens eſt, lateque fundit virus ad & inficiendum, & interficiendum; ita Draco is loco moleque parvus: ad volente ſic Matre Dei, vaſtitatis immenſæ belua cernebatur. Et quidem Flammivomus: quod ira, teſtante S. Baſilio, merus ſit ignis inferni. *Dentes* eius plurimi, & præacuti: quod, vt Aug. inquit, ira gladius eſt furioſus. *Ore* fœtorum, vah, quanta memphytis exhalata procul omnia corrũpebat. Ira quippe, ait S. Ambroſ. venenatas fert ſecum contumelias in proximum, & in DEVM blaſphemias. *Caudam* trahebat quà longiſſimam, quà horribiliſſimam. Adeo, ait Chryſoſt. iracundorum longus & terribilis ardet appetitus vindictæ, cuncta vel ſecum in ruinam involvere eandem concupiſcens. *Alas* ſine modo vibrabat: ſic enim ira volatque furitque vaga per orbem: Principibus, terrarumque rerumque Dominis vel maxime dominata vocat in arma viros, & flammis furiarum omnia miſcet. Alas horrificabant inſpicati Vnci igniti, tridenteſque prælongi: quia hæc talia furor arma miniſtrat.

At *Sibilo* ſuo fumicrepo tantis vos terroribus ac caligini involuit; vt, velut in ipſum voſtamarum prolapſi, exhorreſceretis. Et vero animas reddidiſſetis; niſi vis Dei vos tutos præſtitiſſet. *Oculi* beluæ, prò, ſuccens inſtar fornacis globos flamarum volvebant: cui ab horrore ſimile vix aliud extat. Eo, inquit S. Ambroſ. quod in oculis ira ſedens efflagret, omnium appetens exitij. *Pedes* ipſi innumerabiles, tot vias ira capit, vt vindictam conſciſcat. *Vngues* pedales lanceis militaribus ſimiles viſebãtur: cruorem ſitientes, tabeque manantes. Heu, qualis homo eſt, ab tali invaſus belua? Aqua vt ſitis immunes: *Laudate Deum in Pſalterio.*

*V. Lacunæ, Bufo*, AVARITIÆ *eſt.*

*Hæc furtis, rapinis, vſuris, ſimonijs, ſacrilegijs haurit vniverſa.*

1. Fons gratiæ contrarius illi Ang. in Salutatione dictus eſt Dominus. Nam vt S. Hieron. inquit, avarus eſt divitiarum ſeruus: atqui liberaliſſime miſericors Dominus eſt. Qualis & Maria Miſericordiæ Regina eſt.

2. Hæc Lacunæ vere abyſſus eſt, fundoque caret, mergens ſuo & immergens omnia barathro. Quoniam, ait S. Gregor. Niſſ. avarus non impletur, nec ſatiatur pecunia. Iſti

vo-



voragini parum eſt regna tota, quin, plures ſi forent, mundos abſorveret: Nunquam dicit: Sufficit.

3. Beſtia iſta hic idcirco viſa BVFO fuit: quia hic nunquam terra exſatiatur. Oppleto licet ventre: appetitu tamen, vt inani, metuit naturaliter vnum hoc, ne quando ſibi terra deficiat, *Coronam* is gerebat: Maledictionis ſc. ambitioſæ. Semper enim coronas ambitionis ſectatur avarus. Amplitudo coronæ montium præferebat ſpeciem: quorum inter valles profundas, ceu in habitaculis, avari tenebantur concluſi, iuſtiſque inibi pœnis addicti.

*Quæ quidem non omnia ſic in ſpeciem imaginari ſed vere poterant exhiberi & videri: infernum quippe ſecum quoquo verſus fert dæmon; itemque avarus, quilibetque damnatus; S. Greg. teſte.*

Pedes vncatis immaniter vnguibus ferreis ſibi videbantur & habere cupita: & tamen egere: Ita, ait S. Ambr. Quod habet avarus, non habet: & ſemper eget. Solam ſemper cupiditatem habet: & hanc avidam: *Os* bufonis tam lato faucium rictu hiabat; vt caſtra, templa, fundos, regnaque ſolida haurire voluiſſet. Quo rectius S. Aug. avaritiam ori gehennæ comparat: quod nunquam dicit, ſufficit. *Alæ* ei, ad modum veſpertilionum, erant ſubtiles: ob ſubtiliſſimas cupidorum cautiones ac fraudes: quibus in avaritiæ nocte vario pervagantur volatu. Talis omnis avarus eſt.

EPILOGVS I. Quinquagenæ. Ecce vobis iam monitra quina: totidemque Lacunas; in quib. mancipali beluis infeliciſſimo ſordeſcebatis ſervitio. Ecce, quæ coluiſtis: Qualia veſtras in animas intromiſſa circumferebatis ignari. Iam nunc vero ſic habetote. In lacunis iſtis quinque volutati: cum beluis hiſce quinque cõverſati, Decalogum Dei mãdatorum flagitioſe violaſtis: numen iratum in veſtram concitaſtis perniciem: periſſetiſque niſi fuiſſet miſericordia Dei præſtabilis ſuper omnia.

Quapropter ad quinque Fontes Gratiæ in Salutatione patentes Angelica peccatoribus cunctis perinde ac iuſtis, feſtini adproperate. Ex quolibet decies haurire licet, & admiſſa in Decalogum ſcelera eluere, conſanare vulnera; animæ deliquia ad robur pietatis ac ſanctimoniæ reparare. Atque ita primã Pſalterij Mariani Quinquagenam Deo Deiparæque rite & ordine litaveritis. Laudate ergo omnes Mariam in Pſalterio ſuo. Nec dubitate; quod ſi vos in tanta poſitos militia, Pſalterij vſus ſaluti re-

ſer-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſervavit: quanto magis in gratia repoſitos, & in hac conſervabit? & ex hac ad gloriam prouehet certā ac ſempiternā? *Hic curſum orationis incidebat audientium eruptus imo pectore ſingultus, & miſtus cum fletu planctus, eiulatuſque virum: cum de peccatis contritorum; tum gaudentium de ſua periculorum, malorumque tantorum euaſione; Dei dono, Deiparæ beneficio, & Pſalterio adiuuante, efficaciter procurata Feliciter.*

## II. QVINQVAGENA.

### VI. *Lacuna Lupus* GVLÆ *eſt.*

Hæc ventrem ingurgitat, corporiſque curam accurat. 1. Contrarius illi Fons in Salutatione eſt iſthoc, TECVM. Quia Dominus cum ſobrijs eſt, ait S. Ambr. cum guloſis diabolus. At B. V. Maria ſua abſtinentia abſtinentium eſſe Reginā promeruit? Cuius quidem abſtinentiæ quanta bonitas: tanta gulæ eſt immanitas. Quā ſi corporali ſpecie Deus in rerum exiſtere natura faceret: ſola & res animatas exanimaret omnes, & in anima deuoraret, ipſumque adeo mundum abſorbere valeret. In hac lacuna, heu! quoties animas ſubmerſiſtis, & obruiſtis corpora: & eius in vos beluam receptaſtis? Quam? Qualem? Vidiſtis,

LVPVS erat vorax, & ventrem abdominoſus: hiabat fame, *ore* ſpumante cruorem cū tabo commaſticabat. *Dentium* in ore ſepta quino ſtabant ordine: ob gulæ ſpecies quinque: & ij haſtilium longitudine calibei. Quid enim non gula vorat? *Vox* vaſta ſic, vt orbis ab ea remugiens intremiſceret. Quid enim clamoſius gula eſt?

*Fœtor faucium* plus quam ponticus: qui terrarum oras omnes inficere, cunctaque interficere valuiſſet. *Pilis* ſub villoſis, perticarum ferrearum ſimilibus, guloſorum nidi, & cænacula condebantur, quæ vertebant eis in officinas pœnarum, heu, quantarum! *Genitalium* teſtes retro binorum inſtar monticulorum extuberantes propendebant, æſtuantibus circum flammis ſulphureis, cū intollerabili fœtore. Talis luxuria eſt, gulæ filia: quæ, quibus peccat, iiſdem & punitur. At *Cauda* recurva ſurſum medabat obſcæno ſpectaculo nates: tanto cum aſpicientium horrore, quanto maximo. Vah monſtrum infandum. Cuius vt rabiem effugiatis: *Laudate Deum in Pſalterio.*

### VII. *Lacuna Hircus eſt* LVXVRIÆ.

Hic fornicationes ſunt, & adulteria, incœſtus, ſtupra, raptus, ſodomiæ, & infanda talia. 1. Contrarius illi fons in Salutationis eſt vocabulo BENEDICTA. Quia vt Maria Virginū Virgo eſt: ſic & Luxuriæ fœditū ſcelerum parens cæterorū eſt: ineſſabilis vtraque. 2. Ex ſimili æſtimate. Si fœtorem ſpiritalem luxuriæ in corporalem verteret Deus, momento ſuffocaret omnia, & in anima corrumperet. Neque mirum. Quia inquit S. Aug. ob luxuriæ fœtorem omnis inferno debetur fœtor, & is æviternus. Nec in cœlis beatorum quiſquam eſt, qui non perpeti mallet inferni cruciatus, quam luxuriæ tolerare memphitim.

3. HIRCVS idcirco eam repræſentabat, immaniter furnus & vaſtus: qui innumeros gerebat propendula in aluo damnatos. *Cornua* ſurrecta præferebat decem, arboreæ ſingula magnitudinis, alijs innumeris ramoſa corniculis: quorū quodque par eſſe quibat orbi devaſtando. Adeo nimium potens eſt luxuria ad decem præcepta Dei contemeranda. *Lanita* videbatis ſingula. Nam, vt ait S. Greg. ignis origo libidinis eſt. *Pili* eius ſinguli ſibilantes erant angues & ſævi tactu, viſuque mortiferi. *Genitalium* obſcœnitas erat, quanta nec debet, nec fando poteſt explicari. Spectaſtis ipſi: & horrore periſſetis in momento, abſque Dei adiumento. Bene S. Ambroſ. Horrore luxurię quid fœdius; quidue horribilius? *Torrens* ignitus & ſulphureus, de genitalibus ſeſe prorumpens, fumum totum orbem tenebrabat. *Rictus* late hians prope cunctas orci pœnas gerebat, flammas fumoſque proflans: quæ turpiloquia referebant. Et hanc extremam infelicitatem in vos toties recipiſtis: quotidies libidine vos taminaſtis. Vt fugiatis porro: *Laudate Deum in Pſalterio.*

### VIII. *Lacuna Vrſus eſt.* INFIDELITATIS.

Hæc orbem infeſtarat per ſortilegia, diuinationes, magias, hæreſes & errores. 1. Cōtrarius eis Fons Fidei ſalit in voce: TV mire emphatica & ad demonſtrundum energica. Nō illa fidem in Chriſtum demonſtrari mereretur: quæ Virginis Matris fidem integram monſtrat? Ab hac ſola maximum planeque ſingulare B. Maria extitit miraculum. Sic Spiritus eam Eliſabethæ monſtrarat, cum dicebat: Beata, quæ credidiſti. Vbi S. Hieron. O Maria, magna eſt fides tua! TV enim mundo Fidem monſtraſti: TV Verbum Dei ad nos deferens, Eccleſiam in montibus ſanctis fundaſti per Filium. Et





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſic quidem vniverſi ex te fidem accipiunt; per quam Domino placens promeruiſti, vt Mater Dei fieres. 2. Iſtius infidelitatis malitia præcedentiũ malitiam omnem longe ſuperabat.

Vrsvs idcirco illius imago fuit, cæteris monſtris, & mole vaſtior, & immanitate ſæuior, & voratior. Quia, ait Aug. Infidelitas eſt maximum peccatorum Os eius, inferni porta eſt, de qua dicitur: A porta inferi erue Domine animas eorum. *Dentium* in ore trabalium ordines duodecim ſtabant: & hi præacuti: ob ſubtiles, vt ſibi videntur, rationes errantium contra XII. artic. fidei. Sub vrſi *ano* innumeræ furebant beluę, animarum carnifices. Eſt enim S. Ambr. teſte infidelitas criminum mater cæterorum. *Clamor* ore tonabat labefactans orbem. Quid enim blaſphemia immanius? Et clamor cum *torrente* flammarum ruebat omnia obruens improuiſo. *Pedes* vt maximi, ſic tantis ab vnguibus erant horrifici, quanti dentes: & tabo vtique ſpumabant: indices infidelium ſævitiæ. *Alæ* vulturεæ plumas ex colubris ignitis gerebant. Ait enim S. Fulgentius in ſerm. Infideles per ſcientias falſas dum volitant; orbent venenant. Huic vos beluæ in ſe quiſque domicilium poſuiſtis. Vt porro eam effugiatis: *Laudate Deum in Pſalterio.*

### IX *Lacunæ Balena eſt* Desperationis.

Hæc deſerto Deo: præſentibus, vt poteſt, fruitur mundi ſolatiolis. 1. Contrarius ei Fons bonæ ſpei in Salutatione hic ſtatuitur: In Mvlieribvs. Nam B. Maria, inquit S. Hieron. Mater Spei eſt. Quæ ipſa, in ſpeciem, paſſa repulſam iſtis: Mulier, quid mihi & tibi: nondum, &c. à ſpe tamen nihil excidit; quin erecta certior ſtetit, iubens miniſtris: quod dixerit, facite. 2. Eſt autem deſperationis mors tanta: vt, ſi omnium viuentium mortes in vnam conuenirent, hanc tamen illius pars minima vniverſas anteiret. Adeo ictu certo vitam æternam præſcindit: vt aſſerit S. Remigius.

3. Balena idcirco eam referebat: cæteris iam dictis immanior mole, ſæuitia, & aſpectu. Quia deſperatio eſt peccatorum prædictorum vltimus apex ac ſupremus: Draco maris, ſeu Leviatham dictus apud Iob. In Ore eius quaſi innumeri *Dentium* ordines frendebant: cæterarum dentibus beſtiarum tanto maiores: quanto ipſus cœte maior erat cunctis. His cœlum, terras, creataque omnia perturbabat. Quia deſ-

pe-



peratio dum, vt inimicum ſibi, Deum fingunt: quam eſſe, Deum non eſſe mallet: id quod rerum vniuerſo quam maxime adverſatur. Os eius ad inſtar Charybdis erat, abſorvens omnia. In ore *Carcer* frenabat vinculis deſperatos. Heu! quæ hic furiæ?

*Oculis* ſcintillæ, quanti mõtes ſunt, & flammæ obſiſtebant evibratæ: par *flumen* ore vomebatur cum fœtore ſulphureo. Talia enim deſperantium verba ſunt & voces: quibus, ait Haymo, verba ſalutis averſantur: vt viuentes ſint mortuis: velut alter infernus. Hanc igitur vt de cætero arceatis: *Laudate Deum in Pſalterio.*

### X. *Lacuna Gryps* Præsvmptionis.

Hæc è contrario deſperationis peccat in exceſſu adverſus Spiritum Sanctum, ſuper Dei miſericordia ſola citra pœnitentiam conſequenda. 1. Cõtrarius ei Fons gratiæ in Salutatione ſe dat ibi: Et Benedictvs. Nam, ait Anſelm. Filius Dei benedictionem dedit mũdo: ſed cum ſua ineffabili pœna pro mundo: docens, nos quoque pariter agere pœnitentiam. 2. Illius tanta gravitas ſceleris eſt: quanta non ſatis in æſtimationem, taceo cõparationem, venire poteſt. Quod enim finitum cum infiniti minimo (ſi dari poſſet,) contenderit? Quæ mortes corporum vni pares ſint morti rationalis animæ? Cum huius vnius vitæ omnium corporum vitis ſit potior? Idque etiam vel ſecundum eſſe naturale: taceo illud gratiæ ſupra naturam.

Ex eo vos ipſi æſtimatote, quod oculis vſurpaſti: quando, licet corporibus in caſtro hic aderatis: at mente tamen in tartaro verſabamini.

3. Gryps à vobis cernebatur, qui antea Harpya, ob volatum præfidentiæ, & ob ſuperbiam videbatur: retro Leo erat, vaſtitate corporis, & immanitate feritatis par: ſolique ſibi ſimile monſtrum: nec alteri. Adeo, ait S. Greg. Nyſſ. præſumptio plus cunctis peccatis, Dei iuſtitiam violat, eam, vt inuiſam, aſpernando. *Roſtrũ* eius aduncum, è ferro candenti, hiabat in prædam, halitu fulmineo plurimos afflans. Sic conſuetudo, inquit S. Maxim. peccatum hoc pervulgavit. *Vox* eius turbabat omnes orbis oras. Quia præſumptuoſorum voces elevant vilique pendunt Dei & Scripturæ minas, iuſtitiam enervant, Eccleſiam, increpantem vitia, non audiunt, experientia teſte. Venter beluæ vaſtarum plenus fornaciũ erat:

 vbi

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

vbi in vna colliquefacti, in aliã atque aliam traijciebantur, & alias ad pœnas vſque renovabantur, mortibus infinitis mortui ſimul & rediuivi, & ſemper morientes. Idque ob vaniſſimam præſumptionis præfidentium.

*Alas* in monſtro obſtupuiſtis innumeras, grandes minutulis remiſtas: indices eæ ſunt phantaſiarum, quas volatiles habent temerarij illi, vagas, & varias: quo ſeſe in peccatis excuſent ac confirment, de miſericordia Dei ſibi blandientes. Hæ alæ *motu ſuo ventos* ciebant, quib. infernum ſuccendebant: quo omnium damnatorum maledictiones in præſumptuoſos ingerebantur. *Pedes* horribiles conterebant, & vncis diſcerpebant præſumptuoſos, atque vt piſa comminuebant: Eo, quod ſe invicem confirmarint in impœnitentia: & reformationes aliorum quoque impediuiſſent.

*Conſiſtebat* vero beſtia ſuper *gelidum flumen*, quod ſcatebat præſumptuoſis: quæ, vt Iob ait, tranſibant de aquis niuium ad calorem beſtiæ nimium. In hoc colliquefactæ, & alias iterum, iterumque in formas trãſfuſæ, demum per beluæ poſteriora ad modum ardentis fluminis rapidi in gelium ſubiectum exonerabantur, humanam in formam reparatæ. Rurſum ab Gryphe vngibus corraſtratæ, cumulatæ, contritæque vorabantur. Hic infernus ille eſt, qui nunquam dicit? Sufficit.

Plerique hic potentes, aut Clerici viſebantur à vobis, opulenti quoque, robuſti, iuvenes: inaniter præfiſi in nobilitate, potentia, opibus, robore, ætate, &c. Vidiſtis hæc, & optaſtis medio in viſo, nunquam vos natos apparuiſſe: pluraque & immaniora quam effari fas ſit, conſpexiſtis.

*Et quidem corporibus in caſtro degebatis iſto: verum oculo mentis & imaginationis, diuina rapti & protecti virtute, ipſi in tartaro cõſiſtebatis. Eſt tamen naturale quid, ex quo æſtimare de ſpectro poteſtis: Nam cuius eſt, ob oculos viſu naturali poſſe beſtiam intueri, vti eſt; at pene infities maiorem eamdem ſibi fingere in imaginatione valet. Ita vobis accedit diuinitus.*

Tales portentoſas in ſeſe recipiunt beluas, qui dicta ſuſcipiunt facinoroſa delicta: adeoque ipſi in earum monſtroſas formas induuntur: vt neceſſario dicere olim Iudex eis debeat: Neſcio vos. Quas vt evadatis ſecuri beluas, agite: *Laudate Deum in Pſalterio.*

EPILOGVS *in prædicta.* Quapropter cum diuini tam fontes dicti quintuplicis gratiæ, vna in Ang. Salutatione ſalientes, fidelibus ſint apertæ: qui ſedulo eos frequentarint, ac digne,

vitam



vitã haurient ſempiternã. Permaneant autem atque dimanãt eorum hauſtæ aquæ denos per ſenſus, externos quinque, internoſque totidem: ſimul eoſdem ab omni prædicta noxia eluunt & expiant; & ſua eos beatitate perbeant. Quem in finem quinquies denas Salutationes in altera Pſalterij Quinquagena libare ſancte Deo Deiparæque ſtudeatis.

## III. QVINQVAGENA.

### XI. *Lacuna Monoceros eſt* ODII.

Hoc deteſtatur Deum vel in ſeipſo, vel in potentia, aut providentia: Fide, Sacramentis; aut alijs in operibus diuinis. Quæ Diuina omnia ideo parvi æſtimant, raroque vſurpant oſores Dei: rerum pereũtium ſuique ardentiores amatores. Tam ſcelus immaniter malum eſt: quam ſummme Bonus Deus eſt: quem odit in ſe, vel alijs. 1. Fons Charitatis illi contrarius in Ang. Salutationis voce FRVCTVS conſiſtit. Inter fructus enim Spiritus Sancti princeps eſt iugiter eo manans charitas. Et vero eum ſuo cum Fructu ventris Deipara dedit.

2. Efferata odij enormitas, & informitas tanta eſt: vt ſi cadaverũ vniverſorum abominandiſſima fœditas in vnam congeſta cerni poſſet: nec tamen vel minimi odij particulam adumbrare poſſet. Malitiæ cauſam infinitæ accipite liquidam. Mortale crimen eo tale eſt, non quod naturam occidat: ſed animam æterna nece mactet: in anima vero, qua Dei eſt imago, quantum in ſe eſt, Deum ipſum occidere velle cenſetur. Hinc revelavit non ſemel Deus: malle ſe, fieri ſi poſſet, morte temporali interimi; quam lethali peccato vel tantillum fauere.

3. MONOCEROS proinde ſcelus Odij repræſentabat: quod is omnium brutorũ ac belluarum commune ſit odium: oderitque omnia immanius vt nec ſuæ ſpeciei parcere norit. Eſt ei vnico in cornu vis tam valida, vt incurſu facto vaſtos arborum truncos, vt muros penetrare queat: quod facilius quicquid beluarum attigerit, ictu leui tranſadigit. Aſtu ſolius & arte virginis, decipitur & capitur. Pariter odium, ait S. Gregor. Nazianz. & habet, & habetur, odio: ſoloque trucidat cogitatu. Sed ipſum Deiparæ Virginis arte in Ang. Salutatione charitatis plena vinci, vincirique poteſt.

Vidiſtis huius belluæ vim ſeſe longius porrigere, quam cuiuſquam aliarum, atque ſubtilius lactiſſime ſe citiſſimeque

que

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

que diffundere. Par vis odij eſt mentalis. Quod ſi enim naturæ vel maxime eſt conforme, Amare Deum, & ſimilem ſui hominem: neceſſe eſt eidem maxime repugnare naturæ, odiſſe Deum, & proximũ. Ita odium ipſam tranſcedit naturam: & ipſummet Deum petit.

*Cornu* potenti erat, quantum erat, quantum vix emetiri viſu poteratis: ſeque in ramos ignitos & harpagatos ſpargebat latius, vt ſylvæ ſpeciem denſitate referret. Sanie omnia, cruore taboque fœdata horrebant, & mortibus ſeſe mutuis immaniſſime confodiebãt. Eæ odientium ſunt furiæ.

Os illi rictu diductum immenſo pateſcebat, quo vrbes & agros vorare de facili quiuiſſet. Quia odium, ait Oroſius, omnium ianua malorum eſt. *Venter* intus innumeris ſcatebat ſcelerum formis, ſeſe corrodẽtib. ac imorum ſummorumque roratu volentibus. Monſtrum vero continue, magis magiſque & iuveneſcebat & augeſcebat: ſicut odia ſeſe in dies renovare aſſolent, & gliſcere. Quia autem toto orco nuſquam pari cum diritate iactatæ audiebantur tot in Deũ blaſphemiæ, atque in hac vna beſtia; idcirco inferis nominatur, Mors Dei.

*Pedes* & dorſum cornibus, admodum ericij, horrebant: ſingulis cornibus ramoſis plurimi inſidebant tyranni, iuſtorum, & Eccleſiæ perſecutores: ſed alius alio corporis membro fixus inter cornua hærens vndique lacerabatur, diſpunctuſque cruciabatur: dum ex acie ſuprema ſubiectum in feræ dorſum delapſus, *à crinib.* exciperetur: Qui ſurrecti, velut lanceæ flammicantes, ſtabant. In hiſce alias ad pœnas renovati tutiores, rurſus à cornuum harpagonibus rapti, vltro citroque traiecti, ſus deque volutati, iam exenterati, mox tormẽtis ingeſtis ſufflacti: iterumque eviſcerati infeliciſſime frendebant: nulla vſquam requie data.

Noſtis, me vix vmbram eorum, quæ vidiſtis, exprimere verbis. Quo infeliciores eſtis: qui dicto immaniores in vobis fouetis beſtias: dum odijs ardeſcentes clam palam vos exagitatis. Scio, odiſtis nunc odia omnia, voſque ipſos: nec vixiſſe malletis: quare vt cum delicta expietis: tum deteſtantes vetera caveatis: *Laudate Deum in Pſalterio.*

### XII *Lacuna Corvus eſt* Consvetvdinis.

Hæc, iuxta Theologos, non eſt certum genere, vel ſpecie, aut numero peccatum aliquod:

ſed



ſed conditio peccatorum, quæ recidiuæ (vt coruus ſuum cras, cras, frequentantur irremiſſe: quæ eſt in peccatis perſeverantia ſeu impœnitentia.

1. Fons ei contrarius in Salut. Ang. in voce Ventris continetur. Nam ſuis quiſque fere moribus ab natura fictus formatuſque naſcitur; tum quod mores plerorumque ſint, quales corporum humores; quorum affectionibus, animorum feres pares ſolent affectiones reſpondere; tum quod quidam liberis ſint mores velut ab parentibus hæreditarij, vt truces trucibus generentur, mites à mitibus, à tardis tardi, morbidi à morbidis. Vnde diverbium: lupi omnes vlulant, latrant canes, &c. Et Patrem ſequitur ſua proles. Deipara vero pravam ventris Evæ conſuetudinem ſua benedictione correxit, vertique in contraria omnia.

2. Conſuetudinis autem prauæ ea eſt malitiæ vt nullis, quæ vnquam extiterunt, linguis queat explicari. Nihil enim corporeum & temporaneum poteſt: æquare dicam? nedum vel attingere ſpiritale ſive bonum illud, ſiue malum fuerit.

3. Avis eam vobis in viſione repræſentauit; non certa quidem aliqua: quod ſimilis extet nulla: attamen viſa, tartareis vocari aſſolet Corvvs Inferni. *Molis ſuæ vaſtitate* cæteras beſtias longe ſuperabat: Quia, inquit S. Hieronymus (cuius hodie celebratur Octava) peccandi conſuetudo malum eſt omnium iam dictorum peccatorum maximum: vt quod quanti ſuis ſceleribus ſuperadditum ea in ſuam trahat parem magnitudinem. O malum, vt minus in culpa: at in ſequela, maximum! Nutrix ea malorum & propagatrix infernum complet. Malum Iuriſperitis per quam familiare.

*In ventre* corui clamitabant corui ſimiles, auxilium, auxilium: verum coruorum hic corvus reſponſabat, cras, cras, idque peremniter. Corvum hunc circumſtabant aues aliæ carnivoræ & rapaces: ibi autẽ animarum voraces, & eæ ventricoſæ in immenſum. *Roſtro* animas dilaniabat: rictibus vero hiantibus plurimis multa pandebat in ſeſe guttura avida, etſi animabus referta. Per ſingula cuique tranſeundum erat animæ, alijs atque alijs affectæ pœnis: traiectæ *in ventrem* denique in fera bruta vertebantur, aviumque formas omniũ: mox rurſus è ventre imo eructatæ reddebantur ad guttura crocitantia, cras, cras, clamoribus horrificis: mox iterum in ventrem reſorbebantur: ſicque in orbem eadem orbita torque-

ban-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

bantur: ad ritum Conſuetudinis perpetuatæ. Quare qui peccandi conſuetudinem mordicus tenuiſtis adhuc, ea damnata, corvum ex vobis excutite; & *Laudate Deum in Pſalterio.*

### XIII. *Lacunæ Meretrix eſt* Apostasiæ.

Hæc violatur Fides Eccleſiæ, aut Profeſſionis, aut concordiæ ab horum aliquo deſciſcendo, dum quiſque quærit, quæ ſua ſunt. 1. Fons ei contrarius in Salut. Ang. voce. Tvi: Salit. Tuus enim tunc maxime es, ait Sanctus Hieronymus cum Dei es, redens Deo, quæ Dei, & Eccleſiæ, Cæſari, & ſuum cuique: Et quidem Dei Virgo Maria ſit tota fuit ſua. Qui autem, ait Petr. Damian. bene eſt ſuus, omnia alia ipſius ſunt: & is eos inter numerandus eſt, qui ſunt nihil hahentes, & omnia poſſidentes. Enormitas Apoſtaſiæ iam dicta fere omnia ſuperat: non apoſtatantis ſolum, ſed & eorum, qui favent apoſtatis, vos ij eſtis, qui nulli non faviſtis impietatis. Et adhuc veſtrum quidam nõ deſinunt obſtinaſti. *Hoc dicebat ob eos, qui attriti erant timore, ſed nondum contriti amore charitatis.*

Mvlier idæam retulit Apoſtaſiæ: ſed immanis gigantæa: vt capite inter nubila ſurgeret, Quia S. Gregor. ait, Apoſtaſia magnitudine ſua peccata omnia tranſcendit: latitudine, ſed ad maligna quæque extendit. Mulieres autem, ait Sapiens, apoſtatare faciunt ſapientes. Proinde ſicut Mulier eſt omne malum, ait S. Hieron, ſic & Apoſtaſia, eſt Aquilo exſiccans gratiam Dei, euellens arbores: Nam ab Aquilone panditur omne malum. Tolle, dicitur, mulieres, & Sanctæ manebunt diuinæ Leges. Recte igitur dicitur illa *Mater inferni*. Apoſtaſia enim à Deo, fecit dæmones & infernum.

*Capita* erant ei plus mille: & ſingula quouis monte maiora: *oris rictus* immenſum barathrũ videbatur: ad tantas adeo blaſphemias hiabat, & periuria. *Dentes* pluſquam baleares erant aut trabales: vt quiſque tres alios in ſe dentium ordines contineret. Hi animas laniabant, conterebant, maſticabant per vices, cum ſeviore vſque cruciatu. Quia Apoſtaſia fidei deſciſcit a Fide, Spe, & Charitate: profeſſionis, à votis tribus. Immane quanta hic tormenta in apoſtatas exerceantur! Quos Dira deuorarat, intus inconſumptos conſum pſerat; revomitos torſerat, ac reſorbuerat; eos per vtrumque meatum effuſos, ac maiores cruciatus re trahebat: vt mater oſculis, amplexibus, vberibus,

in-



inque ſinu cruciabiliſſime fovebat ſæpius regenerati renaſcebantur ex eadem. A qua vt liberati ſervemini: *Laudate Deum in Pſalterio.*

### XIV. *Lacunæ Monſtrum eſt* Belli.

Bellum, ait S. Maximus, eſt omne malum: ab eo nullum abeſt peccatum: bello favere, vix abſque ſalutis periculo poteſt conſiſtere: nulla ſalus bello. 1. Fons ei contrarius eſt in Sal. Ang. Ieſus: qui Rex ex pacificus: qui ſeſe propugnaturo Petro dixit: Mitte gladium tuum in vaginam. Omnis enim qui gladio occiderit, gladio peribit. Vbi Gloſſa: gladio temporali, aut damnationis, aut vtroque. Iſtum orbi fontem reſerauit Maria; quæ, ait Auguſt. nobis pacem genuit: Deo mundum reconciliauit; & fecit vtraque vnum.

2. Quo & damnoſior, & damnabilior eorum eſt infelicitas: quo potius imitandos ſibi proponunt damnatos Hectores, Achilles, Julios Cæſares, Alexandros Magnos, horumque ſimiles, quam Ieſum pacificũ. Non bellum iuſtificat victoria: ſed cauſa. Non quæſiti gloria nominis bellatorem cõmẽdat: ſed iuſtitiæ Religionis propugnatio. Famam quæris? Iſtam Angelorum ama; In terra pax hominibus bonæ voluntatis; non bellicoſæ. Ita Rex pacificus eſt magnificatus ſuper omnes Reges terræ. Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus.

1. Quam igitur Pax pulchra, grata Salus: tam abominandum eſt bellum, non maxime neceſſarium: tam inimicum Deo, & perditiſſima perditio. 2. Fac, illius eſſe penicillo pictorio adumbrandam abominationem: convenirent pictores, quod vnquam extitere celebratiſſimi, aliuſque ſuper aliũ addat aliam atque aliam abominationis turpitudinem picturæ, non tamen vnquam valebunt vel vmbram reddere abominationis quæ bello ineſt iniuſto, eiuſdemque ſectatorũ animabus. Nam corporalium, finitorumque ad ſpiritalia & infinita eſſe nulla comparatio poteſt: et ſi aliqua procul declaratio.

3. Vnde Pythagoræ tales ſunt Monſtra hominum: Dydimo ſunt dœmones, non homines. Nam dœmones non, niſi nolentibus nocent; iſti inuitis: illi poſt mortem, hi ante diẽ mortis ad orcum innumeros præcipitant. Illi ſuggerendo clam tentant: Hi vim inferendo cogunt. 4. Feræ ſui ſimilibus parcunt; nec lupus lupum devorat, &c. at in bello homini homo pluſquam lupus eſt.

V In-

5. Infames cenſentur carnifices: at iuſtitia adminiſtri ſunt: quid de cruentis belli ſequacibus iniuſti cenſendum erit? quæ apud Diuos in cœlis erit ſub extremum iudicium futurum eorum infamia? Væ apud Dominum ſic diffamandis nequam ſeruis: manus pedeſque vincti in tenebras exteriore proiicientur: qui per nefas gloriam mundi præpoſuerũt gloriæ & iuſtitiæ divinæ.

Nimirum hoc erat, quod vos prorſus exanimaſſet, oblato belli monſtro veſtris obtutibus; ni virtus Dei vos ſuſtẽtaſſet. Ex horruiſtis viſu, nunc auditu quid fiet?

MONSTRVM vobis erat viſum ſpecie varium, vt nomen ſortiri nequeat. Quæcumque enim vſquam ſcelerum ſunt informes formæ, omnes in vno eo viſebantur permixtæ, Vnde Infernus Infernorum recte dicitur nobis: inferis autem Paradiſus mundi appellatur: quod multi bellum eſſe paradiſum ſuum putant. Idem opinor: ſed per antiphraſin. Sicut S. Hieronym. ait: Bellum ironice dictum pulchrum, quaſi minime bellum; cum orbis nil viderit monſtruoſius. *Molis* tantæ mõſtrum vobis eſt viſum, quaſi hoc mundo maius: nec abs re: cuncta enim mala in ſe mundi continet: quo cætera vincit mala, quantum præ partibus totum eſt: mors præ morbis.

Pœnarum igitur eius quanta moles fuerit & congeries, malorumque ſummorum colluvies? Quis explicet fando? Quis cogitatu complectetur? Recte ijs, qui diuinitatem mẽte comprehendere contendebant, dictum: Et mentita eſt iniquitas ſibi: Mentietur, quiſquis huius monſtri monſtroſas pœnas ſe explicare poſſe confidet. Ecquid enim bellantes ſunt, niſi beluantes, ferarum ritu furentes in genus humanum, cum Deum attingere non queant, per Theomachiã: vt de gigantibus fingitui, cœlum expugnare conatis. Spectaſtis in Monſtro, quem ad modum, & quæ in arma induebantur Caiu, Nembroth, Saul, Holofernes, Decius, &c. Væ, væ!

*Dicent.* Bellum ſequimur. 1. Pro iuſta cauſa. 2. Ad Dominorum imperium. 3. Proba communi. Quid? 1. Nunquam eſt iuſta belli cauſa: vbi ſe homo pro temporali bono, mortali exponit vel peccato, vel peccandi periculo. 2. Obedire plus oportet Deo, quam hominibus, & excidere gratia, terreni, quam cœleſtis Domini præſtat: maxime vbi vertitur Eccleſiæ vaſtitas. 3. Bonũ commune politicum ſolum raro tantum eſt in ſe ſe vere: vt animarum damno ſit par illi,





quod plerumque ad cædes pręliorum conſequitur. Dein opinione eſt ſæpe & affectu plus quam reipſius veritate bonum.

Quia vero ad bellicoſos mihi eſt oratio: audire deſiderabitis: Ecquod iuſtum ſit bellum cenſendum? Illud inquam: 1. Si autor belli iuxta pollea autoritate. 2. Si alia via nulla obtineri pax queat. 3. Si fuerit ex cauſa iuſta defenſivum: non offenſivum. 4. Si non ob privatum bonum vis inferatur communi: Maiori, ob minus. 5. Si malum armis propulſandum liquido maius fuerit ſanguine Chriſtiano profundendo. Cum enim homo inter naturæ bona ſit nobiliſſimum; ſanè mors eiuſdem violenta maius eſſe malum naturæ cenſerit debet: quam vlla ſint bona fortunæ. Cuius enim facinoris fuerit, pro ranis ac bufonibus filios Regis parricidio ſuſtuliſſe! At homo Dei eſt filius, vt minus gratia, certe natura. 6. Si fuerit pro Eccleſia bellum, pro fide, pro iuſtitia, aut alia virtute, &c. Ordine charitatis obſervato, graduque bonorum: hoc eſt, pro meliore bono. Quæ quia raro in bellum conveniunt; & pauciſſimi quique animas rite comparant ad incertos eventus: hinc Sanctus quidam diuina revelatione cognouit, quodam in bello: non prælio, inquam, circiter quadraginta hominum millia fuiſſe deſiderata: atque ex ijs non plures, quam ſex, damnationem æternam evaſiſſe. 7. Cuique nomen militiæ danti neceſſe eſt noſſe, quod à iuſta ſtet cauſa. Quæ niſi manifeſta fuerit, de plano plus obedire oportet Deo, quam ſuo etiam Principi. Nam huius potentia non attingit forum diuini iudicij, & conſcientiæ certæ. 8. Neque etiam ob incertum bonum, adiri certum belli malum oportet. 9. Si liquida fuerit belli cauſa: tum quiſquis Sacramentum dixerit: Sacra Cõfeſſione animam expiare ſtudeat: nec temere ſe periculis obiectet. 10. Omnibus recte, & ordine conſtitutis, edicto, &c. iniuſtas rapinas, aliaque ſcelera prohiberi neceſſe eſt. Et illa ſit cuiuſque mens ad Deum & oratio actu ſæpe, ſemper habitu: *In te Domine ſperavi, non confundar in æternũ: in iuſtitia tua libera me, & eripe me.*

Capeſſendi igitur belli conſilia ab Theologis, viriſque opinione functis ac iuſtis capeſſi oportet. Cauſa enim iuſta belli & pro fide, & charitate defendenda, proferendaque hanc aut ex omni parte cognoſcere, non tam eſt Principũ, aut ſæcularium: quam alta ſcientia & diuina diſcretione pollentium virorum. Quare ô

viri bellicoſi, *Laudate Deum in Pſalterio.*

### XV *Lacun: Draco eſt* SACRILEGII.

Hoc vniverſe, eſt omne, quod ad fidei ſacræ deſignatur irreverentiam: ſub triplici tamen ſpecierum differentia, iuxta triplicem rationem ſanctitatis: ſcil. Perſonarum, Locorum, rerum Sacrarum: vt ſunt Sacramenta, & Sacramétalia, ſive ad horum miniſteriú conſecrata, vel applicata: huc ſpectant ſimoniæ apertæ & paliatæ: Eccleſiaſticæ libertatis violationes.

1. Fons ei in Salut. Ang. contrarius eſt vox Chriſtus, id eſt, vnctus: ex quo vis omnis, ſanctitaſque Sacramentorum dimanat: ſed Deiparam, ceu canalem. Hæc, ait S. Anſel. tantorum eſt Theſauria Myſteriorum.

2. Væ: quos hac in re Alchinos, Iaſones, Menelaos, Antiochos eſſe delectat! Hoc infandum nefas adeo in cœlum atrociter clamat; vt ſi corporalem ſonum Deus illi parem faceret, tantus is foret, vt per infinitos tonare mundos poſſet. Deo ſcelus tam eſt amarum: vt ſi ex infinitis mundis (ſi eſſent) amariſſima omnia naturalia in vnum coiſſent: ad illius minimam amaritiam longiſſime non aſpirarent. Deo malum tam eſt rabidum, vt omnis omnium rabidorum rabies, ad iſtius malitiæ rabiem nihil: ducenda ſit. Vertantur licet à Deo creaturæ omnes in Dracones: Sacrilegij, & blaſphemiæ tamen virulentia minutula proculetur inferiores.

3. DRACO idcirco nefaſtú ſcelus hoc repræſentabat vobis; ſimilis apocalyptico: habens *capita ſeptem*, contraria VII. Sacramentis; & *cornua decem*, contra Decalogum. 2. *Trahebat* autem tertiam partem ſtellarum cœli: tot ſacrilege abutuntur Sacramentis. 3. Et draco iſte *faciebant bellum contra B.V. Mariam*, & Filium eius: tot ſe offerunt ingeruntque ſimoniaci, &c. aut vivunt ſcandaloſe. 4. *Et mittebat Draco flumen* ſulphureum poſt Matrem & Filium: illud ſunt fœtulentæ orationes, indigne celebrationes Clericorum, & Religioſorum, aut laicorum: velut iſtis Iuſtiam Dei vindicem demerſuri. 5. Verum *terra flumen abſorbebat*, id eſt, orcus, nō cœlum. Quia opera eorum omnia ſunt terrena. Væ, qui Diuina ſic peſſundant, ac in terrena convertunt & profana. 6. *Faciunt bellum contra Michaelem, & Angelos eius*: quia malignantur aduerſum bonos & rectos. *Oculi* ſolo necabant aſpectu: ita ſcandalo ſacrilegium.

*Oris*



*Oris fames* plus mille dentium ordines hab:bant: quia ſacrilegi maxime ore polluto Diuina percipiunt. *Ora ſeptem*. Pluſquam ſepties millena exercere in ſacrilegos tormentorum genera diſtincta, audiſtis, & alia plura præter ſuperius adumbrata. *Ventres* quoque ſeptem Dracones, item cornua decem innumeros cruciatus ingerebant, & repetitos æternant. Quod à nobis avertat Deus. *Ideo laudate Deum in Pſalterio.*

N O T A.

### XVI. EXAMEN THEOLOGICVM VISIONES explicatæ.

QVæritis. Ecquo modo potuerunt iſta ſic videri; cum nullæ inſint inferno beſtiæ? RESPOND. *Cur inquiritis, quod vidiſtis? Iſta præcipua inferni dæmonia ſic apparent animabus diſcruciandis, viſione nunc Mentali, alias imaginaria, alias in aſſumpta ſpecie: Præſertim vero ſpeciei corporea tali dæmonia per diuinam potentiam ſunt alligata: tum vt ſolo ſpectaculo plus torqueantur animæ: tum vt ipſi cacodæmones, ea coactione aſſumptionis, Dirius patiantur æternum: Denique vt animæ, quibus peccauerunt, his & torqueantur: ea autem hiſce in formatum laruis belle animabus damnatis repræſentantur.*

2. Porro Quæritis. Quomodo ſic ligantur? RESPOND. *Diuina potentia, & infinita iuſtitia ſua, vim & ſpeciem intelligibilem mentibus damnatorum impreſſit: quæ cuncta intelligibilia ſemper eis præſentabit iſta ſub cruciabili ſpecie; idque ſic, vt anima ſe ab ea nunquam avertere poſſit: Neque dæmones, ad eam alligati, aliter poſſint. Quanto autem vis ſpiritalis, quam corporalis, eſt maior, tanto & pœna eſt grauior; quam ſi eſſet res vere naturalis: Vnde animæ patiuntur ſupernaturali paſſione. Quam vt euadatis ſalui*: Laudate Deum in Pſalterio.

### HISTORIÆ CONTINVATIO.

XVII. Ad extremum nunc ego quæro? Aliterne vidiſtis atque dicendo expoſuit: *Et omnium vox vna fuit*: Domine, nil verius ſcivimus vnquam: Iterū S. Dominicus. Et vero vos omnes, nondum vere contriti, ſed timore ſolo conterriti: beſtias, vt vidiſtis, ſic veſtris in animabus adhuc circumferis. Ad quod eorum multi: O Pater: hoc videtur impoſſibile. Et ille: O tardi corde ad credendum in omnibus, quæ vidiſtis, & audiſtis! Iterato conſpicietis. Simul ad SS. verſus Hoſtiā orabat clara. Bone Ieſu: hoc verum eſſe, rurſum eis oſtende:

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

de: vt perſpectam ſuorum ſcelerum immanitatem agnoſcāt. *Et vox ad eum ſuperne accidit:* Viſum, ſatis, vt credant. *Ac rurſum S. Dominicus.* Domine, ſatis quidem pro iuſtitia tua: at tua pro miſericordia, & horum peccatorum miſeria, ecce nondum ſatis.

Ecce protinus quiſque in ſe, & alijs eadem XV. monſtra tanto conſpicabatur horribiliora, quanto cœlum à terra abeſt diſtantius: vt iam eis, viſa prius velut ſomnium viderentur, aut pictura fuiſſe. Ac niſi manu Dei protecti vixiſſent: periſſent. Tam dirum eſt, ſuorum videre, peccatorum fœditatem: quanto dirius in tartaro?

Ratio docet: Nam quanto poſitivum eſt nobilius: tanto privativum eſt deterius: at peccatum privat gratia & gloria; inferni autem pœna per ſe privat bono ſenſibili: & vt inſtrumentum, non per ſe, privat bono gloriæ; idcirco pœna damni diſcruciabilior eſt, quam pœna ſenſus. Et rurſus: Sicut humanitus comprehendi nequeunt, quæ Deus præparavit diligentibus ſe: ita nec; quæ odientibus ſe. Solum ſcit, qui accipit.

XVIII. Vniverſis his viſis, in humum, in fletum abiecti, inq; veram diffluentes toto corde pœnitentiam, reſipuerunt. Atque ex eo nullus corum ridere viſus ſcitur: mundo eiurato ſeſe omnes abdicarunt, præter paucos, ordines religioſos ingreſſi varios cœptam cū vita duxere pœnitentiam. Alij Prædicatorum, Minorum alij, complures Carthuſiæ ordinem profeſſi vixerunt: quidam eremis ſeſe incluſerunt. Per eos, vt præpotentes, multi Religioſorum Conuentus paſſim collocati ſunt: Dynaſtæ item, ac etiam Principes ad meliorem ſe frugem, iſtorum exemplo ſeſe receperunt.

Simile quid legi S. Dominicum, & Hiſpanijs deſignaſſe.

ATTESTATIO VISIONIS SPONSO FACTÆ Novello.

Certus autem ſum, nuper quendam B. Mariæ Sponſum novellum omnes iſtas ſingulaſque pœnas veriſſimæ, & realiſſime vidiſſe: qui & prædicta conſcripſit: *De quibus continue aliquam habet portare pœnam, pro ſuis, & aliorum peccatis.* Legi quoque S. Dominicum in Toloſanis partibus quid tale domicellis hæreticis oſtendiſſe; ſed modicum, in ſpecie catti dœmone apparente. Et alijs ſimilia viſa legi; ſed non tam diſtincta, & grandia.

S. Dominicus quoque illa XV. monſtra ſic, vt iſtis oſtenderat, depingi curauit: quæ hodieque pictura perdurat, licet abierit in obliuionē origo.

CA-



## CAPVT XXII.

*De XV. Reginis virtutum viſio Populi Britanniæ: revelata per S. Dominicum Sponſo novello Mariæ.*

PSalterium SS. Trinitatis per varia chariſmatum ac virtutum dona coornat mundum: Eccleſiam in primis, velut roſis, lilijſque vernantibus condecorat. Cum autem *Gratiarū diuiſiones ſint:* eas trifariam ibidem S. Hieronymus diſtinguit: *in Morales, Theologicas, & ſuperexcellentes.* Harum vna radix eſt Incarnatio Chriſti: per quem diviſiones ſunt factæ. Vtque porro fieri peremnent: vim idem ſuis ididit verbis, vt dona eadem in his contenta velut aſſeruentur: & per eorum vſum verborum vitæ, Bona præcibus, obtenta poſſideātur. Illa autem verba in duobus ſunt oraculis ſeu precandi Deumque colendi formulis, ſcil. Oratione Dom. & Ang. Salutatione. Vnde S. Anſel. ea *hortos* appellat *vniuerſar. Dei virtut. & chariſmatum Apothecas.* Et Chryſ. *Qui eſt boni*, ait, *quod plane non continet Oratio, à Summo Bono edita.* Et S. Aug. *Mira Dei clementia, quæ in paucis verbis incomprehenſibilem Diuinæ Sapientiæ Bonitatem miro modo comprehendit: cum in Dominic. Oratione univerſam ſalutem ſalubri modo depinxit.*

Sunt vero in ſingulis partes illuſtriores quindenæ, totidem indices virtutum. Quæ, quales, quantæque ſint, ſubiecta declaravit.

## NARRATIO FACTI.

I. S. Dominicus, novus orbis Apoſtolus, Euangelij prædicationem cum Pſalterij virtute in Britaniam quoque inferebat: Et quod mater eius, cuiuſdam Britanniæ Ducis filia, indidem oriunda fuiſſet; tanto audiebatur attentius, velut cognato ſanguine Ducis Magni propinquus. Et vero multo maxime ob ampliſſimā ſanctiſſimi nominis famam: & parem miraculorum deſignationem: quæ per eum Deus patrabat, vt per Aſſertorem mundi flagitijs peſſundati: perque noui Ordinis Fundatorem, Dei, Deiparæ, Diuorumque ſpecialiter eximij Prædicatoris. Et iure id quodam vel ordine factum: nam par eſt, S. Ambr. teſte, vt Deus primis Autoribus in quolibet ſtatu dona largiatur ampliora, quam ſequacibus eorum: quippe cum hos ab iſtis moueri, illuminari, proficique opporteat.

Quia autem optimi cuiuſque prædicatio, vt Aug. placet de virtutibus, ac vitijs, ac horum

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rum pœnis, præmiis iſtorum inſtitui debet: inculcanda S. Dominicus toto ſpiritu, conatuque incubuit. Quo magis cum abs Dei bonitate colluſtrari oportuit: lumini plurimis inde futurum. Id quod euenit in cæteris vna quadam miraculoſa ipſius de Pſalterio prædicatione:

Quem admodum ipſe Pater, ſuo cuidam Filio devoto Sponſo Mariæ nouello, nuper apparens reuelare dignatus eſt.

II. S. Dominicus ante, quam ad dicendum ſeſe comparatum accingeret, pro more ſecretas in preces ac ſuetas Pſalterij ſeſe dabat, impenſius orans numen; vt eum menti conceptum infunderet, daretque ſermonem bene ſonantem in ore ſuo: qui populo ſalutarior, magiſque neceſſarius accideret.

3. Orationem coronariam excipit Sacrum Miſſæ officiũ (quod vix vnquam abſque raptu, vel revelatione patrabat:) Iamque in dimidiatam fuerat proſecutus, ad vſque ſolemnem prioremque pro viuis memoriam faciundam. In hac, Diuina patiens, extra ſe per raptum factus, pure neſcius, ad vnius horæ ſpatium, aut qui vltra, immobili adorata veſtigio fixus adſtabat, vultu rubens toto velut igneus: adeoque etiam, vt caput vndique multo ſurgente fumo vaporaret: indicio haud obſcuro, de Sancti Spiritus ipſum igniente præſentia. Fit ſtupor & admiratio apud omnes Diuinæ rei adſiſtentes Regni proceres: qui ipſo cum Duce Magno, populoque plurimo intererant præſentes; viri fama ac reverentia exciti, cupidique ipſius audiendi.

3. Cumque in longius duceretur mora, & dux cum cõiuge teneretur: viſum eſt circumſiſtentibus nonnullis, eſſe ſubmonendum Sanctum. Dũque vellicari ad veſtem tentaretur iterum ac ſæpius, à diverſis, ab eorum nemine vnquam vel tactu quibat adpalpari. Hoc vero maiores priore concitabat animorum & admirationes, & opiniones, ac etiã muſſitationes ſecretam ad aurem cuiuſque proximi mutuas. Stupori miſtus pavor multa animis monebat? incerti omnes, quid agerent, ac ſuſpenſi quo res euaſura foret. Vnum certum erat cunctis prodigium.

4. Tenebat autem vniuerſos Divinorum ſpectatores ac teſtes, inſueta quædam, ac non ſatis effabilis, perfuſa mentium cuiuſque intus delibutarum ſuavitas, & cum cœleſti ambroſia attemperata conſolatio: cuius vi pro dulces viris fœminiſque ſponte ſua per genas vbertim ibant lacrymæ ſilentio. Vt nec ſeſe noſſent ſat ipſi: nec dignoſſent plane; ſua animi ſenſa illa magis, an viſa mirarētur viri Sacerdotis Magni. Quid agerent? Stat manere exitum: aſtareque ſilentes. Inter hæc redditus ſibi vir Divinus Diuina cœpta proſequitur.

III. Iam pronunciata rite ſuper Hoſtiam tranſubſtantiatam ſimul ſacra ſolemnique verborum forma, pro inſtitutione Chriſti, Verbum acceſſerat ad elementum, & erat Sacramentum. 1. Id dum elevatum ſupra facientis verticem præbetur adorandum, & in vnam ter SS. Hoſtiam cunctorum verſi fixique latreuticos hærerent oculi Fidelium: Ecce tibi: manus inter Sacerdotales ipſum Dominum Ieſum mundi ſervatorem, non iam ſpecie velatum panis ſolum: ſed puellum puſillum: ætatulæ, qua ab Diua Matre lactatus fuerat vberibus de cœlo plenis, manifeſte conſpicantur ſuis ipſis oculis vniverſi.

2. Simul in eodem vno cõtuitu cernebant clare, diſtincte, vere in ſolari quaſi luce, mulierem amictam ſole, & XII. ſtellis coronatam; qualem in Apocalypſi S. Ioannes conſpexit. Viſa Dei Mater pendente ad vbera parvulum, & omnino ſpecioſum forma, præ ſe filijs hominum lactare: eademq; Domina pietatis, manu Filij accepta, etiam renitentis, populum ſigno Crucis conſignare.

3. Poſthæc ter SS. Hoſtiam Miſta in ſacrum Linteolum reponente, vt fit: Calici benedicit. In ipſa Benedicti elevatione, ecce iterato & manifeſte omnes vident mundi Salvatorem Ieſum ea prorſus ſpecie, qua in Cruce pependerat, crucifixum ipſo in Calice Benedictionis. Vident S. Mariam adſtantem: Sanguinem Filij excipientem, eumque ſuper mũdum aſpergentem, in ipſius ſanationem, ac ſalutem.

IV. Vtraque in prodigioſa viſione aliud quoddam eodem modo iterum conſpexerunt. 1. In Sacra Hoſtia prius, dein & in Calice ſacro cernebant Reginas XV. infinitæ pulchritudinis, gratiæ, & gloriæ. Has medio in viſu præclare intelligebant, Virtutes eſſe principes quindenas. 2. Hactenus vt mira, ſic læta omnia: verum iſtis in virtutis ſua quiſque delicta ſingulatim omnia, cum cuiuſque menſura gravitatis, & animi terrore horroreque pari conſpiciabatur. Mœſtum ſpectaculum, læto permixtum!

3. Hinc vero graviſſima ictis compunctione ibant ſuſpiria ſurſum, ſingultuſque imo ſub pectore preſſi latera quatie-





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

tiebant. Teſtes oculi, vultus ac ſraus lacrymis infuſi. Ea vero nonnullis interior contritionis æſtuatio pectus oppletum, fibraſque cordis tumefacti diſtinctas, vrgebat, vt nihil abeſſe proprius videretur præſentanea morte. Sed metum reſumvit, diſcuſſit periculum, gratia Dei præſentior.

4. Patratis igitur rite & ex ordine cunctis Miſſæ ſolemnibus, S. Dominic. ad ſolita ſibi receptum capit per brevem, continuoque in altum ambone conſcenſo: ſe, populumque ſigno Crucis conſignans, ſic ordiebatur concioné.

## CAPVT XXIII.

*SERM. IV. S. Dominici. De XV. Reginis Virtutum.*

THEMA PSALM. XLII.

*Cantate Domino Canticum novum, qui mirabilia fecit.*

DVCES, Principes, Populique fideles: Auditores amantiſſimi. Quod hoc in hodierna SS. CORPORIS CHRISTI Solemnitate, prædictum thema Dauidis Pſaltæ vobis propono: velut a præſenti alienum, aut in ea inſolens Feſtivitate: aliqua forſam non nullorum animos ſubit admiratio. Enimvero probe tenetis, & perfectè ſentitis; quæ & quanta Dominus noſter IESVS CHRISTVS, in SS. Euchariſtia, inter vos hodie mirabilia multa & diuina deſignare dignatus eſt. Hodie vos & aſpectaſtis his occulis veſtris, totiſque animis agnoviſtis, ac plena Fide crediſti ſpectaſtis, inquam, ſpectaculum novum, Noui Teſtamenti miraculum, & Myſterium. Spectaſtis, & agnoviſtis mundi Redemptorem Ieſum Chriſtum Filium Mariæ Virginis Dei Matris, pro nobis natum, Crucifixum ac Rediuiuum. Agite igitur, ſi quæ ſit in vobis Scintilla Spiritus IESV: ſi quæ fibra hereat vobis Nominis, honoris ac amoris Chriſti: Dicite grates, date Laudes Deo, Dei Magnalia celebrate: *Cantate Domino Canticum Nouum quia Mirabilia fecit.*

*Non iſtud ſciuit aliunde. S. Dominicus, quod talia vidiſſent ipſi Domino noſtro* IESV CHRISTO *poſt miſſam reuelante. Ille vero liquidiſsime peruiderat cuncta.*

Si quæratis: Quod illud ſit Canticum Nouum: Illud, inquam, quod ego vobis nunc prædico, geminum Teſtamenti Noui Oraculum: Alterum, quod Angelus primum annúciauit Mariæ: AVE *gratia plena*: alterum, quod IESVS *Chriſtus* mandauit Apoſtolis, ac prædi-



cauit: PATER *Noſter qui Es, &c.* In his *Laudate* Sponſum & Sponſam: & eorum ipſos in proprio Pſalterio *Laudate*. Neque laudare ſolum iure meritiſſimo; ſed amare tota mente: adeoque ad zonas ſuſpenſa, vobiſcum quaqua verſus circumgeſtare Pſalteria vos oportebit.

Nimirum vt ſitis, voſque profiteanimi Signatos. 1. SIGNO. *Regali.* 2. *Signo Imperiali.* 3. *Signoque cœleſti ac plane diuino: Signo inquam SS. Trinitatis ac Noui Teſtamenti.*

Verum, cum in huiuſce SS. Trinitatis triclinio, iuxta cum Ea accumbant *Reginæ ter quinæ principum virtutum*; de iis diſtincte mihi dicendum vobis eſſe exiſtimor vt cognitis illis, Deo per ipſas tanto ſervire devotius, ac placere impenſius contendatis. Eæ namq vobis datæ ſunt: ac, ſi vultis, deſpōſatæ: ſermoſiſſimæ omnes, gratioſiſſimæ, ſimul & glorioſæ. Eſſe eæ veſtri Cuſtodes affectant, Duces veſtræ, ac ſecundum Deum cum Deipara, Servatrices: donec in beatorũ XV. Regnorum thronos vos introductos, hic per gratiam, ac in futuro per gloriam, conſtituant coronatos.

*Væ illis, qui per ducles ita per ſcelus vita rationes inſtituerint; vt earum vnà pluribuſque nefarie violatis, in crimen læſæ Maieſtatis apud Deum incurrerint. Zelotes Deus ac fortis aut ſinet impunitum. Quiſquis exijs vnam extinxerit; reus parricidij peractus certiſsimam æternæ damnationis ſubibit ſententiam. Tum autem Reginæ Virtutes contrucidari cenſendæ ſunt; cum oppoſita ipſis flagitia improborum ſtudia conſectantur, ac patrant.*

*Sed nunc ſingulas nos eas oratione proſequamur; ſicut ipſas vobis* DEVS *aſpectabiles eſt exhibere dignatus. Quarum tres ordines cõſpexiſtis: & ſingulos eos quinque partitos.*

Quatenus apparere virtutes poſſint: ſintque colendæ, docebitur infra poſt quintam decimam Reginam.

## PSALTERII.

### I. QVINQVAGENA

*I. REGINA HVMILITAS.*

I. VIRTVTVM hæc omniũ baſis eſt ac fundamentum: quam in B. V. Maria Dominus ardentiſſimo dilexit amore. Sic ab humo dicta, ait S. Anſ. & Ibid. quod humiles ad vſque humum ſeſe dimitant, poſtponant cunctis: & omnes ſibi, amore Dei, anteponát. In ſe enim propriam naturæ ſuæ infirmitatem intuentur: rebus autem in cæteris Dei præſentiam venerantur.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Hæc virtus ad aliorum exultat laudes: fugit proprias: niſi quæ hiſce Dei laus verſetur, & magnitudo prædicanda. Hæc neſciri amat: odit in ſublimi ambulare: corda pacifica petit, & manſueta. Si enim ait S. Hier. ipſa SS. Trinitas eo ſeſe dimittit: vt in te qualibet, ſua adeſſe virtute dignetur: quid ſupra humum ſe tollat homo puluis & vmbra vilis? Quid immemor ſuique, Deique, parum ſuam vilitatem, & Dei in ſeſe merita ac Maieſtatem agnoſcet? Superbia ipſi inimica ad internecionem inſidiatur.

II. Thalamus ei regali ſtat apparatu; in Dominicæ Orationis Palatio Pater Noster. Nam SS. Trinitas, per humilitatem, ex gratia Pater noſter eſt cunctorum: & nos filij eius ſumma cum humilitate ei deſervire ac parere: timere ipſum, amare, ac venerari tenemur. Quid? ex humo creati, non, vt filij creationis, coram Creatore nos humiliemus? Sic Ambroſ.

Forma atque venuſtas Reginæ huius effatu maior eſt.

*Nouello Mariæ Sponſo talem Dominus oſtendere eſt dignatus. Cernebat Virginem candidis indutam corona de gemmis X. coronatam: cingulo miri decoris ſuccinctam, bullis quindenis interſtincto; cum torque XII. margaritis effulgentibus, inſigni. Deſtra Crucem preferebat, humilitatis Chriſti paſsi indicium. Palla ex ſtellis eam gemmiſque viſenda totam conueſtiebat, multa in luce coruſcantem. Digitos annuli ſignati cruce inſigniebant, teſtes deſponſationis eius cum Chriſto.*

*II. Talem quoque S. Dominicus prædicarat addens:*

Ad pretij eius præſtantiam cunctarum decor valorque ſtellarum nec ad ſpirare poteſt. Quo circa illius dignior eſt poſſeſſio ducenda: quam ſolis, lunæ, ſtellarumque dominium obtinuiſſe. Ea enim *ait Cyril.* eſt de primis Dei filiabus, in beatis regnans animabus. Ideo Deus quoque, *Auguſt. teſte,* minimam in hoc orbe gratiam plus amat, quam naturam totã. Et vos per vaniſſimam ſuperbiam quaſi interfeciſtis eam. Teſtor ex numero hoc veſtro plures trecentis, qui eam præclariorem ſunt oculis contemplati: quam oratione cuiuſquã mentis oculis ſubiecta valeat adumbrari. Quare *Cantate Domino Canticum Nouum.*

*Hæc in rapto ſuo S. Domin. aliaq; de Virtutum Reginis cæteris, perſpixerat, dato ei mandato, ſub pœna mortis; vt continuo prædicaret. In cuius publica omnium Viſionis memoriam Vir Sanctus eaſdem XV. Virtutes tum in Aula Ducis, tum in Eccleſia Maiore, ad viuum depingi curauit.*

II. RE-



## II. REGINA, AMICITIA.

Concordia hæc mutua eſt amicorum vnio, vna in voluntate: qualis, ait Auguſt. membrorum vno in corpore exiſtit. Hanc catenam vocant auream S. Remigius: qua fideles coornatur & conſtricti redduntur invicti. Hæc invidiæ, detractionum, odiorumque expultrix, ait Macrobius, multis ex hominibus Vnum quendam efficit inexterminabilem. Hæc res parvæ creſcunt: diſcordia maximæ dilabuntur: vt Saluſt. inquit. In natura rerum, concordia inducit corruptionem mundi: at in regno gratiæ, quod hominum eſt à Deo cõſtantiam & gloriam producit Concordia. Illi infeſta eſt hoſtis Invidia.

I. Thalamus in Orat. Domini ſtat ea dignus in, Qui Es: ſcil. Ens per eſſentiam: dans eſſe cæteris per participationẽ, ait Boetius: Id quod ex Dei in nos amicitia promanat. Et ſic Amantem, non redames?

Sic amatos ab eo; non amplexaueris? 1. Dic age eſſe tuum, tuum ne eſt? Negat Devs: qui ſuum Eſſe per omnia diſtribuit Entia. Et hæc Deus amat: tu oderis? Homines vero ſuos eſſe voluit filios vniverſos: & nec vel vt fratres agnoſcis & amas? Quem igitur, aut quid amabis; ſi eum: qui eſſe vnum vno à Patre tecum accipit, non ames?

2. Bene Caſſiodorus ſic ratiocinatur: Si natura fratres eodem ex patre mutuum ſibi debent amorem, iure ſanguinis: quid non iure Dei, iure Spiritus, iure tot Sacramentorũ & Chariſmatum debebis fratri Chriſtiano? Vah hominem: qui, quam mente, carne ne plus amat proximum.

3. Quid eſt, & vnde illud, quod amas? S. Auguſt. reſpõdet: Anima è ſolius Dei eſt creatione: non ex vlla carnis traductione: Et germanum amas ob carnis cognationem: ob Spiritus communionem, minus amas Chriſtianum. In illo, ſi contra feceris: te pecaſſe credis: in hoc, ne quidem te peccare, ſentis. O ſtuporem! O amorem! Stupor palpatur: amor nec ſentitur.

4. Naturam anteferre ſpiritui, cuiuſnam eſt? Certe bruti eſſe nequit: quare in eodẽ, homo à ſe ipſo deſcit, & hominem ex homine exuit: vt nec vel beſtiam induat. Hoc vero dedecus naturæ eſt: Deique cõtemptus. Hoc totius Pulcri, quod in humanis ineſſe oportuit, everſio eſt atq; corruptio. Vnde alterius generatio, eſſe neceſſario debet vltima deformatio.

Quo amabilior diuina eſt

Ami-

Amicitiæ piæ pulchritudo. Quid? Penna pro Helena ſc. formoſula, orbis depugnabit fere pars tertia: pro Concordia, bonorum omnium matre, ait Ambr. laborabit parum vel cuiuſque anima vel cura publica.

II. Notatæ, quo eam cultu conſpexeritis. Stabat ceu filia Dei, cum corona gloriæ: veſtitu aureo vernantibus redimita lilijs: decem roſarum faſciſculo in manu: maiore, quam ſolis, claritate.

Recogitate Comites, velut Angelos Dei, ſtipantes ipſam: & has item denas. Quis decor illis formæ? quis honor gratiæ? quis ſplendor gloriæ? Recordari poteſtis: effari nequo. Idē de ſtudio eiuſdem ſolicitaque cura, ad pacem orbi procurandam, affirmo.

Pretium eius quis ſtimaret? Orbis in vnum congeſti æſtimentur divitiarum theſauri: quid in anima ad rationalem hanc vnam: cuius gazæ ſunt ſpiritus, anima, ratio, vita, &c.

Quo infeliciores cenſendi ſunt qui inimicitas clam coquunt, palamue ſerunt ac gerunt.

2. Perdidiſſe regnum, eſt per magnum: maius excidiſſe concordia. Hæc enim Regnum perditum recuperare poteſt: at huius ſine præſidio Regnum perſtare non poteſt.

3. Dico: Qui charitatem: idem & Deum perdidit. Quid? Regnum mundi mors eripit: at Amicitiæ regnum mors hominis ſtabilit, atque gloriam intromitit.

4. Quam homo felix, qui in pace diem ſuum obit: tam infelix, in quo pax moritur. Illa mors carnis eſt: hæc ſpiritus animæque extinctio eſt. An non, quo nobilior perſona fuerit: eo immanior eiuſdē recte cenſentur tyrannica contrucidatio? Ita quidem S. Baſilius diſputat, & affirmat.

Iam ſi illius, quod Bonum eſt, iactura ſit mala: ſane omnino peſſima iſtius eſſe debet: quod bonorum eſt Summum quale quid eſt Charitas, Pax, & Concordia. Nam Dei ſunt iſta. Date Deo, quæ ſunt Dei: ideoque *Cantate Domino Canticum Nouum in Pſalterio.*

### *III. Regina, Lætitia* Spiritalis.

Hæc diuinis gaudet Officijs & Seruitijs: eſtque fructus Spiritus Sancti.

1. Thalamus Reginę huius eſt In Coelis: Hic enim pura eſt lætitia ſpiritalis, & nuptialis. Ita Paulus: Noſtra cōverſatio in cælis eſt? quando ait ibi S. Hieronimus mens cuiuſque noſtrum in diuinis operibus cum gaudio requieſcit: vt ſic iam viuat in terri, quaſi eſſet in ſupernis.

Pul-



Pulcritudo huius ſereniſſima eſt: Ad ſtatuam conferant omnes artifices artem & materiam omnem pulcherrimam: ad illius tamen nec vmbram acceſſerint.

1. Quia ait, Auerr. Ars nil poteſt melius, quam natura, vere: apparenter poteſt: At lætitiæ artifex eſt naturæ Autor.

2. Ea parit Spritus Sanctus: æternam, Viſio beatifica. Vere Auguſt. Ars defecit omnis ad Virtutum picturam: cum non ſtylo ſed Spiritus Sancti pingantur digito.

3. Vidiſtis eam vultu roſeo, cultuque purpureo: Quia ait Auicenna, rubedo ſignum eſt lætitiæ triſtitiæ pallor. Corona illi ex auro, expreſſa ſigno ſanctitatis rubeæ Crucis Chriſti. Quia ait S. Anſel. Sanctorum lætitia maxime in paſſione eſt Chriſti. Intexta coronæ lilia erant X. aurea ob Decalogi obſeruationem hilarem Comites eius X. in omni genere Muſices concinebant: inde tacita vobis gaudia lachrymas cierunt.

*Hæc, vt Reginæ omnes, manibus gerebant Pſalteria: Quia Ang. ſalutatio omnis gaudij veri eſt initium.*

Hæc Deum ipſum capit, inque ſe prouocat: Nam hilarem datorem diligit Deus. Hæc, ait Hieron. bonorum cæleſtium vniuerſas in ſe fert divitias, quarum minimis confert terrenas maximas; & noctis erit ad tenebras collatio, luti ad aurum.

Quocirca ea in ſua vel cuiuſquam anima extinxiſſe; tāto immanius eſt parricidium: quanto ea cœli Regina eſt præ quouis regno terreſtri. Sit, qui peſtem in regno excitet, qua totum exhauriatur: quot necibus talem dignum duxeris? Et vili pendis cuiuſquam iuſti corrupiſſe lætitiam ſpirtus? quæ animæ vitæ eſt & corona: & flos etiam decorque corporis. Itaque illius in gratiam, *Cantate Domino Canticum Nouum.*

### *IV. Regina Patientia.*

Hæc profugat omnem iram, blaſphemiam, & timorem tetrum; conciliatque pacem cū Deo; ſuperior cunctis & hominibus, & humanis: cœlos triumphatrix inuadit. Inimica ipſi Ira eſt.

1. Thalamo gaudet in iſto, Sanctificetur. Et merito; Quia, ait Cypr. Patientia peccatores ſanctificat: perficit virtutes: victoriam obtinet; fortium eſt armatura corona Sanctorum. Verbo; In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.

2. Pulchritudo eius tanta eſt; quantam, ſi omnium hominū

cor-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

corda concupiſcerent, ſibi tamē nec fingere animis poſſet. Ad eam, pulcritudo Sacræ Rachelis, Iudithæ, &c. ſunt tenebræ. Per eam quæ non adierunt, quanta non peregerunt Apoſtoli, Martyres, Cōfeſſores, Virgines? Vis omnis tyranica contra ipſam: at ſupra, nulla. Illa paſſionis Dominicæ extetit: diuinæ bonitatis, ait Beda, eſt ſpeculum: & permanet in æternum.

3. Vidiſtis illam, cum denis comitiſſis, purpuratam, gemmatam, ſtellatam, coronatam: & ſic ornatam: vt ſupra vix aliud eſſe queat. Nec enim oculos vidit, nec aures audiuit, quæ Deus præparauit diligentibus eum ſic, vt etiam animas pro eo ponant. Qua cum maiorem charitatem nemo habeat: aliunde quoque maior nō exiſtit pulcritudo & gloria. Ideo Aureola ſpecialis manet Patientiam.

4. Eam perdidiſſe, eſt ſummis, medijs, imis excidiſſe. Quanti eſt præmij, tenuiſſe eam: tanti eſt damni, abieciſſe: Prorſus vero in ſeſe velut iugulatam extinxiſſe: ſceleris eſt infandi; & nullis vnquam mortibus expiandi. Age; cuiuſquam Regis filiam dilaniato, aliamque ſuper aliam millies: ea tamen ſceleris enormitas, ad vnius Patientiæ extinctionem tanti fuerit, quanti mortales reginæ omnes, ad hanc immortalitatem planeq; diuinam: id eſt, nihil: & tamen quantæ in eam cædes deſignantur in animis hominum? quoties fœde profligatur? Quā à raris colitur, & conſervatur? An quia pro ipſa Rex patientiæ non oratur? Quare *Cantate Domino Canticum Nouum.*

### *V. Regina Miſericordiæ.*

Hac, ait V. Aug. miſerijs aliorum compatimur, tanquam noſtris. Et iure: quia eiuſdem ſumus conditionis fratres, & hoſpites. Quippe, ait Seneca, natura eſt omnibus communis: Fortuna cunctis frequentius eſt ſimilis. Proin timeant Reges: multi enim è ſolio rapti ad vincula ſunt, & cunctis exacti. Illa dat alijs ſua liberaliter, ablata reſtituit; paupertatem ſpiritus ſuaviſſime amplexatur: at inimica eius Avaritia ſacra omnia ſus deque habet profanatrix. Eius ſunt rapinæ, ſacrilegia, ſimoniæ, &c.

Thalamus Miſericordiæ eſt in: NOMEN TVVM. 1. Quia nomen Domini, ait Amb. totius naturæ fons eſt; vt idcirco illi omne genu flectendum ſit. Quid enim fidelibus eſt vſquam boni: quod non ita, & ex eo detur Eccleſiæ? 2. Vnde, quæcumque petieritis in Nomine meo, fient vobis: Adeo, qui-



quicunque invocaverit Nomē Domini, ſalus erit. O Nomen diues in omnes: quia miſericors! Ideo Rex Regum eſt Ieſus, Magnus Dominus, & laudabilis nimis. 3. Deus potentia terrificat, at miſericordia magnificat ſe: quia ex hac ſanctificat & glorificat. Ex illa viuimus, movemur, & ſumus. Per illam redempti ſperamus; & non eſt in cœlo aut in terra, qui ſe abſcondat à calore eius. 4. Hæc Dei filia Fratrem ſuum è cœlis deduxit in terram; ait Bern. 5. Illa parens eſt operum ſpiritalium & corporalium: vnde miſericorditer docet ignorantes, dubitantibus conſulit, &c. paſcit eſurientes, nudos conueſtit, &c. 6. Illa Regem cœli fecit ſervum, vt nos ſervos proveheret in Reges: ait Ambroſius.

Creet lucem corporalem ipſe Deus, quantam quantam: ad ſpiritalem tamen miſericordiæ procul abeſſe debebit quantum præ corpore ſpiritus eſt.

Vidiſtis eam indutam byſſo nivea, perſeipſa Nominibus, Ieſus, & Maria, vndique: quod ea totius miſericordiæ ſint nomina, ait Bern. Pſalterium manu gerebat: quod in Incarnatione cœpit miſericordia eius à progenie in progenie. Corona triplici inſignem vidiſtis: quod miſericor. Dei ſit in cœlo, terra, & ſub terra. Diuitant mineræ? At terrenis: diuinis vero bonis miſericordia ditat. Quo miſeriores ſunt immiſericordes: eo crudeliores ij, qui illius ſunt perſecutores, ac trucidatores quoque: quales ſunt duri omnes ac barbari animis.

Cum igitur in dictis quinque Reginis, ſingularumque denis comitiſſis, ſpectare vobis licuit primam Pſalterij Quinquagenam; cumque in IESV, ac Maria eaſdem eminere, atque in Ang. Salutatione reſidere cognoueritis: quid reſtat, niſi vt, ac Decalogi ſanctam obſervationem, per quinque Reginarum gratiam opitulatricē, Deo, Deipararæque in Pſalterio ipſorum *Cantetis Canticum Novum.*

## II. QVINQVAGENA.

### *VI. Regina Abſtinentia.*

Hæc licitis, & ſuperfluis ſe abdicat in victu ac potu: neceſſarijs vtitur parce: cum gaudio miſto dolori. Dei liberalitate gaudet: dolet de neceſſitate; procul refugit à voluptate. Carnem edomat: vt Spiritus regnet; vtriuſque inter comitatum & exercitum, media ſtat. Dum hinc obarmat ſpiritales: inde exarmat carnales. Quin, vt Seneca, ait, vniverſorum ea frenum eſt vitiorum. Aug. Suavis, elegánſque eſ



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

temperantia. Tu enim vitam ducis Angelicam, brutam ſpernis: nutrix cuſtoſque virtutum es. Cypri Regina ſole pulcrior, lunæ elegantior, & ſuper diſpoſitionem ſtellarum ſuauior, inimica ipſi Gula aduerſatur.

Thalamo Regis illo ſedet: ADVENIAT REGNVM TVVM. Et iure. Quia Abſtinentia perducit ad regnum Dei: ait Ambr. Merito Nam qui per eam regnat corpori: ijdem, perſiſtunt quoque in Virtutum regno; quibus illud cœli permiſſum debetur.

Pulcritudo huius eſt prorſus Angelica: proinde nulla humana, vel terrena par ei vel in parte eſſe poteſt. 1. Nam ſpecies ſuum numquam tranſcendit genus: ita mortale omne, & corporale ſtat procul infra immortalia & ſpiritalia. 2. Quid non agunt, & patiuntur vani; vt reddantur venuſti? Vt ſeſe comunt, colunt, alunt, pingunt, ſtringunt? At abſtinentia ieiunio pinguior & formoſior euadit. Recole tres pueros, mero pane, legumine, & aqua, & his parce, victitantes. 3. Cum igitur victrix ſit vitiorum: & vitia, quam regna vincere, ſit glorioſius: gloriam abſtinentiæ quis dicendo exprimat. 4. Alij Heroas, Reges, Hectoras, prædicent: hanc ego Reginam iſtis antefero cunctis: quos vel ipſius eſſe ſervos non eſt dignatus Deus; vt quorum gulæ nil ſatis fuit. 5. Paſcant ſe alij, cibiſque ſuffarciant: onerantur his & debilitantur: Abſtinentia minimo ſeipſa fit robuſtior. Inedia, vrbium expugnatrix illius nutrix eſt conſervatrix.

Vidiſtis hanc manu ſcetrigeram hac, illa Pſalterij gerulam: caput gemmis coronatum: veſtitu ſuppallido, ſed coronis vndique pertexto, nulli grauitate ſecundam: Comitatu virginum denarum illuſtrem. Etenim abſque hac nullus ſanctitatem attigit, vel in Sanctorum ſocietate pervenit.

*Abſtinentiæ hoſtes in ſeſe eam iugulant ebrioſi, & guloſi. Eſt enim gula, Seneca teſte, rationis & virtutum ſufocatio omnium. Cum enim neceſſaria virtutum ſit connexio; par quoque ſors eſt omnibus: quare adſtragem* abſtinentiæ, cæteras fundi fugarique neceſſe eſt.

*Dices*: illa ſic fieri non cernuntur. Quia, inquam, oculos non habes, queis fieri cernas: Ergo non re vera gerũtur? Geri ſic in anima videt Deus, Angeli, Sanctique vident, videbis & ipſe: at ſerius. Quare nunc, nunc *Cantate Domino Canticum Novum.*

### *VII. Regina Continentia.*

Hæc carnis eſt integritas: ing-



inque ipſo matrimonio ſervari ſancta non ſolum poteſt: ſed debet. Vt ab eo Virginitas abſit: adſit tamen caſtitas neceſſe eſt. Et ea triplex, mentis, oris, operis: vt S. Hieron. vult: & recte.

1. Inde S. Gregor. Naziáz. Pulcrorum omnium eſt pulcerrima, ſuavium ſuaviſſima, & graviſſima morum gravium: in quam Deus, & Angeli proſpicere gaudét. Hæc ſexum amát alterum: ſed cauet, fugitque conſortium: odit iram, faſtum, luxumque omnen. Amat, ait Haymo, vigilias, ieiunia, orationes, cilicia, caſtigationes, & aſpera omnia. Vnum quærit: cor mundum, vt facie ad faciẽ Deum videat. Beati mundo corde, &c. Adverſaria eius luxuria eſt.

2. Thalamo ea regnat in iſto: FIAT VOLVNTAS TVA. Quia 1. Theſ. 4. Hæc eſt voluntas Dei, Sanctificatio veſtra. Atqui caſtitas quærit placere Deo, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu.

3. Pulcritudo igitur ipſius digna Deo, Deum capit, trahit, ſibique deuincit, ac propria deſponſat. Deus Euam formarat, & omnium formoſiſſimam; quia perfecta Dei ſunt opera, neque ſibi eam tamen, ſed Adæ deſponſabat. Nimirum iam hanc Virginitas, & huic proxima caſtitas prævenerat cum Deo nuptias. Hæc enim ſpiritalis, illa corporalis erat, atqui non eſt põderatio digna continentis animæ. Eccleſ. 26. Beati, qui cõcupiſcunt eam.

4. Vidiſtis illam ſupra hominem auguſtiſſimam forma; Coronatam lilijs ac roſis; floribus ornatam; candore niueo conſpicuam; iure incomparabili effulgentem; denis cinctá domicellis cultu ſimili, prorſus Angelico; dignam Deo ipſo Sponſam, ait Chryſoſt.

5. Væ, qui Regis ſponſam violarit; morbis reus turpiſſimæ foret. At illa Dei templum eſt: quod qui violarit, diſperdet illum Deus. Violare autem Caſtitatem, trucidare eſt: medium non eſt. Heu cauete; horrendum eſt incidere in manus Dei, eaſdem, quarum in amplexibus Sponſam fouet. Chriſtum genuit Virginea caſtitas: ex eadem Chriſtus generat Chriſtianos: vt ea plane mater ſit Eccleſiæ Chriſti appellanda. Vnde pars Eccleſiæ caſtior eſt melior, proindeque maior dignitate, etſi non numero. Pars ea ſacer eſt Clerus, Religioſorumque chorus, ex profeſſione: ex voluntate, reliquus continentium numerus. In iſtis viuit, regnatque caſtitas: nec non & in matrimonio caſto. Ergo Sponſa hæc Chriſti mater eſt Chriſtianorum;



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

qui non ex voluntate carnis; ſed ex Deo nati ſunt. Nam, ait S. Hieron. Carnis generatio eſt caſtitatis mors & corruptio. Cuius autem rei præſtantiſſimæ corporalis deſtructio par eſſe virtutis deſtructioni poteſt? Caſtitatis igitur conſervationi nil terrenum, ſed cœleſtia omnia debentur. Quare Matre caſtitatis Mariam laudate in Pſalterio, & *Cantate Domino Canticum Novum.*

### *VIII. Regina Prudentia.*

Hæc S. Bernardo eſt auriga virtutum, & moderatrix, & gloria morum.

1. Thalamo reſidet iſto, SICVT IN COELO. Quia Sol eſt virtutum, ait Varro, & cœlum ſidereum, illuſtrans noctem ignorantię. Cæteræ Virtutes, ait Hieron. vt roſæ ſunt & lilia: prudentia cœlum eſt, ſuper omnia micans. 2. Arbori vitæ ſuavis & laus ineſt merito maxima; at ſolis pro futura corporibus: prudentia tanto dignior eſt, quod animabus vitam, & ſumma quæque conferat ſpiritalia.

3. Vidiſtis idcirco ipſam velut in ſtellato palatio reſidētē Reginā; cuius decor, reuelante Deo, cerni: cæteroquim nec mente ſat compreheudi poteſt. Vidiſtis coronatam ſtellis, ſtellis conueſtitam: ſuique ſimilibus decem ſtellatis Virginibus ſtipatam.

1. Iſtius minimam habere gratiam, maius eſt, quam Philoſophorum omnium ſcientiá acquiſiſſe; vt S. Aug. recte ſentit. Eſt enim omnis virtutis ſchola: qua ſine tenebræ ſunt omnia. 2. Quantis impenſis & conatibus ad hanc comparandam contenderunt olim plurimi, vt humana ac naturali pollerent: diuinam tamen neſcierunt. Idcirco euanuerunt in cogitationibus ſuis: quia Deū non glorificauerunt. 3. Omnis enim peccator, ſtultus eſt: idque volens; quod ſciens prudens veram in ſeſe extinguat prudentiam. Videns, cæcus eſt, ac viuens, mortuus. At vere prudens media in morte immortaliter viuit. Quare *Cantate Domino Canticum Novum.*

### *IX. Regina Iuſtitia.*

Hæc reddit cuique quod ſuum eſt obedientiam maioribus; minoribus diſciplinam & exemplum: æqualibus amicitiam fidam; ita Seneca. Ideo Regina eſt virtutum, decus morum, limes operum, Imperatrix omnium: ſine hac, omnia ſunt mera tyrannis. Beata regna, in quibus regnat iuſtitia. Ita Macrob.

1. Thalamus eſt illi vox: ET IN TERRA. Terra, ait S. Baſil.



Baſil. eſt corpus noſtrum: in hoc ratio dominari debet; dictante ſic iuſtitia. Iniuſtiſſimū enim eſt, ait S. Bern. ſervos dominari, & dominos famulari. O quam iniuſtum multi vſurpant dominium in ſe, & alios, & res alienas?

1. *Audite nunc me: cras aliqui veſtrum audire non poterunt: Nam ſcio; quatuor morte extinguentur ante quam ſol oriatur, qui nunc præſentes, ſunt incolumes. Et euētus reſpondit. Quatuor enim iniuſti raptores Dynaſtæ, ad craſtinum non ſupervixerant.*

3. Obſecro, reſipiſcite; ſectamini iuſtitiam. Iuſtus in æternum non commovebitur; quia iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. O veſaniam! Ob humana, pereuntia, terrea excidere diuinis, æternis, cœleſtibus? Non ſic iuſti in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum.

4. Vidiſtis Reginam hanc omni colori inſignem veſtitu; hac ſceptrum, gladium illa tenentem: denis cinctam domicellis: quæ dictas elegantia formæ longe anteſtabant: omnes adminiſtræ virtutes diuinæ iuſtitiæ. Quam vt propitiam habere mereamini: *Cantate Domino Canticum Novum.*

### *X. Regina Fortitudo.*

Hac ſtat homo in aduerſis inconcuſſus: in repentinis imperterritus. Hac frenantur timor & audacia; mandata Dei, Conſiliaque fortiter executioni dantur; diſſipantur tentationes: tyrannica ſceptra confringuntur: excutitur torpor: vitium eliditur; virtus colitur, & honeſtum.

1. Thalamus eſt ei in hiſce: PANEM NOSTRVM QVOTIDIANVM. Nam vt cor hominis confirmat: ſic animam, ſpiritumque fortitudo.

2. Vidiſtis eam velut regali in palatio Auguſtam, ſcepticam, & denis coronatam ſtellis: dextera laurum præferentem, altera clypeum cum lancea, cuius in vexiliulo Crux Chriſti radiabat. Mira vultus eius eſt gratia, formæque decus ſic, vt virtutem maſculam, heroycamque ſpiraret. Robore præſtans: at prudentia & conſilio præſtantior; ferendo promptiſſima auxilio. Denas eius domicellas videbatis à panibus & eſculētis inſtructas.

3. De quarum ſingulis ita exiſtimetis oportet; Sit hominum brutorumque robur omne corporis, in vnum congeſtum corpus: cum ſit accidens corporeum, tranſcendere ſuum minime poteſt ſubiectum: vnde quoque finitum ſit neceſſe eſt. Illius igitur vis ſumma, nec infimam attigerit ſpiritalis fortitudinis partem. Ea itaque in-

fir-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

firmiſſimis dat robur immenſum; robuſtiſſimis ſuum illud ſolius flatu ſpiritus, eneruat ac proſternit. Ergo nolite timere puſillux grex: Infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia.

4. Nihilo tamen minus etiam ipſa in homine extingui extirparique poteſt: ſed ipſo volente per ſummum nefas. Væ! tales quam potenter tormenta patientur? Non iam vt parricidij rei, non vt qui robur omne naturæ in creatis cunctis confregerint: ſed qui diuinæ gratiam fortitudinis contempſerint, inque ſeipſis extirparint. Vnde illud conſequi neceſſe eſt: vt deſerti à Deo, ſusdeque per omne ſcelus à cacodœmone volutentur. Non ſic ij, qui in Pſalterio quotidie ſæpius *Cantate Domino Canticũ Nouum.*

5. Quapropter, cum omnis Virtus, Aug. teſte, ad decem Mandata Dei exequenda dirigatur; etiam dictas iam quinas ſingulatim eodem omni ſtudio atque conatu convertere contendatis: Et quinis hiſce per illa decem ductis, alteram iuſte Quinquagenam compleſtis? Quo vt gratiam vobis ſufficiat DEVS, Deiparaque præſidium: in Pſalterio *Cantate Domino Canticum Nouum.*

## III. QVINQVAGENA.

### *XI. Regina Fides.*

Hæc eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium. Hæc ait S. Hier. Diuina terrenis iungit, Patriarchas inſtruxit, Apoſtolos fundauit, & Eccleſiam. Hæc ait S. Ambroſ. credit quæ non videt; æſtimat, quæ non ſcit. Eſt ea charitatis regula, lucerna Spei, prudentiæ norma, ſciẽtiæ forma, SS. Trinitatis nuncia & Sanctorum Sponſa. Eſt ea ſcala viuentium, turris pugnantium, nauis periclitantium: Secura dux ad gloriæ portum.

1. Thalamus ei in hoc eſt: DA NOBIS HODIE. Nam Euchariſtia Myſterium Fidei, Panem quotidianum dat nobis vel ſpiritaliter ſemper, vel Sacramentaliter quandoque. Datur is autem fidelibus, filijs: non canibus, qui foris ſunt.

2. Fides Reginas forma & gloria ante dictas ſuperat vniverſas: Quia Theologica eſt: at morales iſtæ.

3. Vidiſtis idcirco eam cultu tricolorem: ab imo candidã, in medio purpuream, in ſummo, auream: ſcil. ob fidem de Incarnatione, Paſſione, & Reſurrectione, ac Sanctiſſimi Trinitatis gloria. Triplici auguſtam corona, Argentea, Gemmea, & Stellata: ob dictas cauſas. Deſtera Calicem cum SS. Hoſtia; quam fidelibus porrigens, eos vitæ reddebat; Siniſtra Crucem Domini cum Paſſionis armis deferebat.



4. Pulcritudo eius maior eſt, quam naturalis pulcritudo nouem ordinum Angelorum. Et iure merito. Nam diuinius illa Bonum æternæ gloriæ promeretur, quam tota ſit angelica natura. Vnde gratior eſt Deo anima conformata fide, quam totius Hierarchiæ natura ſola.

5. Verum neceſſe eſt, minimum Fidei punctum credere, quod verius ſit, quam maximum in natura inteligibile. Quia lumen naturale nimium quam longe eſt ſub lumine fidei. Ita vero res habet; vt imũ ordine ſuperioris multo ſit perfectius, quam ſummum Ordinis inferioris.

6. Vnde æſtimari non poteſt iactura animæ ſi vel in minima fidei particula dubitet, aut diſcredat: præter quã quod rea omnium conſtituatur. Quod ſi igitur Dominus dicat: Petre ego oraui pro te, vt non deficiat fides tua: quo impenſius ſupplicare nos oportet? Quare, *Cantate Domino Canticum Nouum.*

### *XII. Regina Spei.*

Hæc eſt expectatio certa futuræ beatitudinis: ex meritis præcedentibus. Nam ſine his, foret præſumptio. 1. Thalamus ſpei eſt tibi: DIMITE NOBIS DEBITA NOSTRA. Nam per ſpem in Deo peccatorum fit remiſſio. Sic Dauid ſperauit: deſperauit vero Cain. 2. Spem concepit, qui credit, minimum diuinæ potentiæ plus poſſe ad ſaluandum: quam mundi innumeri peccatorum valeant ad damnandum. Quantumcunque igitur peccaris: necdum adhuc nimium punctum Clementiæ Dei exhauſti. Quia quicquid in Deo eſt, id Deus ipſe eſt. Blaſphemaſti Cain, dum aiebas; maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear. O gloriam Spei vere magnam! exclamat S. Maximus.

2. Vidiſtis ipſi Reginam in Rege IESV CHRISTO: denas inter comites Virgines, cicladibus amictas aureis, poſitiſque genibus cum Regina ſuppliciter pro genere humano depræcantes Deum, ſolis propicium ſperantibus. Reginam quoque conſpicati eſtis electos Vitæ libro inſcribentem.

Pulcritudo eius atque præſtantia pene par Fidei videbatur: certe quanta nulli eſſe effabilis queat. Hac meremur, Deũque

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

que mereamur ita volentem, ſeque donantem nobis, atque eo mirifice delectatur, ſic eſſe cum filijs hominum Quoque circa de facili iſthinc æſtimare eſt deſperationis immanitatem: quæ odium Dei inducit animæ deſperanti. Quod vt à vobis prohibet Deus, *Cantate Domino Canticum Nouum.*

### XIII. *Regina Charitas.*

Hæc omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet: non eſt ambitioſa, &c. omnium eſt anima virtutum, & forma, ait S. Aug. abſque hac nihil in virtute, nil in merito eſſe valet: cum ea hauſto frigidæ cœlum; Deuſque ipſe emitur. Ea eſt meritorum vita & par pretiũ, Sanctorum eſt ſanctitas, animarum flamma veſtis nudorum, & nuptialis. Ipſa vniuerſa diſponit: eſt, qui ſe abſcondat a calore eius.

1. Thalamus habet in hiſce: ET DIMITE NOBIS DEBITA NOSTRA: Teſte Chriſto ad peccatricem: Dimituntur ei multa, quoniam dilexit multum. Et Apoſtolus, Multitudinem delictorum operit Charitas. Sed qua menſura menſi fueritis in Deum & proximũ: eadem & remitietur vobis: ergo dimittite & dimittetur. Serui nequam metuatur exemplũ. Et vero quid ni? Nunquid omnes vos fratres eſtis? Et in omnibus nunquid ineſt Deus per eſſentiam, potentiam & præſentiam? Quid igitur diligere omnes, & dimittere proximis, in quibus adeſſe Deum agnoſcimus. Quod hac in re negatis proximo, Deo negaſtis. Audite S. Anſelmum. Deus, ait, omnia in omnibus eſt: vt ens entium; ideo omnibus quoque eſſe regula debet intima. S. Greg. Nyſſ. ait, O homo, cum amas aliqua: cur minus amabis Deum: à quo ſunt omnia? Si amas datum, & minus bonum? Summum cur non ames bonum, & omnia dantẽ? Proximum quoque diliges, vt te ipſum: Quia ait S. Greg. eiuſdem eſt naturæ tecum: eiuſdem gloriæ particeps, & vnum ens tecum in Deo, in quo viuimus, mouemur, & ſumus.

2. Vidiſtis hanc Reginam tricorem: ob tres dictionis modos, Dei Sui, Proximi: In veſtitu deaurato quaſi flamas iaciente: Eſt enim ignis, ait Greg. diuinæ dilectionis. Omnium opitulatricem, vt ſui: X. domicellis circumlatam.

3. Pulcritudo eius & prætium æſtimari non poſſunt niſi inde, quod Sanctus Maximus ait: Amor charitatis eſt amor Diuinitatis increatæ. Quo immenſior eſt amiſſæ charitatis iactura, lethali admiſſa



ſſa peccato. Dicis: Iſta in anima nec viſu, nec ſenſu percipio. Nec cor; inquam, vides, nec animam ſentis, & ſi per ipſam ſentias; vere tamen ipſã in te habes Atque vt vere diligatis in charitate perfecta. *Cantate Domino Canticum nouum.*

### XIV. *Regina Pœnitentia.*

Hæc eſt dolor voluntate ſuſceptus ſatisfaciendi pro peccatis, & porro cauendi peccata. Atque ita eſt ruina vitiorum, reparatio virtutum: confuſio dœmonum, lætitia Angelorum, & mundi medicina. Et ſi ait S. Greg. Naz. cæteræ virtutes ſint hominibus amabiles: at iſta peccatoribus eſt amabilior.

1. Thalamus eſt illi in hoc; ET NE NOS INDVCAS IN TENTATIONEM. Nam; ait S. Hieron. Per pœnitentiam à tentationibus liberamur dœmonis, mundi & carnis.

2. Vidiſtis eam triplici corona venerandam: ob tres eius partes: Cum veſte omni colori: quod Pœnitentiæ omnes habeat comites virtutes. Siniſtra flagellum gerentem, idq̃ floribus coronatum; dextera pateram ſuaviſſimi liquoris: quo pœnitentibus propinato eorum deformitas omnis in admirandam formæ gratiam vertebatur. Sane Deo tantum ineſt odium peccati, vt, ſi foret poſſibile, ad illud ex anima hominis elidendum, etiam mortem ipſe ſubire nil dubitet. Quod cum non poſſit per ſe; id in aſſumpta natura humana perfecit. Hinc fidelium pœnitentiæ vis omnis dimanat: vt in Sacramento, aut quamdoque etiam voto ſolo nullo non peccata, vt nubes, deleantur. Omnis vis Regum eſt fortunæ: at pœnitentiæ efficacia eſt gratiæ, cui in natura par nihil eſſe poteſt.

Ea tamen exoſa eſt plurimis ijs, qui oderunt ieiunia, confeſſiones, ſcelerumque fugam conſuetorum; quique cum male fecerint, exultant in rebus peſſimis. Væ his, qui in venenum ſibi vertunt pœnitentiæ remedium! Quod vt à vobis malum auertat Deus, *Cantate Domino Canticum Nouum.*

### XV. *Regina Religio.*

Hæc duplex: Communis Chriſti fidelibus, in Mandatorum Dei obſervatione; & Peculiaris, in Conſiliorum Euangelicorum obſervantia profeſſa conſiſtit. Eſtque per vetus: vt pote in Moyſe & Sacerdotibus populo Sanctioribus ad vmbrata: Ab Samuele & Prophetis continuata: ſub Helia, & Heliſæo ſingularius frequentata &



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

culta viguit: Denique ab Iesv perfecta, confirmataque effloreſcere glorioſæ cœpit: Nec alia fuit altior vnquam Religio ea, quam Chriſtus & Apoſtoli duxerunt in humanis. A qua quidem illa Chriſtianorum Communis haud paruo abeſt interuallo. Quantum ſcil. afferre diſcrimen vitæ poteſt ac ſolet profeſſa in rerum communitate Paupertas, Obedientia perfecta, & integra Caſtitas. Quam illa Communis eſſe omnium debet: tam hæc paucorum eſſe dumtaxat poteſt: ab eminentes eiuſdem Excellentias. Quas numero quindecim Reginarum vobis item quindenas recẽſebo. Hæc vnita enim quinta decima, ſuprema cæterarum, in ſeſe harum continet perfectiones: quas inſuper peculiari ſua, velut coronide, auguſtius condecorat. Sunt autem iſtæ.

I. Qvinqvagenæ. *Prima Excellentia ſummæ perfectionis in Religione eſt: Incipientium Diſpoſitio ad perfectionem. 2. Proficientium Continuatio. 3. Malorum exemplum & ordinatio ad minores informandos. 4. Malorũ excluſio. 5. Vitæ puritas ſecurior.*

II. Qvinqvag. *6. Vitæ Contemplatiuæ commoditas & perfectio clarior. 7. Contemptus mundi abſolutior. 8. Debellatio & depulſio dæmonis fortior. 9. Corporis mortificatio, & immolatio perfectior. 10. Feruor Ordini, deuotior.*

III. Qvinq. *11. Conuerſatio fratrum Sanctior, & quaſi angelica. 12. Pœnitentiæ auſteritas ordinatior & durabilior. 13. Hominis totius ſacrificatio, quoad iudicium, & voluntatem, & facultatem plenior. 14. Voluntatis abnegatio pene infinita. Nam & pro obiecto habet infinitum quaſi bonum, quod ſi fieri poſſet, ſemper vellet. Poteſt enim bona infinita nolle aut velle: tam quam libera: ſed habere, vel perſequi non poteſt. 15 Habendi quodcumque renunciatio facta in manus Domini proprij, ſcil. Dei, vt ad Vnum omnia redeant, vnde promanent. Iuxta iſtud: Qui non renunciauerit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.*

Atque ex dictis quindecim, liquido patet diſcrimem inter Religionem ſpecialiter Apoſtolicam & communiter Chriſtianam. Velle affirmare: hanc illi parem eſſe perfectionem aut ſuperiorem; manifeſta eſt hæreſis. Religioſi enim Deo redunt omnia vniuerſim, ſæculares vero tantum hoc vel, illud, pro libitu ſuo. Quin & Epiſcopi tametſi in altiore ſint perfectione Poteſtatis; non tamẽ in maiore Virtutis, quam Religioſi: & id ſæpe, etſi non ſemper.

2. Thalamus Religioni eſt ip iſto: Sed libera nos a malo. Amen. Et recte. Quia Religio, iuxta Aug. ſic religat ad bonum: vt ſoluat ab omni malo: Sic vnit Deo, vt diſſoluat à mundo ſic priuat ſenſu proprio, vt donet hominem angelico. Adeo etiam, ait S. Hieron. tenent homines in terris cum difficultate ſumma: quod in cœlis Angeli cum facilitate.



Duo autem in Religione eminent eximia. Prius, quod actus eius ſit, offerre Deo Latriam: Quo omnes tranſcendit morales virtutes. Alterum, quod conſiliorum Euang. obſeruantiam profiteatur; Quod Fidei, ac Spei ſuperaddit.

3. Vidiſtis eam coronã triplici extructam, ob tria Vota; veſtitu diſcolorem, ob Ordinum varietatem: Dextera crucifixũ: nam Chriſto crucifixi, & mortui mundo ſint Religioſi: Siniſtra libellum gerebat: quod religio ad contemplationem ordinetur. Sub pedibus draconem proterebat: hoc enim religionis eſt proprium, ſubiugare diabolum. Decem eius comites, Reginæ per ſimiles, perfectioni aduigilant Decalogi obſeruandi.

Cum igitur Religioni ſeu Chriſtianæ, ſeu Religioſæ par nihil ſit, vel in pulcritudine formæ, vel gloriæ amplitudine, vel magnitudine præſtantiæ: Omnino qui violauerint eam per apoſtaſiam; porro enormitatis ſcelerum ruant; reliquum ſibi non fecere; niſi deſperati è mortali vita ſeſe in immortalem mortem eiecerint. Ab iſtis proximo ſequuntur interuallo: qui neceſſariam Religionis retardarint reformationem. Tales iſti exiſtunt ſæui Pharaones & Herodes: & cum hiſce ſors illorum erit. Quorum pœnis neu quando conſortes inuoluamini: *Cantate Domino Canticum Nouum.*

## EPILOGVS.

Repetite nunc animis, & memoriam colligite; ſimul audita cum viſis cõparate. Deinde nobiſcum ipſis rationes inite: actus actæque modum vitæ ad formam, & normam Reginarum harum parumper exigite, atque tum demum, futuram prouidentes æternitatem, Beatam aut damnatam; vobiſcum ſtatuite.

Equidem in præſens illud commendo, Pſalterium inquã Chriſti ac Mariæ: Cuius quindenas Orationes Dominicas Reginæ totidem; quindecies vero denæ Domicilla Angelicas Salutationes C. & L. deſignabant: quis iuſtum completur Pſalterium: in quo quia Sanctiſſima ſunt omnia, & verba, & ſignificata: Reginis illis ſunt quoddam Auguſtiſſimum digniſſimumque à Deo poſitum eſſe Palatium eſt exiſtimandum.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Verumenimvero iſtud vos munitos etiam atque etiam velim, nihil hic de reginis, earumque comitatu, humanum cogiteris, inane nihil, aut confictum. Quod facilius equidem pateret; Si eadem ex me ſolũ auditu cognouiſſetis.

1. Verum iam ipſi veſtris oculis conſpexiſtis: & eo in diuino tremendoque Myſterio conſpicati eſtis: in quod cadere fictio nulla, nulla ſuſpicio poteſt.

2. Ea quoque talia contuiti eſtis: quæ ſacra ſunt, ſancta ſunt, planeque diuina.

3. Neque vno, aut paucis eadem ſunt videri cõceſſa: verum pluſquam trecentis hic congregatis.

4. Teſtor veſtros ipſorummet animos, animorumque motus, mire lætos triſtibus permiſtis.

5. Ipſam teſtor ſummam veritatem IESVM, in quo mirabilia ea magna conſpexiſtis.

Quæ illa & qualia? *Humilitatem, Pacem, Lætitiam Spiritus, Patientiam, & miſericordiam. Hic primus Reginarum chorus. Altera in corona ſtabant: Abſtinentia, continentia, Prudentia, Iuſtitia, & Fortitudo. Summa tenebant, Fides, Spes, Charitas, Pœnitentia & Religio ſancta.* Quibus quid altius habet Eccleſia Dai vniuerſa?

XVI. Quapropter iſtæ animis veſtris altiſſime inſideant Reginæ Virtutes; earumque in Pſalterio quotidianã recolite memoriam. Atque ſi vultis, me nunc audite. Iſtud vehementer ſuadeo, vt dictis quiſque virtutibus dies ſibi feſtiuos decernat: quibus ordine ſingulas rite cultas veneretur. Altaria quoque vel deſinet, aut collucet iiſdem ſacra & dicata: in quibus veluti cõſtitutas, aut erectis in ſtatuis effigiatas menti repreſentet. Atque Virtutes eas haud inferiore loco quam ſanctas Diuorum reliquias: quin altiore quoque honore digniſſimas exiſtimate.

Ac ne quis error hac in re cuiuſquam ſubrepat animo: cauſas conſilijs diſcite. Feſtis ariſque rite coli VIRTVTES aſſirmo. 1. Quia, cur Sanctos colamus, cauſa ſunt Virtutes. 2. Deinde: In Diuis ipſæ altiſſime ſuper eminent Virtutes, & per has magnas, ipſi ſunt magni. 3. Accedit gloria Sanctorum admiranda eſt, & veneranda! at glorioſi euolant per Virtutes. 4. Si vero etiam ad Virtutum originẽ animos referatis, eas ab æterno, à diuina Prouidentia dimanare, velut regulas quaſdam diuinæ prædiſtinationis cognoſcetis, ad quas regulari ſaluando diuinæ placuit Bonitati,

Iam



Iam vero, 1. Qua ab æterno exiſtum in Deo, & exiſtent, quid ab ipſo Deo re ipſa diſtent, niſi ratione mera, non video. Quare ea tenus verum eis Latriæ cultum, vt vnis, iiſdemque cum Deo, deberi nemo dubitabit. 2. Qua vero iu Humanitate Chriſti, inque Deipara Maria eminẽt conſpicuæ, planeque beatæ; Hyperdulice venerationem depoſcũt. 3. Qua denique in cæteris Sãctis eædem reſidẽt; Duliæ obſeruantiam ſuo quodam iure ſibi vendicant.

Neque ijs nos Virtutibus humanam aſſerimus naturam, ſed duntaxat Figuram tribuimus: & hanc non iuxta vllam earum ſubſtantiam aliquam, ſed ſecundum vim & efficatiam ſimilem. Ea inquam ratione modoque dicetis Orationem Domini vnam, & decem Angelicæ Salutationes ad memoriam & honorem Humilitatis; Pacis totidem &c. ſicque porro per ſingulos euntes, pie & ſancte Pſalterium per ſoluetis. *Cantate igitur Domino Canticum Nouum quia Mirabilia fecit. Hucuſque Sermo S. P. Dominici, quem ipſe Sponſo Maria nouello reuelauit.*

## APPENDICVLA.

*Et hoc addo ex me, ſcribit idem, ad S. Dominici dicta confirmanda. Ita fecere ſolitam Sanctam quandam legi. Et multos Sanctos Noui ſic oraſſe: qui & viderunt has Dominas in ſpecie ſupra omnem æſtimationem pulcherrimas. Sicut S. Ioanni Eleemoſynario viſa fuit Miſericordia Dei: alteri Gratia Dei. Et vero ſacra Scriptura ſecundum* DEVM, *tota eſt in laudibus Virtutum, ac vituperijs vitiorum, & S. Gregorius adnotauit.*

## HISTORIÆ CONTINVATIO.

XVII. Sermonem iſtum S. Dominicus, non eodem tempore continuum, ſed trina vice diuerſa recitauit, die tamen eodem. Nimirum mane primã partem continuo poſt Diuina peracta: alteram de prandio: tertiam hora veſpertina.

Quod autem S. Dominicus inter dicendum illud ſæpius monuiſſet: omnes quotquot in Dei gratia exiſterent, eaſdẽ in ſeſe ipſis Reginas habere quindenas, pariter & CL. Domicellas: hoc vero non paucis admirationem mouit, ad hæſitationem. Idque ijs, qui eaſdem in ſacroſancto Sacramento conſpirant. Quare Die poſtero, conuenitur à percunctantibus; Ecqui fieri poſſit, etiam iuſtos tanta in ſeſe habere dona, & ſuos ea latere poſſeſſores. Rebantur rem impoſſibilem.

Adhoc obſtupuit Vir Sanctus: & principio inquit: *Sunt in vobis cor, viſcera, & anima,*

qua

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*quæ nunquam tamen vidiſtis. Sunt in multis vobis peccata multa, immania; nec tamen videtis: Quæ ſi clare intueremini, omnes ſimul moreremini. Ita nec Virtutes videtis in iuſtis, nec ipſi conſpicantur præſentes. Excedunt namque omnem viſibilem imaginationem indecore, gratia, vi & efficatia.*

Deinde ſecreta in oratione ad Deum verſus tacite & impenſe obſecrabat vt duritiam populi miſeratus, faceret, quod diuinæ ſuæ clementiæ expedire videretur. Eodem momento Dominus IESVM eum protinus ita ſenſibiliter eum alloquitur: *Confide noli timere, Dic eis: Si velint intra quindenam in ieiunijs, orationibus, alijſque pijs exercitationibus pœnitere, ac per ſacrã exhomologeſin expiati, SS. Synaxin adire ſumendam; fore vt ipſa illa in ſeſe mutuo contuerentur.* Illi pronte ſpondent, ac præſtant. Plurimi ipſe Sanctus Dominicus à confeſſionibus fuit. Ipſa die quinta decima, vtriuſque ſexus, omnis pene ſtatus & ordinis, SS. Euchariſtiam ex ipſius S. Dominici manibus acceperunt; (EPISCOPO RODONENSI NOLENTE: cum Poteſtate ſæculari.)

Et plerique, dum SS. Corpus Domini ſumerent, videbantur ſibi carbonem ignitum recepiſſe vt luxurioſi in contriti, lapidem auari, maſſam publicam indeuoti: Idque ita, vt nullatenus valuerint. Illud vel ex ore emittere, vel per fauces tranſmittere. Quocirca protinus, mortis vicinæ metu, attriti animis purius ſunt confeſſi & integrius, ſicque confeſtim ſacroſanctam Euchariſtiam ſumma cum conſolatione intra ſeſe recipere valebant.

Quam plurimes quoque prædicta Viſio ſeſe oculis reddidit aſpectabilẽ, tum cuique in ſe ipſo tum & in alijs ſancte Communicatis. Simul tanta benedictionis diuinæ gratia delibuti adſpirabantur, vt ex viſionis vehementia extra ſe rapti, & à ſenſibus eſſent abſtracti. Cernebant autem Reginas inter, Virgineſque alias Dominum IESVM CHRISTVM, quem ſuſceperant, Sponſum Virtutum, Maria ſemper Virgine aſſiſtente. Neque mirum: quia in Deitate Euchariſtiæ mundus eſt verius, quam in ſeipſo. Ea cauſa, qui rite SS. Euchariſtiam ſuſcipiunt, hi Deum, & quæcunque in Deo ſunt, recipiunt.

Et quod eſt mirabile: non in Communicatis ſolum, ſed in infantibus quoque, pueriſque innocentibus eadem illa conſpexerunt, & pariter totam pene Curiam cœleſtem. Cauſa liquet: quia ſicut Deus in Beatis eſt omnia in omnibus, per



per gloriam ſic & in viatoribus eſt omnia in omnibus per gratiam.

Ex eo tempore omnia omnium ſtudia in vnum verſa ſũt Sanctum Dominicum. Dux ipſe, Cleruſque totus, vniuerſaque natio, beatos ſeſe prædicabant, ſi in Præſulem Britaniæ Summum, illis habere cõtigiſſet Sanctum Dominicum. Quem honorem ipſo conſtantanter recuſante, vim ſine vi facta per artem excogitauit iſtã, inque executionem perduxit, vt per omnes oras Britaniæ ſeuere mandaret neu quiſquam Sanctum Dominicum pedem afferre, patriaque ſineret excedere, quo vel ſic ad Præſulatũ adigeretur ſubeundum.

Sed fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum. Nam S. Dominicus in Dei ſeſe voluntatem dedit, & ecce ſub oculis circumſiſtentium factus inuiſibilis, eripitur ex oculis vi diuiniore; eripitur Britaniæ: & ipſo eo tempore eſt in Hiſpania repertus vnde Pater eius fuerat oriundus.

Dux in alteram diem iam omnem fieri apparatum mãdarat, vt in dolenſem Pontificem crearetur: is enim id temporis vacabat. Anteuertit autem ad Ducem rumor certus; Sanctũ Dominicũ comparare in momento deſiſſe, neque dum apparere vſquam. Hic Dux mouere omnia emittere quaqua verſus indagatores, totaque Britannia perſcrutari omnia; nec cœpto deſiſtere. Iam ſolidum menſem accerrima tenuerat inveſtigatio, cum ecce per Hiſpannos certam nunciatur, Sanctum Dominicum iam ab menſe ipſo per Hiſpaniam prædicaſſe ſequentibus ſignis.

Hic vero ſumma cunctos inceſſit admiratio, comperto S. Virum per Agilitatis, ac Subtilitatis donum, eodem die ex Britania procul in Hiſpaniam diuina potentia tranſportatum fuiſſe. Ergo ſpes, animiſque incolis reuertit prior. Frequentamur Legationes aliæ ſuper alias ad Sanctum Dominicum exorandum in Præſulem. Quibus ille: *Euangelizare miſit me Dominus, non Epiſcopari. Ite, dicite veſtris; meminerint eorum, quæ viderunt, & receperunt; inque Dei gratia, & timore perſiſtant. Nam ſi infideles eam gratiam cognouiſſent, relictis erroribus in Dominum* IESVM CHRISTVM *credidiſſent.*

Simile idem Sanctus Dominicus Compoſtellæ feciſſe proditur vt narrat noſter F. IOANES DE MONTE, qui fuit Iuris Vtriuſque Magiſter, & SS. Theologiæ Bacalaureus formatus; Sancti Dominici Socius ante fundationem ordinis Prædicarorum: quando prædicta

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cta contigerint, Sancto Dominico ſolum tunc Canonico Regulari agente.

## EXAMEN VISIONIS
### THEOLOGICVM

XVIII. *Quemadmodum autem fieri potuerit, vt prædicta cerni oculis valuerint, an Imaginatione: an ſimplici Intelligentia; an Corporali Viſione de facto dubito.*

Hoc ſcio; Perſonam viuẽtem Nouellũ Mariæ Sponſum, ſimilia ſæpius vidiſſe. *Corporali Viſione* ſic carni Omnia poſuiſſe, haud opinor: de aliquibus tamen excelentiſſimam viſionem aliquam non diffitebor. Neque in toto *Imaginaria* eſſe *viſio* potuit; quando Imaginatio non tranſcendit quantitatem, vt ait Auicenna. Quin tamen decoris apparientia ipſo hoc mundo maior fieri in imaginatione queat, negarit nemo. Quare potiſſimum exiſtimo, accediſſe illa Intellectuali viſione, cum adiuncta forti imaginatione. Quia intelligentia poteſt quid ſine comparatione maius formoſius & excelentius comprehendere, quam quod in corporea eſſe rerum natura putetur. Decor enim minimus animæ rationalis excelentior eſt, & omni exceptione maior quam totius orbis corporei ornatus vniuerſus.

Si quæratur: *Quomodo igitur Virtutes apparuerint humana ſpecie, cum habitus intellectuales non ſint ſubſtantia ſed accidentia? Et cur fœminea potius, quam ſpecie maſcula?* Reſpondeo: 1. Animæ, ſeu mulierum, ſiue virorum, Chriſti ſunt ſponſæ, at mulier tamen eſt ratio deſponſationis: ideo in ſpecie muliebri apparebant. Vnus enim omnium Sponſus eſt ſolus Iesvs Christvs. 2. Accidens vero ſpiritale habere corpoream potuit figuram, colorem, & lineamenta: Quia, ſecundum Dionyſ. Hilar. & Auguſt. Sicut Prophetis in Viſione imaginaria, per velamina rerum ſenſibilium, infinitus diuinæ intelligentiæ, & perprouidentiæ radius manifeſtabatur, quẽ radium Imaginatio Prophetarum non intelligebat quidem, diuina tamen phantaſmata cõſpiciebat. Sic & iſtæ Viſiones imaginatiuæ, erant corporeæ, vt exiſtimo, ſed & intus fuit lumem diuinæ illuminationis quod iſta videntium mentes, eleuabantur ad immenſa quædam, ac diuina dona contuenda, eas tales per imagines repræſentata. Sic Daniel, ſic Iacob, &c. Mens tamen eorum haud quaquam infra corporea remanebat, ſed à Deo ad altiora euehebatur. Vnde quamuis imaginationes viſæ, quoad decorem ſuum, eſſent ſecundum imaginationem finitæ; quaſi infi-



nitæ tamen erant, reſpectu corporum, ſecundum mentem; Idque ex diuina deſuper irradiatione.

Et hæc S. Dominicus, ſe feciſſe, alicui perſonæ, ſcilicet Nouello Mariæ Sponſo, ſatis mirifice demonſtrauit.

* *
*

FINIS SERMONVM S.P. DOMINICI.

---

# PARS QVARTA
## BEATI
# ALANI DE RVPE
## REDIVIVI.
## DE
## SERMONIBVS ET TRACTATVLIS
## EIVSDEM.

### CAPVT XXIV.

*Sermo I. Auſpicatorius in Tertium Sententiarum F.* Alani *de Rupe, Ordinis Prædicatorum Prouinciæ Franciæ, Nationis Britanicæ: in Promotione ſui Bacalaureatus, in alma Vniuerſitate Roſtochienſi, anno* M. CCCC. LXXI. *in Octaua S. Auguſtini.*

De admiranda Salutationis Angelicæ Dignitate.

Thema.

*Qui conuertit petram in ſtagna aquarum, & Rupem in fontes aquarum.* Pſ. 113.

Honorande Do. Doctor, ſacræ Paginæ Profeſſor emerite, ac Almæ Theologicæ Facultati Roſtochienſis Decane colendiſſime; Præceptor, Tutor & defenſor: Singulariſſimi Magiſtri, Doctores, Bacalaurij tam Religioſi, quam Seculares, cæterique Graduati tanquam fontes viui in Petra & Rupe Chriſto fundati, ſemper mihi amantiſſimi.

*Lector hunc ſermonem, accura-*

cta contigerint, Sancto Dominico ſolum tunc Canonico Regulari agente.

## EXAMEN VISIONIS THEOLOGICVM

XVIII. *Quemadmodum autem fieri potuerit, vt prædicta cerni oculis valuerint, an Imaginatione: an ſimplici Intelligentia; an Corporali Viſione, de facto dubito.*

Hoc ſcio; Perſonam viuẽtem Nouellũ Mariæ Sponſum, ſimilia ſæpius vidiſſe. *Corporali Viſione* ſic carni Omnia poſuiſſe, haud opinor: de aliquibus tamen excelentiſſimam viſionem aliquam non diffitebor. Neque in toto *Imaginaria* eſſe *viſio* potuit; quando Imaginatio non tranſcendit quantitatem, vt ait Auicenna. Quin tamen decoris appatientia ipſo hoc mundo maior fieri in imaginatione queat, negarit nemo. Quare potiſſimum exiſtimo, accediſſe illa Intellectuali viſione, cum adiuncta forti imaginatione. Quia intelligentia poteſt quid ſine comparatione maius formoſius & excelentius comprehendere, quam quod in corporea eſſe rerum natura putetur. Decor enim minimus animæ rationalis excelentior eſt, & omni exceptione maior quam totius orbis corporei ornatus vniuerſus.

Si quæratur: *Quomodo igitur Virtutes apparuerint humana ſpecie, cum habitus intellectuales non ſint ſubſtantia ſed accidentia? Et cur fœminea potius, quam ſpecie maſcula?* Reſpondeo: 1. Animæ, ſeu mulierum, ſiue virorum, Chriſti ſunt ſponſæ, at mulier tamen eſt ratio deſponſationis: ideo in ſpecie muliebri apparebant. Vnus enim omnium Sponſus eſt ſolus Iesvs Christvs. 2. Accidens vero ſpiritale habere corpoream potuit figuram, colorem, & lineamenta: Quia, ſecundum Dionyſ. Hilar. & Auguſt. Sicut Prophetis in Viſione imaginaria, per velamina rerum ſenſibilium, infinitus diuinæ intelligentiæ, & perprouidentiæ radius manifeſtabatur, quẽ radium Imaginatio Prophetarum non intelligebat quidem, diuina tamen phantaſmata cõſpiciebat. Sic & iſtæ Viſiones imaginatiuæ, erant corporeæ, vt exiſtimo, ſed & intus fuit lumem diuinæ illuminationis quod iſta videntium mentes, eleuabantur ad immenſa quædam, ac diuina dona contuenda, eas tales per imagines repræſentata. Sic Daniel, ſic Iacob, &c. Mens tamen eorum haud quaquam infra corporea remanebat, ſed à Deo ad altiora euehebatur. Vnde quamuis imaginationes viſæ, quoad decorem ſuum, eſſent ſecundum imaginationem finitæ; quaſi infi-



nitæ tamen erant, reſpectu corporum, ſecundum mentem; Idque ex diuina deſuper irradiatione.

Et hæc S. Dominicus, ſe feciſſe, alicui perſonæ, ſcilicet Nouello Mariæ Sponſo, ſatis mirifice demonſtrauit.

* *
*

Finis Sermonvm S.P. Dominici.

---

# PARS QVARTA BEATI ALANI DE RVPE REDIVIVI. DE SERMONIBVS ET TRACTATVLIS EIVSDEM.

## CAPVT XXIV.

*Sermo I. Auſpicatorius in Tertium Sententiarum F. Alani de Rupe, Ordinis Prædicatorum Prouinciæ Franciæ, Nationis Britanicæ: in Promotione ſui Bacalaureatus, in alma Vniuerſitate Roſtochienſi, anno M. CCCC. LXXI. in Octaua S. Auguſtini.*

De admiranda Salutationis Angelicæ Dignitate.

Thema.

*Qui conuertit petram in ſtagna aquarum, & Rupem in fontes aquarum.* Pſ. 113.

Honorande Do. Doctor, ſacræ Paginæ Profeſſor emerite, ac Almæ Theologicæ Facultati Roſtochienſis Decane colendiſſime; Præceptor, Tutor & defenſor: Singulariſſimi Magiſtri, Doctores, Bacalaurij tam Religioſi, quam Seculares, cæterique Graduati tanquam fontes viui in Petra & Rupe Chriſto fundati, ſemper mihi amantiſſimi.

*Lector hunc ſermonem, accura-*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*tiore cura conſcriptum ab B. Alano reddimus ad verbum: cæteros tolerabiliore ſtyllo contraxi, niſi quod exempla ſubiecta explicatius enarraui.*

## EXORDIVM.

Doctor Petrus Bleſenſis ornatiſſimus, in ſermone quodam de Virgine Mariæ, inquit: Illa eſt petra, de qua peccator ſugit *Mel*: quin immo & *Butyrū* ad animæ & corporis ſaluificū medicamentum: *aquarum viuā* ad macularum ſiue criminum faciliimam purgationem, ſatis ſatiationem, & totius hominis prouentum; ſalire faciens poſt hanc miſeriam in vitam æternam.

A
*Alanus fit Baccalaureus.*

Vt ergo *ego frater Alanus de Rupe*, de Rupe theologica in hoc principio Tertij ſententiarum pro mei Formatus indigniſſimi forma Baccalaureatus valeam aquam ſapientiæ proferre auditoribus, mundare immundos ab immunditia, ſatiare ſitim in ſitibundis, & ſanare infirmitatem in ægrotis; (Quoniam teſte *beatiſſimo Auguſtino*, patre noſtro: cuius hodie octaua agitur.) Aqua ſapientiæ ſalutaris doctrinæ mortuos viuificat, infirmos ſanat, mundat immūda, & ſanat ægrota in pœnitentiarum ad iſtam dulciſſimam Rupē Virginē Mariā recurro (quæ nobis fontem ſapientiæ Filium Dei genuit, de quo dicitur: *Ego fons ſapientiæ in altiſsimis habito*) Salutatione Angelica eam ſalutādo, mente pia & ſermone iucundo, *Aue Maria gratia plena Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus Ventris tui Ieſus Chriſtus homo verus & verus Deus, quem virgo mater concepiſti per Spiritum ſanctum, cum Gabrieli reſpondiſti hoc verbum ſaluificum: ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum, Amen.* Da mihi hic gratiam ſalubriter auſpicandi, & iſtis potentia virtuoſe audiendi. THEMA. *Qui conuertit petram in ſtagna aquarum, & Rupem in fontes aquarum.*

*Eiuſdem ſingulare Aue c. 11*

Metuentiſſime do. Doctor, petra mihi fundens oleum ex riuulis ſapientiæ tuæ, cæteriſque Domini & Magiſtri, lapide prætioſo Rupis ſapientiæ adornati.

*Explicatio thematis quadruplex.*

1. Trinitas beata in deſerto per Moyſem duriſſimam petrā conuertit in flumina aquarum, & rupem aridiſſimā, loquendo *ad literam*, cōvertit in fontes viuos aquarum.

2. *Allegorice* aut ipſe Chriſtus eſt petra, de quo Apoſtolus *Petra autem erat Chriſtus*. Quæ petra (ſecūdū gl. ordinariam) conuerſa eſt in ſtagna aquarum per conuerſionem populorum multorum ſaluificam. Et ipſa ru-



rupis eſſent conuerſa in fontes aquarum ſecundum 7. fontes Sacramentorum, iuxta Ambr. de ſacramentis.

3. Sed moraliter Chriſtus cū Virgine Maria conuertunt peccatores duros, vt petra & rupis, ſecundum Baſil. in ſtagna viua & fontes aquarum lamentationis & pœnitentiæ veræ munditiæ & perfectæ ſapientiæ.

4. Quinimo & loquendo *naturaliter*; ſemper de montibus altis (cuiuſmodi ſunt rupes) fluunt flumina & fontes, ſecundum Iſid.

5. Deinde *anagogice* Petra, Chriſtus & rupis diuina in gloria, conuertitur in ſtagna & fōtes aquarum; quando facit ſalire animas ſecundū Chryſo. in vitam ęternam, quæ ſignificari habet per fontem aquæ viuæ paradiſi, prodeuntem de throno Dei, vt Ioannes vidit in Apoc.

*Propoſitio generalis.* Domini præſtantiſſimi quintuplici medio thema aſſumptū volui pertractare, *Qui conuertit petrā in ſtagna aquarum & rupem in fontes aquarum.*

Attamen domini cariſſimi, quia ſecundum *Albert. Magnū*, petra habet quatuor proprietates. Nam *primo* habet laudabilē firmitatē non de facili mobilem, ſed adverſis reſiſtentē. *Secundo* habet poteſtatē alia ſuper ſe fundantem & conſtāter ſuſtinentem. *Tertio* habet atritionem per ſui humiliationem & pedum atritionem. *Quarto* habet eminentiam in ædificiorum extollentiam & diuitiarū abſconſionem. Propterea & in hoc præſenti actu, rupe Chriſto fauente, & petra Angelica: ego frater Alanus de Rupe tam quam Chriſtianus à Chriſto poſt conſumationem primi & ſecundæ ſententiarū; quatuor ſunt facturus, more ſolito formandorū ſacræ Theologiæ Baccalaureorum.

*Partitio.* I. Oſtendā Theologiæ laudabilem firmitatem; præconia eius quindecim ponendo; mirificas rupis Salutationis angelicæ excellentias.

II. Diſputatur, præmittā poteſtationem fieri ſolitam tamque fundamentalem, in rupe Chriſto poteſtatem totam præſentis operis & operationē ſuſtinentem. III. Recitabo quorundam magiſtrorum corū opinionem, rupis iſtius ponēdo atritionem & conculcationem. Rationem ponam, eminentem ſuper ſalutationis Angelicæ rupem fundatam: ex qua cunctæ mundi diuitiæ eminentiæque ſimiliter ſunt exortæ & delitiæ *ſecundum Ber.*

Primo igitur eſt Theologiæ laudabilis firmitas cuncta ſuper ſe fundans, propter ſuam immobilitatem. Quod, vt clarius

tius fiat ex Rupis proprietatib. hoc oſtendemus. Quæ, *ſecundum Iſid. in lib. Ethic.* quatuor

*1. Quia eſt alta. Vt 1. ſẽtentiarũ eſt.*

habet proprietates. *Primo* habet altitudinem firmiſſimam, verſus cœlum protendentem. & quoad hoc, eſt primus liber ſententiarum, qui eſt de Rupe altiſſima Deitatis & infinita poteſtate Trinitatis, de qua dicitur ad Romanos 11. *O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quæ incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.*

*2. Lata.*

Secundo Rupis habet ſtationis latitudinem, ciuitates, & oppida fundantem, templa & caſtra & palatia ſuſtinentem,

*Vt 2. ſẽtentirum eſt.*

difficulter acceſſibilem. Et quoad hoc eſt liber ſecundus ſententiarum: qui eſt de lata mundi creatione, eiuſque ſapientiſſima gubernatione, & conſervatione: nec non de vitiorum omnium deſtructione. Et hoc tangitur cum dicitur: *In ſtagno aquarum.* Per quæ, *ſecundum Chriſtum* intelligitur vniuerſitas creaturarum, vt merito dicatur in propoſito, quod in Iob reperitur, *Latior mari longitudo eius.* Et in Pſalmo: *Latum mandatum tuum nimis.*

*3. Specula aſtrorum.*

Tertio Rupis admirabilem habet charitatem aſtrorum: primo lucem ſuſceptibilem ex hoc in alia refundentem, gemmarumque in ſe obtinens refulgentiam. Quod fit in tertio libro ſententiarum, de quo eſt ad propoſitum. Quod tangitur cum dicitur: *Et Rupem*; Quæ Rupis, *ſecundum Auguſtinum & Iſiderum.* Primo a ſole illuminatur, & ob hoc varijs affectibus cœleſtibus, *ſecundum Pralationem*, motu lune & influentia fœcundatur. Vnde in Iob dicitur, quod *Aquila habitat inacceſſibilib. Rupibus*, quæ tamen Aquila ſemper petit clara, *ſecundum Albertum & Bartholomæum.*

*Vt 3. Sẽtiarum eſt.*

*4. Ferox eſt Rupis.*

Quarto Rupis mirabilem habet vbertatem plantarum omnium: habet etiam amœnitatem herbarum diuerſarum, medicam Dei vim habentium aromatum, & fructum ineffabilium copioſam abundantiam *ſecundum Ambroſ.* Cuius ratio eſt *ſecundum Albertum*, quia trahit ad ſe terræ circum iacentis virtutem, & materiam habet magis digeſtam, amplius ſubtilem, vi aſtrorum deputatam. Ob hoc fructus ibi ſunt ſuabiores, quam in campeſtribus, & herbæ virtuoſiores, vinaque ſaniora, *ſecundum Auicennam.* Quod tangitur cum dicitur, *In fontes aquarum.* Et hoc in quarto ſententiarum magiſtri Lombardi Pariſienſi digniſſimi Epiſcopi. Vnde merito pro quarto dici poteſt, quod ſcribitur Iudicum decimo octauo. Inuenimus ibi

*Vt 4. Sẽtẽtiarum*



ibi terram opulentam & vberé. Vnde Ezequiel dicitur *In paſcuis vberrimis paſcam eos* Duobus igitur partis in primo & ſecundo libris expedit, nunc tertium pro tertio libro ſententiarum in noſtro formatu, vt eumque abſoluendum reſtat.

*Tertij Sẽtentiæ partis.*

Quod de claritate Rupis illuminatiua, purgatiua, & perſpectiua? *ſecundum ſententiam Dionyſii.* Quæ claritas, ſecundum *B. Anſelm.* eſt triplex Interna, ſuperna & humana. *Prima* claritas, Rupis eſt interna, & hæc eſt fœcundatiua, & variorum lapidum prætioſorum, ſcilicet bonorum operum, generatiua.

*Claritas Rupis triplex.*

*1. Interna fœcundans ad bona opera.*

De qua in 15. Pſalmis diſtinctionibus tertij, quæ ſunt de claritate Chriſti incarnationis Beatiſſimæ. In quæ *ſecundum Auguſt. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt*, Ioh. 1. Per quam ſol iuſtitiæ eſt factus homo illuminans totam noſtræ mortalitatis deficientiam. Iuxta illud; *Illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum.*

*2. Externa de Chriſti paſſ. reſu. glor. &c.*

*Secunda* autem claritas Rupis, ſecundum eundem *Anſel. & Iſidorum* eſt externa ſiue humana, qua homines illuminantur, quæ ſuis in ædificijs commorantur, & à longe cuncta videntur non ſolum proſpera, ſed etiam adverſa.

De qua agitur in ſecunda parte tertij ſententiarum, quæ eſt de claritate Rupis Chriſti ſeptena in ſeptem diſtinctionibus, quæ ſunt de paſſione, reſurrectione, glorificatione, & Chriſti aſcenſione, à diſtinctione ſexta decima vſque ad diſtinctionem vigeſimam ſecundam incluſiue. De quibus quantum ad paſſionem, gloriam Chriſti & aſcenſionẽ dicit *Bernard.* Doctor ille melliſluus. Quod ſol iuſtitiæ Chriſtus Dominus noſter mane ortus eſt in natiuitate, ſed paſſus in meridie, totum mundum flamma ſuæ charitatis inflammando; & ſero occubuit moriendo. Iterunque, tertiæ diei aurora reſurrexit, ſanctis mullieribus apparendo.

*3. Superna virtutum omnium.*

Tertia autem claritas Rupis eſt ſuperna, quæ eſt omnium virtutũ comprehenſiva in fœlicitate amæna & iucunditate æterna. De qua agitur in decem & octo vltimis diſtinctionibus tertij ſententiarum, à vigeſima tertia diſtinctione incluſiue vſque ad quadrageſimam tertiam finalem. Iſta autem claritas, cum ſit de virtutibus tam Theologicis quam humanis quibus peruenimus ad ſuperna, *ſecundum Hieron.* quia illa promeremur vnde in ſupernis præmiabimur, merito tertiæ claritati Rupis noſtræ deificæ eſt aptanda.

*De prima* autem trium claritate

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tate dici poteſt, quod ſcribitur Sapientiæ; *O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate*; vt habet alia translatio. Et in Exodo habetur: quod filij Iſrael videbant montem fumigantem cum igne & voce & lampadibus, &c. *De ſecunda* claritate dici poteſt quod ſcribitur, *Claritatem non accipio ab hominibus.* Et Macchabæorum: *refulſit ſol in clipeos aureos, & reſplenduerunt montes ab eis*, Id eſt, Rupes, quia Rupes ſunt montes altiſſimi, *ſecundum Iſidorum & Bartholomæum*, libro de naturis rerum. *De tertia* vero claritate dici poteſt, quod ſcribit; *Dedit illi Claritatem æternam.* Et in Euangelio vbi dicitur, quod *Dominus transfiguratus eſt in mõte Thabor, & quod Charitas Dei circumfulſit illos.*

*Propoſitio ſpecialis de XV. Claritatibus 3. Senten.*

Duobus igitur membris vltimis cauſa breuitatis dimiſſis, nunc primum eſt abſoluendum: quod eſt de claritate interna Theologię, ſecundum quindecim claritates, quæ ſecundum quindecim primas tertij habentur diſtinctiones, generationem Filij Dei temporalem comprehendentes. O igitur honorande domine Doctor, cæterique ſacræ Teologiæ auditores amātiſſimi: quam magna & excelſa eſt ſanctiſsimæ Theologiæ? eminentia reſpectu noſtræ indigentiæ? O quam neceſſaria noſtræ nunc eſt miſeriæ! O quam eſt amabiles, optabilis & concupiſcibilis mortalibus vniuerſijs! Sed cur hoc? Quia docent inuenire, in quindecim primis diſtinctionibus. Tertij Rupem vnam infinitam, cunctas diuitias habentem, omnem claritatem continentem, omnem virtutem poſſidentem, quam cũ habuerimus cunctis bonis abũdabimus male procul pulſis vniuerſis.

Sed *quæ eſt præclara hæc Rupis tam magnifica?* Audite quæſo, audite ſapientes, audite intelligentes, docti pariter & indocti.

*AVE eſt Rupis laudatiſſima.*

Hæc inquam, eſt *Salutatio Angelica*, quæ eſt, Rupis altiſſima, Rupis latiſſima, Rupis clariſſima, Rupis vberrima Sua altitudine ſublenans cunctos ad cœleſtia: ſua latitudine ſuſtentans vniuerſa: ſua claritate illuminans abſcondita ſingula: ſua vbertate recreans & reficiciens omnia.

O ameniſſima Rupis, ad te confugiemus, & à malis liberi erimus! In te ſtabimus, & in tribulatione in conſtantia & mutabilitate grauati nõ erimus. Te aſſidue videbimus, & vndique tanquam ſtellæ matutinæ fulgebimus. In te requieſcamus cognoſcendo, amãdo, operando, & vbertate domus Dei abudanbimus, & conuerſatio noſtra non in terris ſit, ſed in cœlis.

Cui concordant verba Auguſtini in ſermone pulcherrimõ de Salutatione angelica dicentis, *Quid dicam de montibus, quos ſacra mihi nominat pagina? 1. In monte Sinai data eſt lex antiqua, ſed in monte Salutationis angelica data eſt lex noua. 2. In monte Gariſym & Hebal terreſtres ſunt data maledictiones: at in Rupe benedictiones. 3. In monte Hor Aaron ſepelitur, ſed in hac Rupe benedicta Dei Filius naſcitur. 4. In monte Lybani aromata cuncta pullulant, ſed in Rupe iſta virginea cœleſtia continentur totiusque mundi medicamina. 5. In monte Maria Templum Dei fundatum eſt, ſed in hac Rupe benedicta filius Dei eſt homo factus. 6. In monte Thabor apparuit gloria Trinitatis, ſed in hac Rupe benedicta facta eſt primitus in humanitate aſſumpta gloria Trinitatis.*

*Cõparata cũ mõtibus V. T. ſalutatior eſt.*

*Quid mihi ergo de alijs montibus in quibus cum deſſicultate aſcendo, cum timore ſto, cum eſurie & ſiti plurimum deficio, atque in quibus infirmatus, tandem morior cum Moyſe & Aaron me in immenſum maioribus? Sed in hac angelica Rupe proficio, fatigatus reficior, infirmatus ſanor, mortuus ſuſcitor, ſitiens & eſuriens reficior; & ſicut per ſcalam Iacob cæleſtia contemplaturus & ibi in æternum commoraturus gaudenter, & potenter & ſecure conſcendo, nunquam poſtea damnum paſſurus.* Hæc ille.



*Cur tres Quinquag. In Aue ſunt XV. Voces categoricæ: tres ſyncategor. Ratio Numeri CL. In hac Rupe ſunt XV. lapifodinæ.*

Iſta autem Rupis clariſſima Salutatio ſcil. Mariana, quindecim habet principalia verba Categorematica; & tria ſincategorematica, ſcil. tecum: in, & ex: quibus datur intelligi quod ter quinque debent ibi poni *Pater noſter & quindecies decem Aue Maria*, quæ faciunt centum & quinquaginta ſecundum numerum Pſalmorum Dauid Pſalterij.

Hæc igitur eſt Rupis Trinitatis digniſſima, in qua ſunt quindecim lapifodinæ; ſecundum quindecim genera potiſſima lapidum præcioſorum. Quia dictum eſt de Virgine Maria *quod ornata eſt omni lapide precioſo.*

*Modus Pſ.*

Et ita in Pſalterio Angelico ſunt centum & quinquaginta Aue Maria: id eſt tria ſerta; quorum primum eſt reſpectu Deitatis, quia *Dominus tecum.* Secundum eſt reſpectu Incarnationis, cum dicitur, *In mullieribus.* Tertium vero ſertum eſt reſpectu paſſionis; cum dicitur, *& benedictus fructus*, qui ſcil. eſt appenſus in arbore crucis. Quæ tria ſerta habentur per tria præhabita ſyncategorematica. Nam primũ, *tecum* dicitur reſpectum Deitatis; quia ſibi Dominus iungitur. Secundum ſcil. *In*, reſpectu Incarnationis, quia mullieribus generantibus apponitur: Tertium autem ſcilic. *Et*, accipi-

pitur reſpectu paſſionis; quia ei benedictus fructus additur. Quæ benedictio & fructificatio non eſt facta completive niſi in Paſſione.

*In Aue ſunt XV. voces.*

Itaque cum (vt dictum eſt, ibi ſunt tres Quinquagenæ & in quolibet Aue Maria illarum quinquegenerarum ſunt XV. verba id eſt lapides precioſi) ſc. *Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus; & benedictus fructus ventris tui Ieſus Chriſtus. Amen.* Ibi erunt quindecies decem, id eſt centum & quinquaginta Rupes Angelicæ: quæ in quolibet Pſalterio offeruntur Matri Dei, quæ ſimal ſumptæ cõtinent in ſebis mille, ducentos, & quinquaginta lapides precioſos. Tot enim ſunt verba principalia in centum & L. Salutationibus Angelicis. Quorum quilibet lapis precioſus deuote oblatus Virgini Mariæ, plus valet omni lapide precioſo totius mundi.

*In Pſa. ſunt 2250. vocula.*

Quinimo domini præſtantiſſimi, ſeruique Virginis Mariæ deuotiſſimi: cũ in quolibet Ave Maria ſint quindecim, id eſt ter quinque lapides precioſi, quodlibet Aue Maria coronã facit Virgini glorioſę contextam ex quindecim lapidibus precioſis. Et ita erunt centum & quinquaginta coronæ Regales in quodlibet Pſalterio.

*Aue eſt corona.*

*Præſtantia Pſalterij.*

Quarum quælibet, etiam minima, plus valebit, quam vniuerſæ Regum & Reginarũ, Imperatorum, & quarumcumque bonarum coronæ; vt non immerito ſeruientes Virgini Mariæ in ſuo Pſalterio ſint Reges & Reginæ, qui tantis coronantur in dies coronis Reginam gloriæ.

*Hinc Coronarij ſunt Reges.*

*Parteneſis ad Pſ.*

Nũc igitur dulciſſimi Pſaltes Virg. Mariæ, magnum eſt laus Theologiæ. Imo maxima, docens nos inuenire tantam Rupem, in qua ſunt XV. tantæ lapifodinæ, inuentamque offerre Genitrici Dei Beatiſsimæ, & cum oblata ipſam Dominam Mariã, centies & quinquageſies in die coronare, coronatamque adornare duobus millibus ducentis & quinquaginta lapidibus præcioſis; quorum minimus plus valet toto iſto mundo corporeo.

Sed quia ſignificationes in vniuerſali minus proficiunt, *primo Ethnicorum*, nunc in ſpeciali per ſingularia ſunt cuncta verba declaranda, q̃ verba quindecim lapidibus Theologiæ admirabilibus, vtilliſsimis, & ſumme neceſſarijs ſunt conſumanda. Merito ergo Deus *conuertit petram in ſtagna aquarum & Rupem in fontes aquarum.*

I. QVIN-



## I. QVINQVAGENA pro

*1. Adamante Innocentia. 2. Carbunculo ſapientia. 3. Margarita gratia. 4. Iaſpide Plenitudinis. 5. Saphyro Dominationis.*

PRIMA igitur omnium, laus, ò amantiſſimi amatores diſcipulique Virginis Mariæ, ſacræ paginæ eſt; quod in prima diſtinctione tertij ex innocentia convenientiſsimæ incarnationis Filij Dei, tam ex parte Dei, quam hominis docet nos Virgine Mariæ Reginæ innocentiæ; primum lapidem offerre precioſum primæ lapifodinæ Rupis Angelicæ, ſcil. AD AMANTEM. Qui lapis dicitur lapis INNOCENTIÆ, qui offertur, cum deuote dicitur Virgini Mariæ AVE. Nam *Ave ſecundum Auguſt*. dicitur quaſi *ſine va* maledictionis vel culpæ, in quod innocentia declaratur pręclare Mariæ. Secundum *Iſid*. Adamas nulla materia frangitur à nullo vincitur, nullo polluitur vel commiſcetur. Solo autem ſanguine hirci frangitur.

*Adamas Inncẽtia.*

Eſtque lapis maxime amoris, & fugatiuus dœmonis; quem quidam vocant *Dyamantem*, quaſi duorum amorem metentẽ ſiue menſurantem: Amantiſſima autem Virgo Maria glorioſa *ſecundum Anſelmum* eſt illa, quæ tanta puritate debuit nitere, qua maior ſub Deo nequit inueniri. Vnde in Canticis; *Tota pulcra eſt Amica mea, & macula non eſt in te.*

*Et puritatis.*

Sed ratione manifeſta oſtenditur omni iure quod tanto lapide à cunctis debeat honorari. deuote; qui habet ſummã innocentiam in ſe & in vniuerſos diffuſiuam & diffuſe conſervatiuam; & conſeruate gubernatiuam; omnium, inquam, iure diuino, naturali, & humano: Sed Virgo Maria eſt huiuſmodi: Quia, vt inquit *Ambroſ. in Sermone de Aſſump*. Quid referimus tibi laudis, ò innocentiſſima Virgo Maria, per quam mortua reparata eſt innocentia & viuificata? tu eſt enim arbor vitæ, extra quam rami omnes ſunt ſine fructu & in morte. Hæc ille.

*Debet B. V. M. offerri.*

Sed fortaſſis quidam veſtrũ dicent; *Quantum valet hic adamas dictus Aue?* 1. Ad quod indubiè reſpondeo: quod plus valet omnibus lapidibus precioſis oblatis in deſerto à filijs Iſrael pro tabernaculo (quod multum mirabile eſt.) 2. Immo plus valet lapidibus precioſis Salomonis, quos dedit in templo Hieruſalem: vel habuit in theſauris ſuis: quod immenſum eſt. 3. Quinimo plus valet cunctis lapidibus precioſis, quos habuit Arcturus Rex Britonũ, Carolus Magnus, Dauid, Ciſ-

*1. Obſuũ pretium.*

bB qua-

qualus: tres Reges Britonum, & quicunque alij fideles vnquam habuerunt: & templis & reliquias Sanctorum dederunt.

*2. Ob ſuã magnitudinem.* Sed de nouo petitis: *Quanto maior eſt hic adamas Aue: omnibus innumeris prædictis.*

Ad hoc conſtanter reſpondeo; quod tanto maior eſt, quanto totum cœlum vna ſtella: quia minimum *ſecundum Auguſt.* cœleſtium honorum maius eſt maximo corporeorum.

*3. Ob meritũ apud B. M. V. Simile.* O igitur vos omnes filij deuoti Virginis Mariæ audite, & meæ interrogationi reſpondete; Nonne ſi darem vobis qualibet die centum & quinquaginta Adamantes, quantũcumque eſſetis inimici mei, mihi placaremini, & ad vota mea eſſetis parati? Quinimo: Nonne etiam amplius me amaretis omnem noxam dimittendo, & gratiam veſtram mihi pro viribus communicando? Quod ſi ita eſt. Sequitur manifeſte, quod Virgo Maria pro quolibet Pſalterio ſibi deuote oblato maiora donauit. Quæ eſt Adamas amicitiæ, pellens

*Quod immenſum.* omnem vim dæmonis, fructus ſanguinis Chriſti hœdi immaculati, quanto animam ſuam compaſſionis gladius pertranſiuit. Abſque dubio à minore ad maius affirmatiue concedere oportet. Quia ſcriptum eſt: *Date & dabitur vobis.* Nam ſecundum *Originem*, in rebus mundanis dabitur centuplum, in corpore millecuplum, in anima deciesmillies, in morte cẽtiesmillies, & poſt mortem millemillies.

*Ergo offerre B. V. AVE.* Qui ergo vultis ditari, & in brebi recipere innocentiam: placate Mariam, & facite vobis Regnum precioſum, & in iſto mundo per gratiam, & in futuro per gloriam. Accedite ad Rupem iſtam Salutationis Angelicæ, offerendo Virgini glorioſæ quodlibet die quinquagies adamantem innocentiæ, ſcilc. Ave. Quoniam ſic offerendo, ſalutabitis Imperatricem totius mundi multomagis amãtem quemlibet peccatorem, & multoamplius quemlibet digne eam ſalutantem: quam quæcumque Imperatrix vel Regina vnquam dilexerit mortalem quẽcumque viuentem. Imo plus vno toto mundo Imperatricum, toto poſſe naturali amantium. Quia charitas Virginis glorioſæ *ſecundum Auguſt.* excedit amorem totius mundi naturalẽ: non tantum corporeum, verũ etiam Angelicum. Ergo à minore ad maius: vt ſitis ſine væ, Mariæ ſæpius offerte Adamantem præmiſſum. Merito ergo *Deus conuertit petram in ſtagna aquarum*, virtute horum lapidũ precioſorum.

Secunda laus ſacræ paginæ; O benigniſſimi filij Virginis Mariæ eſt, quod in ſecunda di-



ſtinctione tertij ex ſapientia modum faciente vnionis naturæ humanæ & diuinæ: ſapientiſſime docet nos offerre Virgini Mariæ Imperatrici ſapientiæ, ſecundum lapidem precioſum ſecundæ lapifodinæ huius

*Carbunculus Sapientiæ.* *Rupis Angelicæ*, Salutationis, videlicet CARBVNCVLVM, cũ dicitur MARIA. Vt Sapientiã habeamus, & illuminationem amplius obtineamus à Virgine glorioſa, qam ſi ei temporalem ſapientiam totam offerremus, de non ſciente, faciendo eam ſapientiſsimam. Quia minimũ orationis deuotæ *ſecundum Bernh.* Beatiſsimum Mariæ Secretarium, maius eſt ſapientia totius mundi Philoſophorum, & maiori præmio remunerandum.

*Debet offerri B. V. M.* Ratio autem huius oblationis eſt: Quia Maria *ſecundum Remigium & Hieronimum* dicitur quaſi illuminatrix vel illuminata: quod ad ſapientiam pertinet, *ſecundum eoſdem.*

Huiuſmodi autem carbunculus in aqua ardet; & nocte vt carbo ignitus, lucet; terrores fugando fantaſmatum; & diſcretionem conferendo in agendis, & in dubijs mentem ad certa deducendo, adminus diſpoſitiue, *ſecundum Iſidorum & Lapidarium.* Propterea lapis hic apud Reges precij eſt incomparabilis.

Quas conditiones ad plenum

*1. Quia genuit Sapientiã mũdo,* habet Maria Virgo glorioſa. Quoniam teſte *Bernh.* genuit æternam ſapientiam: idcirco mundo cæco ſapientiæ cœleſtis dedit claritatem: Veluti ſapiẽtiſsima. Abigail vxor Nabal Carmeli, imo in immenſum amplius. Sed ratione manifeſta panditur, à toto mundo, ſic eam debere ſalutari in Pſalterio Angelico. Quia quicumque habet ſummam ſapientiam collatiuam, conſeruatiuam, & gubernatiuam totius mundi: à cunctis debet honorari, vt patet teſtimonio *Senecæ.* Sed Beatiſſima Virgo Maria eſt huiuſmodi teſtim. *Bernh.* Vnde dicitur de ea Eccleſ. 24. *Ego Mater pulcræ dilectionis & timoris, & agnitionis & ſcientiæ ſpei.* Si ergo vultis habere ſapientiam illuminatiuam, ſæpius ſalutate Mariam. Quia *teſte Ambroſ.* ſole clarius lucet hæc ſtella in fidelium mentibus, & recipietis centuplum in præſenti. Quia minimum deuotæ orationis, *ſecundum Anſel.* plus valet tota mundi corporea claritate & humana prudentia.

*2. Quia eſt maximi meriti. Simile.* Sed forte inter vos dicitis; *Quanti valoris eſt iſte carbunculus Maria.* Ad quod brebiter reſpondeo; Maioris eſt valoris, quam ſi offerres Virgini glorioſæ, pro qualibet vice tot carbunculos, & æque magnos; quot ſunt ſtellæ in firmamento cœli, teſtimonio *Auguſtini*, di-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

centis; Minimum lucis gratiæ maius eſt tota mundi corporea luce. Et non ſolum iſte carbũculus Maria æque magnus eſt vel modicum maior iſtis; verumetiam tanto excellit omnes hos, quanto totus mundus excedit minimum mundi carbunculum.

*3. Quia eſt maximi meriti. Simile.*

O Igitur benedictiſſimi filij Mariæ; intra vos redite & reſponde mihi: Quid ſi quolibet die quis veſtrum daret centum & quinquaginta carbunculos alicui dilectiſſimæ Reginæ ſe amanti vt filium incomparabilem: numquam non in dubie ſperare deberetis omni modo gratiam & amorem apud hanc Reginam inuenire? Sic proculdubio. Ergo cum Virgo glorioſa magis vos amet offerentes ſibi talia, quam ſi omnes mundi creaturæ eſſent conuerſæ in Reginas amantes, & qualibet vos intimum amaret, quantum iſtud præpoſitum, (Quia ſecundum *Albertum Magnum*, charitas minima Mariæ maior eſt tota charitate mundana. Imo etiam infinita naturali amicitia.) Indubie credere debetis ad maiora ſuſcepturos, gratiam que ſapientia Virgine iſta ſapientiſſima obtenturos. Alias perire ius naturale, & ius charitatis & ius diuinæ iuſtitiæ per regulam à minore ad maius affirmatiue. Quia ſi minus diligens, ſecundum *Boet. hum*, dat tanta bona: proculdubiò plus diligens dabit maiora.

*B. V. amor erga nos.*

At igitur cẽties & quinquageſies coronemini in præſenti & infuturo corona ſapientiæ carbunculorum: in Pſalterio Angelico dietim ſalutate Mariam. Quare ſequitur quod merito virtute iſtorum XV. lapidum precioſorum, *Deus convertit petram in ſtagna aquarum.* H

Tertia laus Theologiæ, ò Clariſsimi Rectores & Doctores huiuſmodi almæ facultatis & ſtellæ præfulgentis, eſt, quod in tertia diſtinctione tertij ex ſanctificatione gratioſa Virginis Mariæ & Chriſti docet totum mundum offerre Virgini gratioſæ tertium lapidem tertiæ lapifodinæ Rupis Salutationis Angelicæ. Secundum precioſiſſimã Margaritam, cum dicitur Gratia. Cuius argumentum eſt; Quia ſecundum *Iſid.* Margarita eſt lapis candidus, in concha marina ex rore cœleſti genitus, ſine admiſtione cuiuſcunque ſeminis propagationis: contra plurimas valens infirmitates: & fulminibus & tonitruis oppoſita. Nan concha fulmine tacta aborſum patitur: vel à tonitruis læſa, lapidem imperfectum generat: ſecundum *Bartolomaum* in lib. de natura rerum.

*Margarita gratia.*

Sic autem eſt de Virgine glorioſiſſima Maria. Quoniam, ſecundum *Hieron.* ipſa eſt

*Eſt B. V. M.*



eſt concha maris hujus mundi, quæ non ex virili ſemine, ſed miſtico ſpiramine cœleſtis gloriæ Chriſtum margaritam genuit; qui noſtras infirmitates curauit: imo & contra tonitrua tentationum & tribulationum nos defendit ſecundum *Bernard.*

*Debetque ei offerri.*

Quod vero à cunctis Maria debeat laudari oblatione deuota huius margaritæ *Gratia*: ſic oſtenditur. *Primo*, quia habet in ſe immenſam gratiam in toto mundo diffuſiuam, protegentem, & promouentem: ſecundum *Albertum*. *Secundo*, quia ſic quilibet offerens ſuſcipiet centuplum, & ſic in immenſum quolibet die ditabitur. *Tertio*, quia regnum cœlorum ſibi parabis ex omni lapide precioſo, quorum quolibet erit maior vno toto Regno vt ex legenda B. Thom. Apoſt. haberi poteſt.

*Ob pretiũ eius.*

Sed fortaſſis hoc non intelligens, tacite quæris: *quantum valet hæc margarita Gratia?* Reſpondeo brebiter coram toto mundo; quod tanto plus valet terreſtri paradiſo, quanto paradiſus plus valuit pomo Euæ furtiuo. Quod ſi ita eſt imo ita eſt: quia ſecundum *Baſilium*; Minimum regni Chriſti maius eſt toto paradiſo terreſtri, quia hoc ducit ad cœlum, ſed paradiſus ille ad infernum. Nonne Chariſsimi, Virgo glorioſa multum gaudebit in tanta munerum oblatione? Quomodo ſi lupo vel leoni, aut vrſo parvulam annonam daremus dietim; proculdubio ſecundum *Hieron.* amarent. Quanto ergo magis Virgo Maria in hac Pſalterij oblatione nos amabit? Niſi ſit durior immo crudelior ſæuiſſimis animalibus, à maiori ad minus affirmatiuè arguendo. Quoniam ipſa plus amat quemlibet in ſuo Pſalentem Pſalterio: quam poteſt facere totus mundus patrum & Matrum habentium vnicum filium tantum dilectum à quolibet parentem; quantum vnquam Mater filiũ propriũ naturali amauit amore.

*Ob præmium. Simile.*

Videte ergo iſta diligenter & vt habeatis gratiam, in Pſalterio, Mariam laudate. Quia qui ſic eam laudant ſalui fiunt à minori ad maius ex legendo B. Catharinæ Matris arguendo.

*B. V. amor erga nos.*

Quarta laus Theologiæ ſacræ: ſerui dulciſſimi Virginis Mariæ; eſt, quod in quarta diſtinctione tertij ſententiarum ſcil. ex pleniſsima pleniſsimæ Incarnationis Iesv Chriſti cauſa (quæ cauſa eſt Spiritus Sanctus:) docet totum mundũ inuenire quartam lapifodinam precioſiſſimam in Rupe iſta Salutationis Angelicæ, de qua lapidem Iaspidem docet nos offerre Virgini Mariæ deſignatum per Plena.

*Iaſpis plenitudinis vel ſufficiẽtia.*

Cuius ratio eſt. Quia Iaſpis, ſecundum *Iſid.* eſt lapis viri-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

viridis coloris, confortans viſum per ſui pulcritudinis complacentiam, plena tot virtutibus, quod virgulis & ſignis eſt diſtincta. Habet etiam pellere omnes malos humores corporis, dare iucunditatem & affabilitatem portanti, & ſecuritatem, ſecundum *Albertum Magnum*, quod verum eſt diſpoſitiue.

*Eſt B. A. M.*

Sic autem Beatiſſima & pleniſsima *Gratia plena* Virgo Maria placuit oculis ſummæ Trinitatis & omnium Angelorum Quinimo corpore fuit ſpeculum totius pulcritudinis; pulchrior ſuper omnes mulieres: multo plus quam Iudich, Heſter, vel Sara, ſecundum *Albert.* Tot habuit in ſe virtutes quot habuit potẽtias & Sanctos operum actus. Remouitque cunctas ſufficienter impietates mundi, ſecundum *Bern.* & ſempiternam lætitiam contulit filijs damnationis, ſecundum *Auguſt.*

Merito ergo eſt plena vt Iaſpis gratia pulcritudinis nedum ſpiritualis verum & corporalis.

*Debet ei offerri.*

Et ratione conditur quod ſit in Pſalterio à cunctis ſic digne laudanda. *Primo* quia pulcerrima, ſecundum *Senecam*, ſunt laudanda. *Secundo*, quia quæ dant ſummam pulcritudinem; à cũctis ſunt amanda & laudanda, ſecundum *Auguſt.* cuiuſmodi eſt Virgo Maria, ſecundũ *eundem* in quodam ſermone de Virg. Mariæ Natiuitate. *Tertio* quia mulieres pulcherrimæ, vt Heſter, Sara, & Rebecca, laudantur in ſacra pagina. Ergo multo magis laudãda eſt Virgo Maria, quia ſecũdum *Auguſt.* quod aliæ habuerunt diuiſim in pulcritudine; habet iſta ſola habuit in vniuerſa pulcritudine.

*Vtque ſit maximi pretij Et præmij. Simile*

Sed fortaſis admirãdo & gaudendo petitis; *Quantum valet iſte Iaſpis: Plena ſemel deuote prolata.* Ad quo ſecure coram tota Eccleſia reſpondeo; quod plus valet cunctis operibus Dei ſeptem dierum primorum naturalibus Item quod valet amplius, quam omnes nouum ordines Angelorum quantum ad naturam eorum, & quam totus mundus iſte corporeus.

Quoniam hæc Iaſpis Plena digna eſt Deo in gloria non aut de ſe illa prædicta, ſecundum *Magiſtrum in ſecundo ſententiarũ.* Auditis ne quæſo, quæ dixi? Quod ſi ita eſt; cur pigritamini nolentes tantis bonis ditari? Nonne omnis talis ſic remiſſus fatuus reputatur? Quod amplius eſt aduertite. Si ſolum dietim darent Turco vel Soldano ducatum; proculdubio me gratum haberet in ſuo obſequio. Cum ergo in infinitum dem plus V. Mariæ, cum in ſuo Pſalterio offero ei *Iaſpidem* hanc *Plena*: aut ipſa eſt iuſta,

aut



aut durior Thurco, quam dementiæ eſt dicere ei qua cantat Eccleſia; *Salue Reg. Miſer.* aut dabit mihi ſuam gratiam.

*B. V. amor erga nos.*

Quoniam plus diligit Pſaltem ſuum, quam poſſent diligere tot ſorores fratrẽ propriũ, quot ſunt arenæ maris; poſitoque quælibet tamen amaret eum, quantum vnquam Thamar amauit fratrem Abſalonem; qui eam vindicauit de amore inceſtuoſi. Quia ſecundum *Grego. Naz.* Infimum bonum gloriæ Dei in Sanctis, maius eſt maximo bono naturæ increatis. Cuius ratio eſt; quia illud eſt dignum gloria, ſecundum *Doctorem Sãctum*, ſed hoc tamem dignum eſt naturali exiſtentia. Cum igitur ratio, ſenſus, ſcientia, exempla, ſignæ, experientia, & appetitus boni, vos moneant delaudando Mariam, cur iam non ſemper in Pſalterio ſalutis eam vt habeatis omnem gloriæ plenitudinem?

Quinta laus Theologiæ; ô emeriti ſapientiæ amatores filij Virginis Mariæ nobiliſſimæ totius mundi boni Matris: eſt quod in quinta diſtinctione tertij ſententiarum ex damnatiua ſanctiſſimæ in Christo Vnionis, docet nos inuenire quintam lapiſodinam Rupis Theologicæ, ſcilicet Salutationis Angelicæ; ex qua monet nos lapidem quintum, qui eſt *lapis nobilitatis & dominationis* offerre tantæ dominæ Mariæ; qui lapis dicitur SAPHYRVS & tangitur cum dicimus DOMINVS TECVM.

*Saphyrus Dominationis.*

Aſſignatio cuius certa eſt. Quoniam Saphyrus, ſecundum *Albertum & Bartholomeum* & lapidarium, eſt lapis cœleſtis coloris, apponendus in Regum anulis, quo mediante dudum reſponſa dabantur à dijs, & occulta reuelabantur: animoſitatem & audaciam generant, ſecundum *lapidarium* inferente.

*Eſt B. V. Mar.*

Quæ omnia denotant nobilitatem quã Virgo Maria ſummam habuit per excellentiam, ſecundum *Ambroſ.* Nam, quia Mater eſt Domini dominantiũ; idcirco Domina eſt mundi cenſenda à cunctis fidelibus Chriſti. Ipſa enim eſt poſita in anulo fidei Chriſtianæ; qua mediante reſponſura eſt de redemptione mundi; & per quam de futuris permaxima ſunt reuelata. Sola enim, ſecundum *Aug.* reddit animos hominum ſecuros, audaces, & potentes; adeo vt nullum timeant.

*Debetque ei offerri.*

Sic ergo merito tanquam Dominæ nobiliſsimæ totius mundi ſibi debet offerri hic *Saphyrus, Dominus tecum.* Cuius veridica ratio; auidiſſimi auditores, hæc eſt. Primo; quia Mater eſt Domini dominantium, & Regis Regum. Secundo, quia omni iure ſumus eius ſerui. Tertio, quia Dominabus mun-

da

danis omni iure debetur honor à ſuis ſervis: ergo multomagis nobiliſsima Domina Maria eſt honoranda à nobis: quia Domina eſt & Mater nobilitatis, ſecundum Albertum ſuper Miſſus eſt.

*Ob pretiũ*

Sed forte extaſi admirationis raptus, ſilendo interrogans: *Quantum valet iſte lapis ſaphyrus, Dominus tecum.*

Ad quod incunctanter reſpondeo. Plus valens, & magis placens eſt Virgini Mariæ, & nobilior in ſe: & magis toti Eccleſiæ militanti, & triumphanti proficiens; totique Trinitati conveniens; quam ſi dares Virgini glorioſæ tot mineras Sapphyrorum, ita magnas ſicut eſt Ciuitas Pariſienſis; quot ſunt in mundo minuti lapides cuiuſcunque ſpeciei: Quinimmo maius eſt, hunc Sapphyrum Virgini Mariæ offerre, quam offerre nunc arcã Noe, & in ea viventium naturam ſalvare: quia talis arca eſt corrupta cum illis qui intraverent in eam: ſed Sapphyrus hic dominationis numquam corrumpitur, ſed per eum in æternum ſervi Virginis Mariæ viventes dominantur. Quare? Quia dederunt Virgini Mariæ nobilitatem centies, & quinquageſies in die: ergo centuplum accipient in huiuſmodi, iuxta illud *Gregorij: Servire Deo regnare eſt cum eo: Et, date, & dabitur vobis.*

*Ob præmium.*

Et quippe ſatis clare oſtendit, quoniam nobiliſsima Maria plus amat minimum ſervum Pſalterij ſui, quam quæcumque nobilis Duciſſa, vel Comitiſſa, ſeu Baroniſſa vnquam ſervum ſuum dilexerit, eſto q̃ vſque ad mortem dilexerit cũ: Amplius, ſtante caſu quod tot eſſent Dominæ amatrices, quot eſſeut ſi omnium herbarum folia & arborum ex diuina potentia eſſent conuerſa in Dominas & amatrices tui, & tota potentia te amarent: non eſſe iſte amor tantus ſimiliter ſumptus, quantus eſt amor Virginis Mariæ, quo amat, te ſibi in ſuo Pſalterio ſervientem.

*B. V. Amor erga nos.*

Quod cum ita eſt: 1. cur non diligis eam in tantum te diligentem: qui tanto amore aliquando ad miſeram afficeris mulierculam? Et iterum. 2. Cur de tanta Domina diffidis; qui poteſtati vnius dominarum prædictarum confidentiſſime te committeres? 3. Quoniam ſi tortori aut iudici cuicunque vel clientibus qualibet die ſolum vnum lapidem dares, ſecurus eſſe poſſes, quod ſi quocunque caſu ab illis vnquam capereris, liber dimittereris. Quin modo omnibus te conſervarent pro viribus, quocunque repuguante. Cum ergo Virgo Dei Genitrix in infinitum plus amica tua ſit & magis grata pro beneficijs; indubie ſperare potes ſalutem per hanc Angelicam Salutationem. Ni forte credideris (quod abſit) illam tortoribus magis eſſe ingratam: quæ gratia eſt plena Lucæ 1. & magis amat peccatores, ſecundum *Bern.* quam amant ſe ipſos, quia maiori lõge pollet charitate, ſecundum Doctorem Sanctum.

*Erga redamanda eſt, colẽdaque.*

*Simile.*



## II. QVINQVAGENA

### Pro

*1. Calcedonio Miſericordiæ. 2. Smaragdo Deſpenſationis. 3. Saidoniche Honeſtatis. 4. Sardio Proſperitatis. 5. Chryſolito Nutritionis.*

SExta laus Theologiæ: feliciſſimi ſerui Virginis feliciſſimæ Mariæ Reginæ miſericordiæ eſt: quod in ſexta diſtinctione tertij de opinione malorum Incarnationis, & eorum iuſta reprobatione & ſanctæ Fidei miſericordia aſſertione, docet nos inuenire ſextam lapifodinam huius Rupis Angelicæ Salutationis: ac offerte ex ea *Chalcedonium Miſericordiæ* ſcil. *Benedicta.* Vt inde centuplum accipiamus in præſenti, & futuro pro qualibet Pſalterij oblatione.

*Chalcedonius Miſericordiæ.*

Cuius declaratio eſt. Quia Chalcedonius eſt lapis in modum chriſtalli, lucens ad modum lucerna: attrahens ad ſe palens: vincere faciens in cauſis: & fugans demonia, oppreſſos vi aliena liberans; ſecundum Albertum Magnum, & Lapidarium.

Virgo autem Maria, ſecundum Aug. eſt illa aurora qua qua media ſol nobis illuxit iuſtitiæ: & quæ trahit peccatores ad ſe, noſtras infirmitates ſuas reputans? facit peccatores divinam vincere iuſtitiam, eos eripiens à dæmonum poteſtate, & ſuæ reddens potentiæ, ſecundum Bernard.

*Eſt B. V. Maria.*

Quare merito offerendus eſt ipſi *Chalcedonius miſericordiæ* ſcil. *Benedicta.* Quoniam ſecundum Anſelm. Virginis Mariæ deuotiſſimum alumnũ, Virgo Dei genitrix non ſolum benedicta eſt; verum etiã benedictiſsima: quæ toti mundo miſericordiæ benedictioné contulit, infirmis ſanitatem, mortuis vitam, peccatoribus iuſtitiam, captivis redemptionem, Eccleſiæ pacem, cœlis gloriam, vt non ſit, *qui ſe abſcondat à calore eius.* Et pene eadem verba ſunt beatiſsimi Bernardi.

*Debet ei offerri.*

Sed fortaſſis pro maiori intellectu ſimplici mente quæritis: *quantum valet iſte ſolus vnus Chalcedonius, Benedicta.*

*Ob pretiũ*

2. Ad quod audaciter reſpon-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

pondeo & fideliter. Plus valens, quam tot caſtra Chalcedoniorum, quod ſunt guttæ maris: eſto quod quodlibet eſſe ita magnum, ſicut Romana Ciuitas; Quinimo adhuc omnibus iſtis maior eſt: quantum quolibet caſtrum eſt maius minimo ſuo lapide.

*Ob præmium.*

O amantiſsimi; nonne quæſo ſi ſolum vnum talem caſtrum darem cuicunque mundi peccatori, me amaret: & meæ voluntati obediret etiam in difficilimis? Signanter ſi ei darem quolibet die tantum præclarũ encenium? Sic abſque dubio.

*B. V. Clemẽtia erga nos.*

Amplius: Nunquam quæſo Regina Miſericordiæ, fons & radix clementiæ, fundamentũ & principium pietatis intimæ, erit durior paruulo ramo aut palmite habente humorem de arboris radice, quia eidem parumper participat? Nunquam diffidendum erit de tantæ Virginis clementia? Abſit, quia participans non eſt maius participato: nec principiatum principio, nec derivatum origine, ſecundum Dionyſ. Prophetam, & Boecium. Indubie ergo habebitis Virginis clementiam, ſi obtuleritis ei hanc ſaluminam Pſalterij ſalutationem.

*B. V. amor erga Pſaltes.*

Sed vt vehementius hoc idẽ roboretur: Ipſa ſolum plus amat pſallentem in hoc Pſalterio, quam poſſent facere tot mulieres amicæ, quod ſunt Scintillæ ignis. Eſto quod quælibet tantum amaret, quantum vnquam Herodias amabat Herodem: quorum ſepultura Lugduni in Francia dicitur duorum amantiũ: adhuc quippe amplius Maria Pſaltem ſuũ diligit. Quia ſecundum Chryſoſt. ſup. Matthæum: minima Dei gratia, maior eſt tota natura: etiam ſi infinities eſſe augmẽtata? Qui ergo vultis ditari, & miſericordiam in præſenti, & gloriam in futuro recipere: ſtudioſe offerte Virgini Mariæ dietim hoc Pſalterium.

Septima laus ſacræ paginæ, glorioſiſsimi ſapientiæ Profeſſores, eſt: quod in ſeptima diſtinctione tertij ſententiarum ex eſſe & fieri Chriſti in Virgine Maria Sponſa Dei patris docet nos offerte eidem Reginæ Deſponſationis Sanctæ ſeptimum lapidẽ pretioſum ſeptimæ lapifodinæ huius rupis Salutationis Angelicæ: ſcil. SMARAGDVM cum dicitur TV.

*Smaragdus S. Deſponſationis.*

Cuius declaratio talis eſt. Quia Smaragdus, ſecundum Iſid. & Dioſcorum & Albert. principatum obtinet gemmarum viridium; & habet corpus ſpeculare: generatque radium tingentem virore cuncta aſtantia: ſuſceptibuſque eſt imaginum; adeo vt Imperator olim cerneret luctantes in Smaragdo, Et amplius cauſat lætitiam fu-



gando triſtitiam: dabaturque Sponſæ regali quondam in annulo ſubarrationis:

*Eſt B. V. Mar.*

Quæ omnia perfectiſſime conueniunt Virgini Mariæ. Nam ipſa eſt TV, quod eſt pronomen reddens ſuppoſitum verbo ſecundæ perſonæ; & demonſtrat & refert. Quoniam, ſecundum *Albertum*. Reddidit Virgo Maria ſuppoſitum nouem menſibus Filio Dei ipſum in ſuo vtero geſtando: demonſtrauit quod nobis Filium Dei viſibilem, qui ante fuit inviſibilis: referendo ei nunc noſtras neceſſitates tanquam propria Advocata. Inſuper fuit viridi colore viridata omnium virtutum: in qua, ſicut in ſpeculo refulſit tota Trinitas, ſecundũ Bern. radioque Filij ſui Domini noſtri Ieſu Chriſti per fidem in baptiſmo colorat totum mundum, cum veſtiendo veſte nuptiali, fugando triſtitiam per Spiritus Sancti lætiam: quã habuit cum deſponſata patri Regũ ſummo Regi: cui Chriſtum Ieſum genuit pro redemptione mundi.

*Ob pretiũ*

Sed fortaſſis libenter inquirens: *Quantum valet hic Smaragdus Deſponſationis, Tu?* Ad quod dico breviter. Plus valet quam omnes montes mundi, etiam ſi eſſent aurei: immo multo amplius, quanto omnes montes ſimul plus ſunt, monte minimo. Et vlterius: quia ſecundum Doctorem Sanctum, Sanctum merita gratiæ excedunt bonum totius naturæ.

*Ob præmium.*

O igitur qui amatis diuitias: cur huc non venitis ad immẽſas bonorum copias? Qui diligitis dignitates, cur non acceditis ad tam nobilem Mariam principiſſam omnis dignitatis? Qui cupitis libertatem; cur ſtatis quia pericula vobis imminent; An non videtis retro, mortem iaculum ſuper vos vibrantem? Fugite ergo citius ad Pſalterium Deſponſationis, Salutationem ſc. Angelicam. Nec rogo vnquam de ſalute diffidatis; quoniã ſi Antichriſto darentur tanta clenodia: ipſe dantes promoueret ſecundum ſua volita.

*Simile.*

Confidite ergo in Mariam. Quia ſi nequiſſimus bona facit tibi dantibus, ſecundum Auguſtin. maxima bona Maria conferet, ſibi munera donantibus. Sicque habebitis coronam infinities multiplicatã ex Smaragdis Angelicis.

Octaua laus Theologiæ: honorandiſſimi Domini eſt, quod in diſtinctione octaua tertij Sententiarum ex Virginea Nativitate Filij Dei ex muliere V. Maria docet nos offerre eidem Regine Virginum octavum lapidem octauæ lapifodinæ Rupis Salutationis Angelicæ, qui eſt SARDONIX lapis ſcilic. *honeſtatis* cum dicitur, IN

MVLIERIBVS.

Ratio cuius eſt in procinctu. Quoniam ſecundum *Iſid.* & *Albert.* Sardonix eſt triplicis coloris, ſc. nigri, rubei, & albi: de cera nil attrahens, cum de eo fiunt ſigillæ fugatque luxuriam: & humilem reddit hominem, & pudicum, honeſtũ, atque gratiſſimum. Quæ omnia, ſecundum *Aug.* debent conuenire mulierib. & ſignanter virginib. quarum imperatrix, & Regina eſt V. Maria: quæ triplicis coloris fuit; nigri in humilitate; rubei, in paſſione Chriſti: & albi, in gratia, & gloria: Et quæ ſigillum Trinitatis, quo, ſecundum Bernard. peccatores ſigillati intrant regnum cœlorum, habentes litteram ſigillatam de remiſſione omnis offenſæ: Facitque, ſecundum Aug. ſibi ſervientes caſtos, humiles, pudicos, & coram Deo & mundo honeſtos, quia non eſt poſſibile eſſe continuo ad ignem, & non caleſieri: & in fonte aquarum, & non balneari: aut in horto aromatum, & odoribus non perfundi. Hæc ille.

*Sardonix honeſtat.*

*Eſt B. V. M.*

*Ob pretiũ*

Sed fortaſſis quæris. *Quantum valet hic Sardonix honeſtatis ſc. In mulieribus.* Ad dico velociter, magis valet oblatione Abraham, Iſaac, & Iacob: qui Deo plurimum placuerunt. Quoniam Salutatione iſta Angelica mundus eſt redẽptus inchoative, ſed oblatione propria Sancti Patres ſua promeruerunt ſingula beneficia, ſecundũ Doctorem Sanctum. Quinimmo dico quod plus valet ſcala Iacob. Eſto quod eſſent tot ſcalæ aureæ, vel argenteæ quot ſunt in mundo paleæ: vt merito per iſtam ſcalam melius, quã per ſcalam Iacob aſcendatur: quoniam illa figura. Iſta autem Angelica eſt & veritate plena. O igitur colendiſſimi Domini, nunc aduertamus quanta eſt hominum inſipientia: quæ tanta in ſe habent bona tam propinqua tam facillima & ſalubria; quanta contemnunt in periculum ſummum? Quis, quæſo, ſi videret lupum venientem, aut hoſtem inuadentem, aut fluvium inundantem: non vellet ſcandere ſcalam? Cur ergo non aſcenditis hanc ſcalam honeſtatis in ea confidentes?

*Typus ſcalæ & Ave.*

*Ob præmium: à multis cõtentum.*

Quomodo ſit ſolum lapidem vnum daretis anno quolibet pro homagio diabolo, ſæpe ad vota vobis ſubvenire: Et Et quantũ amplius daretis tanto facilius, & promptius, & copioſius vobis ſuccurreret: vt manifeſtum eſt in artibus magicis, vt tandẽ vos ſecum haberet: Cur ergo non magis Virgo Maria (quæ eſt regina bonitatis) nobis ſubueniet ad vota in præſenti: & pertrahet ſecum in futuro: cum infinitum maiora, vt patuit, in hoc Pſalterio ei offeramus dona? Ni forte dicamus: diabolum magis fore piũ Virgine Maria, quod procul ſit tanquam hæreticum à tota Eccleſia.

*Debet offerri B. V. M. Comparatio.*

Nec mirum ò cariſſimi quia ipſa ſola plus amat quemlibet pſallentem ſibi: quam cuncti dæmones inferni ſimiles ſumpti amant quodcunque amabile mundi. Sed illi nullatenus per ſe vellent carere tali amabili. Ergo multo minus Virgo Maria iuſte non poterit carere, quin ſalutem det ſuo Pſalti. Quod manifeſte patet ex dictis Auguſt. quia minimum regni Cœlorum, maius eſt toto regno infernorum.

*B. V. amor in nos.*

O igitur vos omnes, ſi vultis ditari Sardonicibus in infinitũ, & ex illis coronari habendo gratiam honeſtatis: ſalutate Virginem Mariam in hoc Pſalterio: quia eſt Regina ſumma honeſtatis habens in ſe honeſtatem, in totam Eccleſiam diffuſivam, gubernativam, & conſervativam.

*Ergo confunda.*

Nona laus Theologiæ eſt: quod in nona diſtictione tertij ſententiarum ex benedictiſſima adoratione, quæ filio Dei debetur, docemur offerre Reginæ honoris, & gloriæ nomine lapidem *Benedictionis, & proſperitatis omnis* ex nona lapifodina almæ huius Rupis Angelicæ Salutationis: qui dicitur, SARDIVS, & tangitur cum dicitur. ET BENEDICTVS.



Cuius declaratio ſic aptatur. Nam Sardius, ſecundum *Iſid. & Albert. Magnum* de natura lapidum, eſt rubei coloris ſiue ſanguinei, admodum terræ rubeæ; qui impedit malitiam onichini, removendo metum melancholiam, & triſtitiam: conferendo gaudium, lætitiam, & audaciã: reddendo ſecurum ab incantationibus, & dando proſperitatem contra adverſa imminentia, ſecundum lapidarium, & hoc diſpoſitive.

*Sardius Benedictionis & proſperitatis.*

Huiuſmodi autem pertinent ad Dei benedictionem proſperam quam habuit. Virgo Maria in ſe quoniam ipſa fuit rubei coloris in paſſione: ſecundum prophetiam Simeonis. Impediuitque malitiam onichini, id eſt, diaboli, qui terrores & metus deſperationis, ſecundum Orig. in hominem immitit. Gaudiumque confert, lætitiam, & audaciam ſuis pugilibus, ſecundum Bern. lacte eos conſolationis gaudenter fortificando. Securitatem etiam ſuis præſtat contra incantationes errorum, hæreſi n, & mundi deceptionem, qui mundus totus plenus eſt, ſecundum Chryſ. incantationibus. Nec immerito, quoniam genuit hæc Virgo filium Dei benedictum, Dominum omnis proſperitatis. Quapropter ipſa Virgo Maria Regina eſt proſperitatis

*Et B. V. Maria.*

tatis, ſecundum Anſelm. diſtribuens aduerſa aut proſpera, prout vult.

*Illi offerendus.*

Argumentum quare ſic eſt honoranda: quia Imperatrix eſt proſperitatis; quam naturaliter omnes appetunt, ſecundum *Senecam, & Tullium*: ac pro viribus honorant, vt patet in portantibus artib. ac ſcientijs, ideo &c. Sed fortaſſis ſcire vultis.

*Ob pretiũ*

*Quantum valet iſte lapis Sardius?* Ad quod reſpondeo, plus valet tabernaculo Moyſi, facto in deſerto, immo plus illud excedit, quãtum tale tabernaculum excedebat minimam pellem caprinam, tabernaculum tegentem. Et vltra: quia, ſecundum Doctorem Sanctum, quæ ſunt Diuina improportionabiliter, excedunt corporea.

*Ob præmium.*
*Comparatio.*

Merito ergo à cunctis Virg. Maria ſic eſt laudanda. Nec immemor erit beneficij, quia Deus non immemor fuit ſui tabernaculi. Nec vero tyrannus crudelis, nec Dacianus ſæviſsimus aut Dei ſimiles, immemores forent eorum qui dictim eis talia tabernacula offerrent; multo igitur minus huius tanti beneficij erit immemor tam pia Virgo mater Dei.

*B. V. Amor erga nos.*

Quoniam illa plus quemlibet ſuum pſaltem amat, quam quæcumque magiſtra vnquam ſuum amauerit diſcipulum. Immo ſi mundi mulieres omnes eſſent tuæ magiſtræ, amantes te ſingulariter quantuncunque ſibilla aliquem amavit diſcipulum (quod multum eſſet) adhuc ipſa clementiſſima Maria plus amat te ſibi, ſic in Pſalterio ſuo pſallentem. Amplius quanto omnes ſimul ſumptæ plus ſunt vna ſola: quoniam ſecundum Albert. Magnum ſuper primum ſententiarum. Dilectio naturaliter non pertranſit naturam: dilectio autem gloriæ minima attingit diuinã eſſentiam, quæ eſt infinita. Et eadem ratio eſt Doctoris Sancti. Sed nulla iſtarum magiſtrarum vellet te pati infortunia: immo vellet te habere proſpera: ergo à minori ad maius affirmative, multomagis cuncta proſpera & ſalubria ſibi pſallenti Pſalterio ſuo impetrabit in dubie Virgo glorioſa.

Confide ergo ò pſaltes V. Mariæ quia ratio, ſcientia, ſenſus, experientia, fides, ſpes, caritas, & iuſtitia, pro te bellabunt, & victoriam obtinebunt: vt habeas, ſi perſeveraris cuncta ſalubria, & proſpera; intercedente ſemper pro te Virgine Maria, cui ſervis in Salutatione Angelica.

Decima Theologiæ lux eximia (ò cariſſimi V. Mariæ Reginæ cœli laudatores, & oratores) quod in dezima diſtinctione tertij ex fructuoſa perſonalitate Filiatione, & prædeſtinatione fructus Virginei docet nos



nos offerre decimum lapidem pretioſum ex decima lapiſodina Rupis huius altiſſimæ Salutationis Angelicæ, Eidem Virgini glorioſæ nutrici generali totius mundi: *vt nutriamur cũctis fructibus ab ea*: qui lapis dicitur CHRISOLITVS, & tangitur cum dicitur FRVCTVS.

*Chryſolitus nutritionis.*

Cuius clara eſt hæc expoſitio. Quoniam, ſecundum *Iſid. & Dioſcorum* & alios lapidarios expertiſſimos, Chryſolitus eſt lucens in die ſicut aurum, in nocte emittens ſcintillas; Fugatque dæmonia, timores nocturnos abicit, melancholiam pellit, audacem & imperterritum in adverſis reddit; atque intellectum confortat phantaſmata in melius commutando, quia omnia important quandã hominis refectionẽ atque confortationẽ, quod fit per fructũ.

*Eſt B. V. Maria.*

Vt merito Chryſolitus dicatur fructus Virginis Mariæ quoniam ipſa in die lucet, vt aurum per ſapientiam, quam mundo genuit, ſecundum *Auguſt.* nocteque emittit ſcintillas igneas, peccatores inflamãdo viſceribus ſuæ charitatis ſecundum *Bern.* dæmonia fugando, timores nocturnos & melancholiam pellendo, quam contriuit caput ſerpẽtis & eius potentiam, ſecũdum *Hier.* Confortatque intellectum, probando ſcientiam humanam, & diuinam, & fidem propriam ſecundum *Auguſt.* conferendo fidelibus tanquam nutrix optima, fructum ſuum, ſc. Dominum & filiũ IESVM Chriſtum; in menſam Eccleſiæ ponendo panem corporis Filij ſui in cibum, & Sanguinem eius in potum, quibus reficiuntur; & tandem in conuiuium Angelorum perducuntur.

*Debet ei offerri.*

Qui ergo vult habere centupliciter tales Chryſol. & fructum capere æternum; recrearique mente & corpore in cũctis Dei beneficijs: dietim offerat Virgini Mariæ Chryſol. hunc Trinitatis ſc. fructus.

*Ob pretium.*

Sed fortaſſis ſcire velis *quanti huiuſmodi lapis eſt precij Chryſol Mariæ Virgini oblatus cum dicis Fructus?* Ad quod certiſſime reſpondeo, plus valet toto regno & templo Salomonis: quanto vnum totum Regnum maius eſt paruula petra aut trabe regni illius & amplius. Quia ſecundum *Origi.* in homelia; quod minimum putatur gratiæ Dei, præſtantius eſt maximo huius caduci mundi. Cuius ratio ſuperius ſatis eſt exarata. Merito igitur ſic laudanda eſt glorioſa Virgo Maria Cuius argumentũ eſt in prõptu manifeſtum. Quia omnis nutrix naturalis, moralis, & diuinales, à ſuis nutritis merito eſt laudanda omni iure.

*Ob præmium. Simile.*

Quod ſi laudata fuerit Virgo Maria lapidis huius oblatione,

tione, non ingrata erit. Quoniam ſi mors tanta dona habere à viventibus naturalia, quãta offerimus Virgini Mariæ cum dicimus, Fructus? numquam mors vltra quempiam perimeret hominem. Aut ergo Virgo Maria morte erit crudelior, quod non eſt dicendum; aut Pſaltes ſuos ducit ad vitam. Cuius ſignum euidentiſſimum eſt Quoniam, ſecundum *Bern.* In immenſum plus amat vnumquenque noſtrum, tanquam ſocia cariſſima, quam quicumque viuens hic ſe ipſum: ſed nullus vult ſibi ipſi mala, immo omnia bona; igitur à fortiori Virgo Maria conferet nobis fructum & quæque bona: remouendo mala quæcunque.

*B. V. amor in nos.*

## III. QVINQVAGENA Offerenda Pro

*1. Berillo Maternitatas Dei 2. Topaſio Theſauriſationis. 3. Chryſopaſſio Salutis. 4. Hyacintho medicina. 5. Amethiſto veritatis.*

VNdecima laus Theologiæ digniſſima (ò laudabiles Virginis Mariæ diſcipuli) eſt quod in 11. diſtinct. tertij de creatione Chriſti ſecundum naturam aſſumptam in ventre Virginali Matris Dei, laudabiliſſime nos docet, ei debet offerre vndecimum pretioſiſſimum lapidem, ex vndecima lapifodina Rupis huius Angelicæ Salutationis lætiſſimæ, qui dicitur: BERILLVS & tangitur cum ei oferimus VENTRIS.

Cuius ſtatim manifeſta habetur declaratio, quoniam, ſecundum *Albertum & Bartholomæum & Auicennam.* Berillus eſt lapis Indicus, & viridis, qui non niſi ſecundum figuram ſex angulorum ex lumine ſolis lucet. Habens decem ſpecies: valetque contra hoſtium pericula, & contra lites reddit inuictum adurendo manum ſe geſtantis, ſi ſoli opponatur; magnificatque hominem: & amorem diligit coniugalem, dans virtutem fœcundatiuam.

*Berrillus maternitatis Dei.*

Quæ omnia nomine *Ventris* in Virgine Maria glorioſa excellentiſſime ſunt contenta. Quoniam Virgo Maria eſt lapis Indicus Orientalis: quia tota fuit diuinalis, ſecundum *Ambroſ.* Eſt viridis: quia cuncta opera ſua ſine morte peccati fuerunt viuaciſſima, ſecundum *Auguſt.* Lucet ſecundundum figuram ſex angulorum; quia in ipſa fuerunt mirabiliſſima hoſpitata: ſc. Pater, & filius, Spiritus Sanctus, caro Chriſti, & anima, cum gratia & gloria infinita; ex quibus Virgo Maria refulgentiam immenſam immo & infinitam, ſecundum Doctorem Sanctum: Protegit etiam contra pericula hoſtium tam viſibilium quam inuiſibilium; quia ſecundum Aug. ipſa domina eſt bellorum. Inuictumque reddit contra lites, conferendo iniuriatis veram patientiam, ſecundum Bernh. Aduri etiam manum geſtantis; quia opera noſtra cuncta facit ignea, ſecundum Sanctum Odilonem Cluniacenſem. Ipſaque magnificata fuit conceptione tali, omnem creaturam ſecundum Doctorem Sanctum. Adeo vt Deus non poſſet facere vt pura creatura maior ſit Dei Matre, Amauitque amorem coniugalem, non carnalem, ſed diuinalem quia ſponſa, propria fuit Dei Patris, quo habuit fœcunditatem infinitam, qua potuit generare Filium Dei infinitum, & ſic Mater Dei fuit.

*Eſt B. V. M.*



*Debet ei offerri.*

Merito igitur ſibi eſt offerendus Berillus Maternitatis Dei, quia Ventris. Et ab omnibus iuſte ſic eſt ſéper honoranda. Cuius breuis eſt ratio. Quia Mater Regis regnum digniſſima omni iure eſt à cunctis honoraria, teſte Bernh.

*Ob pretiũ*

Sed fortaſſis dubitas, quantum valet hic Berillus Ventris

Reſpondeo: plus tibi prodeſt quam ſi qualibet die daretur tibi Imperium Romanũ quod nullo modo velles dimittere. Multo ergo minus dimittere debes regnum imperiumq́ Pſalt. Virginis Mariæ. Quoniã ſecundum Aug. minimo inviſibilium comparari non valet maximum viſibilium.

*Ob præmium.* *Simile.*

Lauda igitur hanc laudabiliſſimam Mariam in Pſalterio ſuo, nam tibi non erit ingrata. Si enim terra irrationabilis, ſemen vnicum ſuſcipiens, reddit centuplum: quomodo Virgo Maria (quæ eſt terra Trinitatis) ſuſcipiet ſemen tui Pſalterij, non reddendo tibi centuplum? Ni forte (quod abſit) dicatur quod terra fœcundior eſt Virgine Maria.

*Amor B. V. in nos.*

Cuius manifeſta eſt hæc confirmatio. Quoniam prout ipſa Domina noſtra Virgo Maria aliquotiens reuelauit: tantum amat quemlibet peccatorem ſibi ſervientem, vt ipſa, quantum in ſe eſt, vellet dimittere gloriam ſuam vſque ad finem mundi, & pro ipſo agere pœnitentiam in hoc ſæculo, inquam præſenti, ante quam ipſe damnaretur. Quod mirum eſt dictu, ſed tamen fidei conſonum: quia tantum amat diuinum honorem, vt omnino vellet impedire peccatum, quantum in ſe eſt, quod eſt contra Diuinam reverentiam: vt poteſt patere per regulam oppoſitam.

Si ergo vultis eam habere in matrem & iure hereditatis gaudere filiorum: offerre Berillum Maternitatis diuinæ Mariæ.

Pſallendo quotidie Pſalterium eius.

Duocecima Theologiæ laus mirabiiis (ò mirabiles Theologiæ zelatores) eſt, quod in 12. diſtinctione tertij ex quatuor defectibus humanibus communibus à Chriſto poſſeſſis, docet offerre V. Mariæ Theſaurariæ omnium diuitiarum Trinitatis Deificæ duodecimum lapidem precioſum duodecimæ lapiſodinæ huius Rupis diuiniſſimæ Salutat. Angelicæ, ſcilic.

*Topaſius theſauri.*

TOPASIVS. qui eſt lapis theſauriſationis, tactus cum offerimus Matri Dei, TVI Cuius præclara in promptu habetur optatio: Quoniam Topaſius ſecundum Iſid. eſt lapis aureus & cœleſtis coloris: varius in modis & ſpeciebus, quo nihil clarius in theſauris regnũ eſt repoſitum. Sequiturque lunæ curſu in claritate & aliquali obſcuritate: dominatur honoribus capitis. & cõtra lunaticam paſſionem valet, mortemque impedit ſubitaniam.

*Iſt B. V. Maria.*

Vt merito per Tui pronomen poſſeſſiuum tanta poſſeſſio detur intelligi: quæ ſummo conuenit Dei Genitrici. Nam ipſa fuit cœleſtis coloris; quia cœleſtis conuerſationis, ſecundum Bern. aureaque in exemplo bene viuendi, teſte Hieron. Quæ habuit theſauros omnes in arca ſui Ventris Virginal. nobilliſſima, Filium Dei Patris *in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſcõditi* ſecundum Apoſt. Sequitur curſum lunæ eam immitando: quæ Eccleſiam militantem defectiuam imitatur, ſe illi conformando, eius bona vel miſerias coram Deo propria reputando tamquam cariſſima Aduocata, ſecundum Bernh.

*B.V. faci doctor per roſar.*

Dominaturque humoribus, refrenando luxuriam & gulam; quia ſpeculum eſt totius abſtinentiæ & continẽtiæ, ſecundum Ambroſ. Paſſionem aufert lunaticam: quia de fatuis & rudibus & ſimplicibus, ſecundum Bernh. nouit facere ſapientiſſimos & doctiſsimos. Impeditque mortem ſubitaneam; quia à morte mala liberat, cum ſit Reginæ vitæ, ſecundum Fulg.

*Debet ei offerri.*

Merito ergo omnes laudare debent tantam theſaurariam hic lapide Topaſio. Tui. Cuius ratio breuiſsima eſt. Quia omnis theſauraria omnium bonorum ſumme ſui communicatiua, & ſuorum diſtributiua, ſumma eſt à cunctis honoranda: quia ſumma ab illa ſuſcipiunt bona.

*Nota ratio numeri CL.*

Sed quilibet qualibet die centies & quinquageſies à Virgine Maria bona diuina recipit, ſcil. in quinque potentijs exterioribus quæ ſunt viſus, auditus, olfactu, & guſtus, & tactus: & in quinque interioribus, quæ ſunt



ſunt ſenſus communis imaginatiua, phantaſia, æſtimatiua, & memoratiua; Et in quinque potentijs ſuperioribus; ſc. in intellectu, voluntate, appetitu concupiſcibili, iraſcibili, & in potentia motiua. Quamlibet autem harum potiarum diligit Virgo Maria ſecundum decem Dei mandata, quantum in ſe eſt, & ſic ſunt quindecies decem bona, id eſt, centum & quinquaginta.

*Ob pretiũ*

Sed fortaſſe ſcire cupis; *quãtum valet hic Topaſius theſauriſationis, Tui?* Ad quod reſpondeo; plus valet quam omnis mundi ſapientes ſcire, cogitare vel dicere poſſunt Nam omnes memoriæ mundi lapidi huic Topaſio comparatæ, non ſunt niſi cœnum. Quia ſecũdum Hieron. quæ hic ſunt precioſiſsima, cœleſtibus comparata, ſunt contemptibiliſſima, & abominabiliſsima.

*Ob præmium.*

Si ergo vis diues effici tam in bonis mundahis, quam diuinis; cur quolibet die tibi nou acquiris centum & quinquaginta Topaſios tam præclaros vt dictum eſt?

*Simile.*

Ne quæſo putaueris Mariam ingratam fore, cum tanta à te dietim ſuſceperit bona. Quoniam ſi natura tantum daret ex parte ouium animalibus rapacibus, lupis ſcilicet & leonibus, numquam lupi oues deuorarent, nec accipitres colũbas, nec leo ceruos, ſed omnia ſibi eſſent communia. Vel ergo Maria fons pietatis erit durior natura, contemnens cœlica dona (quod à tam pia Domina procul abſit) vel dauit pacẽ & bonorum abundãtiam.

*B.V. M. amor in ſuos.*

Cuius argumentum in prõtu ſatis eſt clarum, quoniam ipſa plus amat quemlibet Pſaltem ſuum iure naturali, diuino, & humano, tamquam mater quam credere poteſt aut dicere totus iſte mundus corporeus: vt aliquoties ipſa pia Virgo Maria reuelauit. Cum ipſa etiã ſit magis ſubiecta iuri naturali quam quicumque viuens. Et ius naturale eſt, quod quilibet debet facere alijs, quod ſibi fieri vellet, & numquam alteri faceret, quod ſibi fieri nollet. Sed ſi ipſa eſſet viuens hic, vellet adiuuari ad habendum cœleſtia totis viribus, & vt ſuæ orationis audirentur; & ab omni malo liberaretur, ſignanter damnationis: Ergo iure naturali debet indubie ſaluare eos, qui dietim ſolent eam in Pſalterio ſuo ſic ſalutare, & ab omni malo impeditiuo ſalutis penitus eripere.

Tertiadecima laus Theologiæ nobiliſſima, ò nobiles ſacræ Theologiæ cultores, eſt, quod in 13. diſtinctione tertij, de triplici gratia totius mundi Saluatrice docet, vniuerſos Chriſticolas tertium N



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

decimum lapidem precioſiſſimum lapifodinæ huius Rupis cœlicæ Salutationis Angelicæ accipiendum, & Virgini Mariæ Reginæ Salutationis fideliũ devotius offerendum, qui lapis dicitur CHRYSOPASVS. Et tãgitur ibi IESVS.

*Chriſopaſſus ſalutis.*

Cuius ratio eſt: Quia ſecũdum Albertum Magnum & Lapidarium, lapis iſte nocte eſt igneus & die aureus; ſalvans à timoribus, & erroribus, & anguſtijs; præcordiaque faciens clara & ordinata.

*Et B. V. Maria.*

Quæ omnia plane importantur nomine deuotiſsimo IESVS. Quoniam IESVS interpretatur Saluator, ſecundũ Hieron. qui nocte eſt igneus: quia in nocte tribulationis ſuæ paſſionis, ſecundum Ambroſiũ terrena, inferna ſimul, & cœleſtia charitatis igne inflamavit. Sed die reſurrectionis fuit aureus ſupra ſolem refulgens. Hic ſaluauit à timoribus, & erroribus, & anguſtijs damnationis mundum, ſecundum Baſilium, illuminauitque corda fidelium in die ſancto Pentecoſtes, ſecundum fidem Chatolicam; & præcordia peccatorum, ſecundum Bernh. dudum mortifera, & fœdata ſua paſsione reddidit ſana & ſaluifica; Merito igitur (quia Virgo glorioſa eſt Mater IESV;) Mater eſt redemptionis; Domina eſt ſalutis, & regina liberationis; ſecundum Maximum in ſermone.

*Debet ei offerri.*

Itaque ab omnibus omni iure Virgo Maria in B. Pſalterio ſaluifico eſt laudanda. Cuius ratio aſſignari poteſt notiſsima. Quia omnis Regina ſalutis omnium quo ad naturam mores & gloriam ab vniuerſis digne eſt laudanda & honoranda honoratione ſaluifica; hæc autem eſt Virgo Maria, igitur &c. Confirmatur per Prophetam; quia maioribus & benefactoribus omni iure honores debentur.

*Ob pretiũ.*

Sed fortaſſis ignoras valorẽ iſtius Chryſopaſſi IESVS. Quod fidelem neſcire turpiſsimum eſt, imo & periculoſiſsimum.

Idcirco petis quantum valeat? Ad quod reſpondeo; ſed plus valet quod ſi omnes arenæ maris & creaturæ mundi eſſet conuerſæ in mundos huic mũdo æquales, vel maiores, valere poſſent. Etiamſi eſſent ſiderei ſiue aurei. Quoniam IESVS tantum valet quantum eſt, quia valor rei ex ſuo Eſſe penditur ſecundum Prophetã. IESVS autem eſt actu Ens infinitum; igitur valorem actu habet infinitum.

*Ob præmium.*

Nec ſuſpiceris pijſsimam Virginem Mariam tanto lapide ſibi præſentato, tibi fore ingratam. Quoniam ſi paruus ignis maximum poteſt conſumere montem aut ciuitatem; multo magis iſte ignis IESVS infinitus? quia Deus noſter IESVS ignis conſumens eſt) valebit ſuccendere Virginem glorioſam ad noſtram ſalutem & gloriam & amorem. Niſi dicatur (quod abſit) quod ignis paruulus plus poſsit in montem, quam IESVS ſupra Mariã confirmaturque amplius, quoniam

*Amor B. V. in ſuos*

ipſa tantum diligit quẽlibet ſibi Pſalentem in hoc Pſalterio, potius vellet pati quãtum in ſe eſt (vt fideliſsime reuelauit) pœnas omnium minimum, quam relinqueret eũ damnandum. Cuius hæc eſt ratio. Quia ipſa ſecundum Dei mandatum diligit quemlibet proximum præſentis vitæ ex toto corde, ex tota anima, ex tota fortitudine, & viribus, ſicut ſe ipſam; alias frangeret diuinum mandatum charitatis, quod ſolom in cœlo eſt perfecte complendum; ſecundum Bernar.

*Ergo redamanda & colenda.*

O vos igitur omnes ſic dilecti à Virgine Maria ſic amati ab ea, cur eam non diligitis? Et ſi diligitis, cur eam tandiu contemnitis, vt in Pſalterio ſuo vobis ſaluti fero ſeruire ei poſponatis? Minimum diligemẽ vos mundanum diligitis; & tantam Dominam, tam pulcrã, tam amœnam, & in immẽſum generoſam, & vos in infinitũ amantem ſpernitis? Videte ne forſam cras (quod abſit) retro per mortem ruatis; quia neſcitis diẽ neque horam. Sed feſtinantius ſeruite illi in hoc Pſalterio: vt dietim habeatis centũ & quinquaginta Chyſ. paſſos pro vobis, & pro viuis, & pro defunctis totidem ſalutes & totidem ſaluationes, vt ſic coronati perueniatis ad Hierarchias cœleſtes. Amen.

Decima quarta laus Theologiæ optima ò optimi ſacræ paginæ ſectatores, eſt, quod in diſtinctione 14. tertij ſententiarum, quæ eſt de ſapientia & potentia Chriſti, quibus Chriſtus vnxit & ſanauit vulneratum, docet vniverſos accipere quartumdecimum lapidem pretioſum ex 14. lapifodina huius Rupis omnipotentiſsimæ Salutationis Angelicæ; & eum offerre Virgini Mariæ Reginæ & Dominæ vniuerſarum mundi medicinarum, qui lapis dicitur HYACINTHVS. Et tangitur cum dicitur CHRISTVS ad differentiam quorundam magnorum virorum qui dudum nomine IESVS nominati ſunt.

*Hyacintus medicina.*

Hic autem ſecundum Iſid. & Albertum, ſecundum aurã mutatur, ſicut ſi ſerena aura eſt ſerenus ſit, ſi clara, clarus; ſi obſcura, obſcurus, & nubiloſus, in nubilo conferens lætitiam, peſtilentiam aeris expellens; confortatque membra & repellit venena, in quibus maxi-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

maxima vis medicinæ conſiſtit.

*Eſt B.V. Maria.*

Quæ omnia ſufficientiſſime hoc nomine CHRISTVS importantur qui, ſecundum Remigium dicitur quaſi vnctus, eſt gratia Deitatis, & vnctioné confert Sacramentorum ſecundum Hieron. ſuæ ſponſæ, quæ eſt Eccleſia militans, Iuxta illud Canta. 1. *Trahe me poſt te*; curremus ſimul in odorem vnguentorum tuorum. Ex quo manifeſte patet, quod iſta per maxime conueniunt Virgini Mariæ, quæ eſt mater talium vnctionum ſaltem ratione Filij. Nam ipſa mutatur ſecundum auræ mutationem per compaſsionem miſericordiæ ad noſtra fragilitatem, ſecundum Auguſt. Confertque lætitiam contemplationis & devotionis hujus qui contemplãtur facta Deitatis, incarnationis, & Chriſti paſſionis. Peſtilentiaſque luxuriæ, blaſphemiæ, & detractionum, quibus aer etiam iſte inficitur, propellit; confortatque membra, id eſt potentias naturales ſibi ſeruientium, ſecundum Bern. præſtando eis bonum ingenium, firmam memoriam, ſanum intellectum, & acutũ ſenſum. Quinimo venena depellit, ſecundum Aug. quia caput ſerpentis antiqui contetit in omni genere peccati, vt ſic merito fons omnium medicinarum & Domina ſanans infirmitates noſtras.

*Debet ei offerri.*

Merito ergo tanta Domina à cunctis eſt in Pſalterio dietim laudanda. *Primo*, quia medici ſunt honorandi, ſecundum Sapientes. *Secundo*, quia omnes ſumus ægroti. *Tertio*, quia homines, ſi qui ſunt ſani, non valent perſeuerare niſi tãtæ medicinæ auxilio laudate igitur eam omnes in hoc Pſalterio, centum & quinquaginta ſecundum ferente medicinas contra centum & quinquaginta infirmitates humanas.

*Ob pretiũ*

Sed fortaſſis dices: *Medici valoris eſt hic lapis Hyacintus Chriſtus.* Qui forte nihil ſapit tibi, nam ſemper aridus es. Sed fideliter reſpondeo & breviter, quod ſi Deus nihil valet, in infinitum lapis iſte valebi. Tantuſque eſt valor eius, vt ſi totum mare eſſet atramentum, & cœlum papyrus, & virgultæ arboris, calami, & arena manus, nequaquam comprehendi poſſet valor Hyacinthi medicatiſsimi, qui dicitur Chriſtus.

*B.V. omnia impetrat ſuis.*

Nihilominus ne deſperes de acceptione huius à tam pia Virgine, quoniam ſi eſtella claritate ſolis reſiſtere non poteſt: nec Maria claritate Chriſti oblati reſiſtere valet; ſed tota in toto amore, & cognitione, vbique, & ſemper ſecũdum Bernardum, ad Chriſtum tra-



trahitur. Cuius plena eſt confirmatio.

*B. V. amor in ſuos vt ſalventur*

Quoniam ipſa tantum diligit quemlibet offerentem ſibi hanc ſalutationem, vt quantum in ſe eſt cor ſuum citius traheret de corpore ſuo pro eo, quam quod damnaretur mortali peccato. In ipſa itaque eſt tanta charitas certa & ſumma ſcinta, & potentia ſecundum Auguſtinum; ergo quos tantum amat ſaluari poterit. Quia ſua potentia fundata eſt in ſua charitate ſumma, & ab ea regulata, cum ſit effectus eius digniſſimus; poterit ergo ſaluare, quos tantum amat; alias ſuum amare non erit perfectum; quia haberet poſſe deficientiſſimum. Et corroboratur ſecundum teſtimonium Bernardi. Opus diuinæ clementiæ poſitum eſt ad plenũ in manus Mariæ. Et expreſſe idem dicit Hieron.

*Signum prædeſtinationis orare Pſ.*

Signum ergo ſit tibi probabiliſſimum æternæ ſalutis, ſi perſeueranter in dies eam in ſuo Pſalterio ſalutaueris.

Quintadecima laus Theologiæ pulcherrima, ò pijſſimi ſacræ paginæ ſectatores, eſt, quod ex imperfectionibus coaſſumptis tam ratione paſſibilitatis, ſecundum varietatem & humanam, & gratioſam, in decimaquinta diſtinct. tertij, docet vniuerſum mundũ Virgini Mariæ Magiſtræ, & Dominæ veritatis vniuerſæ offerre pretioſiſſimum lapidem quintumdecimum, ex XV. lapifodina pulcherrimæ Rupis huius Salutationis Angelicæ: qui dicitur AMETHISTVS. Qui eſt lapis Veritatis & tangitur in Aue Maria, cum dicitur, AMEN. Quod Amen tantum valet, ſicut verum eſt, ſecundum Hiero. Cuius appropriatio in promptu clare conſtat. Quia ſecundum Iſid. & Alber. Magnum & lapidarium Amethiſtus eſt lapis precioſiſſimus, princeps gemmarum purpurearum, quia eſt vinolentus, valens cõtra ebrietatem impediendo ne veniat, aut habitam faciens, vt deficiat, ſomnolentiam expellendo; malam cogitationem fugando & phantaſiam, intellectũ bonum conferẽdo per inſecutionem veritatis, & declinationem falſitatis.

*Amethiſtus veritatis.*

*Eſt B.V. Mar.*

Quæ omnia pleniſſime ſunt facta in Virgine Maria. Nam primo princeps eſt lapidum purpureorum, id eſt, Martyrum, qui ſanguine ſuo fuerunt purpurati, ſecundum Hieronimum. Remouet ebrietaté gulæ, ſuis pſaltibus perfectã conferendo abſtinentiam & ſobrietatem, cuius eſt Domina, ſecundum Auguſt. Depel-

pellit etiam ſomnolentiam accediæ & pigritiæ; conferendo ſpiritualem lætitiam & diligẽtiam, quarum ſecundum Bernardum ipſa eſt mater digniſſima. Malamque cogitationẽ & phantaſiam expellit: quia eſt lux animarum, ſecundum Hieronimum. Confert bonum intellectum in ſequendo veritatem, & deferendo falſitatem, quia Mater eſt eius qui eſt via, veritas & vita, ſecundum fidẽ Catholicam. Vt merito ſecũdum veritatem fidei per viam bonæ operationis perducat ad vitam gloriæ; quæ eſt finale Amen totius Eccleſiæ militantis.

*Debet ei offerri.* Merito ergo à cunctis hæc piiſſima Maria in ſuo Pſalterio per Amethiſtum Amẽ eſt laudanda & honoranda de die in diem in æuum. Cuius ratio eſt manifeſta: Quia Veritas inter omnia, ſecundum Auguſt. eſt honoranda, colenda, & collaudanda ſumme, cum ſit ſecundum Doctorem ſanctum, obiectum noſtri intellectus, finis, principium & medium.

Sed fortaſſis peteres, ſi auderes quantum valet hic lapis veritatis Amethiſtus Amen? *Ob pretiũ* Ad quodlibet breuiter & fideliter reſpondeo. Plus valet, quam valere poſſunt quæcũque humanitus concupiſcibilia in præſenti vita à cunctis hominibus, ſibi ſint regna aurea, ſiue mundi pretioſi, aut quodcunque aliud concupiſcibile mundanum. Ideo merito dicitur Eſdræ, Magna eſt veritas & prævalet omnibus; quia ſecundum Doctorem ſanctum. Veritas habet bonitatem infinitam; tum quia eſt obiectum potentiæ infinitæ: tum quia tranſcendens, tum quia Deus Veritas eſt per eſſentiam.

Confidite ergo cariſſimi in hoc Pſalterio virginali, quoniam ſi tantum bonum eſſet conueniens inferno, & ſuſciperetur ab inferno; infernus nequaquam poſſet quoſq; damnatorum vlterius tormentare, quia tale bonum vim inferni penitus euacuaret. *Ob præmium.* *Comparatio.* Aut ergo Virgo Maria tantum bonum à ſuis Pſaltibus dietim centies & quinquageſies ſuſcipiens, crudelior erit inferno (quod eſt hæreticum cum nulla pura creatura ſit magis pia in quocunque caſu, Virgine Maria, ſecundum Auguſtinum & Bernardum quia proximo eſt diuinæ charitati, quæ eſt pietas per eſſentiam) aut indubie dabit nobis ſalutẽ alias iniuſta eſſet, ſi tanta bona ſuſciperet, & non tanta vel maiora præſtaret, vt arguit Auguſtinus in ſermone quodam de diuina miſericordia contra negantes remiſſionem peccatorum.

O igi-



*Peroratio. parenetica.* O igitur vos omnes ſalutis veſtræ amatores, ſeruite virgini Mariæ in Pſalterio ſuo Euangelico. Primo, vt habeatis centum & quinquaginta rupes, in quarum qualibet erant 15. lapifodinæ infinitorum lapidum pretioſorum. Secundo, vt obtineatis centies quinquagenies 15. dona pulcherrima à Virgine Maria, quæ ſunt innocentia, ſapientia, gratia, pulchritudo, nobilitas, libertima miſericordia, eſſe filium Dei, & Virginis Mariæ, honeſtas, & proſperitas, refectio, vniuerſalis conſervatio, nutritio à Dei Matre, omnes diuitiæ, perfecta ſalvatio, Sacramentorum adeptio, veritatis finalis, & beatæ vitæ conſumatio. In quibus omne concupiſcibile continetur ſufficientiſſime.

*In AVE eſt V. & N. T. & orbis, & omnia.* Quia, ſecundum Bernard. ad Albert. Magn. totum antiquum, & nouum Teſtamentum, immo vniuerſus mundus in Salutatione Angelica eſt comprehenſus.

*Rationumeri C. L. V. c. 16.* Tertio, vt Virgo glorioſa, cum Filio ſuo in tantis excellentijs iuſte honoretur pro meritis. Quarto, vt à centum, & quinquaginta malis oppoſitis, dietim libereris. Quinto, vt tota Eccleſia militans, coronetur per te centum & quinquaginta coronis. Sexto, vt fideles defuncti à centum & quinquaginta malis oppoſitis pœnalibus per te liberentur. Septimo, vt ſancti in patria gaudeant centum & quinquaginta gaudijs, quæ habuit virgo Maria in Conceptione, & Natiuitate Filij ſui: quæ aliquando reuelauit eadem virgo, & ſigillatim nominauit. Nono, propter centum & quinquaginta dolores quos ipſa in paſſione Filij ſui habuit. Decimo, propter centum & quinquaginta gaudia, quæ nũc habet in cœlo ſuper omnes Sanctos. Vndecimo, contra centum & quinquaginta peccata, quæ communiter currunt in mundo, quæ etiam nominauit. Duodecimo, propter cẽtum & quinquaginta pericula, quæ ſunt in morte. Tertio decimo, propter cẽtũ & quinquaginta terribilia, quæ erunt in iudicio contra peccatores. Quartodecimo, propter centũ & quinquaginta benefitia, quæ ſunt communicata mundi per Filij Chriſti incarnationẽ. Quintodecimo, propter centum & quinquaginta priuilegia ſpecialia, quæ dabuntur pſallentibus in hoc Pſalterio tam in rebus exterioribus, quam in anima, tam in morte quam in gloria.

Vnde tales ante mortem ſpecialem obtinebunt à Deo gratiam inter cunctos viuentes, ſicut innumeris exemplis

 & ex-

& experientijs certiſſimum conſtat, quæ omnia aliquoties ipſa Virgo Maria reuelauit, & diſtinctè per omnia nominavit quorum intellectionem ex præhabitis ſapientibus relinquo inueſtigandam. Merito igitur dicebam pro themate *Qui conuertit petram in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarum*, id eſt, Angelicam Salutationem in abundantiam omnium gratiarum, diuinarum & humanarum; quas vt habeatis, Laudate eam in Pſalterio, Pſal. 100. Et 50. Et hoc de primo principali, quod fuit de quindecim lapidibus Theologiæ, ſecundum quindecim lapides pretioſos ſpiritualiter repertos in hac Rupe altiſſima ſcilicet Salutatione Angelica.

## SYNOPSIS XV. GEMMARUM.

| | | |
|---|---|---|
| 1. *Aue* | *Adamas* | *Innocentia.* |
| 2. *Maria* | *Carbunculus* | *Sapientia.* |
| 3. *Gratia* | *Margarita* | *Gratia.* |
| 4. *Plena* | *Iaſpis* | *Plenitudinis.* |
| 5. *Dominus tecum* | *Saphirus* | *Dominationis* |
| 6. *Benedicta* | *Chalcedoneus* | *Miſericordia.* |
| 7. *Tu* | *Smaragdus* | *S. Deſponſationis.* |
| 8. *In mulieribus* | *Sardonix* | *Honeſtatis.* |
| 9. *Et benedictus* | *Sardius* | *Proſperitatis.* |
| 10. *Fructus* | *Chriſolitus* | *Nutritionis.* |
| 11. *Ventris* | *Berillus* | *Maternitatis Dei.* |
| 12. *Tui* | *Topaſius* | *Theſaurizationis.* |
| 13. *Ieſus* | *Chriſopaſſus* | *Salutis.* |
| 14. *Chriſtus* | *Hyacintus* | *Medicina.* |
| 15. *Amen.* | *Ametbiſtus* | *Veritatis.* |

CA



# CAPVT XXV.

## *SERMO II. DOCTORIS ALANI.*

### THEMA.

*Timete Deum, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius.*

Apoc. 14.

HEu mihi; qui de re omnium terribilium terribiliſſima, de Extremo Iudicio, inſtituere iubeor Sermonem! 1. Me tamen vberrimus conſolatur fructus animarum; qui ad ſimilem de eodem genere argumenti prædicationem S. Vincentij per Eccleſiam eſt quõdam con ſecutus. Verum qui vir ille, & quantus prædicator? Ordinis inquam Prædicatorum vniuerſi gloria, Eccleſiæ decus & ornamentum. 2. Accedit huc aliud, quod me ad inſtitutum hoc perſequendum & compellit mandato, & exemplo ſuſtentat: id quod ſubiecta aperiet narratio.

### NARRATIO.

Alma Deipara Virgo MARIA ſuo cuidam Sponſo nouello apparere pronuper dignata eſt, & illi aperire de extremi Iudicij Signis eadem, quæ ſe ipſam olim Sponſo ſuo S. Bernardo, pari apparitionis dignatione, reuellaſſe affirmabat. *Nouiſſima hora eſt*, inquit *Sponſe, & malitia mundi aſcendit ſemper rerumque omnium conſumatio properat ad metum. Aſpice, vt inclinata omnia ad ruinam ultimam ſpectant. Quã miſeranda, quam fœda omnium pene Statuum in Eccleſia ſeſe dat facies, quantum mutata ab illa ſua primæua ſacrarum Inſtitutionum ſanctimonia. Quocirca, volo, vt quæ horribiliſſima vniuerſis superuentura iam diu credidis, tute ipſe iam nunc oculis ſubiecta tuis, velut præſentia centuaris: Et vero hoc affirmantius ac ardentius, tamquam propediende repente irruitura, omnium auribus animiſque inculcãda prædices; ad ſanctioris vitæ rationes rite cunctis inſtituendas.*

Dixit; dictoque citius ille nouellus Deiparæ Sponſus raptu altiore extra ſe factus, in ſpiritu futura Iudicij, corá præſentia conſpicit, habetq; ob oculos humanum genus vniuerſum, quicquid vnquam hominum vixit, viuit, eſtque victurum. Horum autem horror, pauor, & clamor tantus ſubito coortus in immenſum creſcebat, vt humanitus, dici nec intelligi, credi ve ſat poſſit. Enimvero tot, talia, tanquam immania tremendi



Iu-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Iudicij ſigna ſeſe offerrebant; cum quæ illud eſſent Præceſſura, tum quæ Comitatura, denique & idem quæ Conſecutura forent. Luctus autem tantus erat, rerumque omnium complorata deſperatio: vt nihil cuiquam melius, quam non eſſe videretur.

Atque talium ſpectatorem factum Sponſum ni diuina ſeruaſſet virtus, illique tutatrix adſtitiſſet, ac vires ſuffeciſſet, non potuiſſet, quin abſorptus deſperatione periret.

*Quare vt tantis malis anteueniant, inquiebat, qui voluerint, ad ſacram Anchoram, iuſtiſsimi Iudicis Matrem Virginẽ confugient, ſeque Filio meo, mihique in Pſalterio* IESV *& Mariæ deuote commendare non omitant, ac in quinquaginta prima, Iudicij horribilia quinque Pracedencia meditentur; in ſecunda Concomitantia alia: alia Subſequentia iudicium, in tertia. Et hæc vno ſimul intuit Sponſus Mariæ impreſſa menti habebat; non ſecus, quam ſi longo ſermon: didiciſſet.*

# I. QVINQVAGENA.

*De Antecedentibus Iudicium.*

Sunt ea quinque totidem decadibus apta Pſalterij. *Memorare 1. Antichriſti ſeueritatem. 2. Signorum horribilitatem. 3. Conſcientiæ rodentis acerbitatem. 4. Terrenorum omnium ſubtractionem. 5. Accuſationis ab creaturis diritatem generalem.*

I. TERRIBILI: ANTICHRISTI SÆVITIA. Vidit hunc Sponſus ille omnium mortalium reprobatiſſimum, audaciſſimum, potentiſſimum. Lege ſua noua Sacrilega per vim intruſa orbi, ſanctiſſimam Euangelij veritatem conuellere & extirpare contendit. Orbis opum atque theſaurorum potens, ditare ſuos commitebatur, Chriſtianos vero exuere vniuerſis, diris vrgere tormentis, hoſque è cœlo & ex orbe exterminare.

Iam diu religatus in orco Sathanas, nexibus tunc exoluendus, ſua in auxilium aſſiliet miniſtro, omni, qua poterit, arte magica, techniſque ipſum imbuendo; vt etiam mira ſit patraturus tanta, quæ miraculorum ementita ſpeciem prodigioſa videbuntur, etſi falſa.

Quo verior ſancti Hieon. eſt opinio, quod, ſicut in Chriſto Deus humanæ ſeſe vniuit naturæ: ita filio perditionis Luciferum fore vniendum: Non id quidem in vnitate perſonæ, verum in coniunctione malitiæ ac nequitiæ. Nec enim humanæ illa-

bi



bi poteſt menti, niſi ſolus Deus; Iuxta *Mag. 3. diſtinctione. 7.*

Atque idcirco omnium in vno ſcelerum immanitas ita conueniet, vt par illi extiterit nil vſquam Cainum longe ſuperabit inuidia, Neroth ſuperbia, truculentia Pharaonem, Adonibeſech crudelitate: Vincet exquiſita malitia Nabuchodonoſorem, Ieroboam & Manaſſem impietate, tyrannide Antiochum, Nicanorem blaſphemia, Herode erit fraudulentior, iratior Deciano, Decio cruentior, Iudæis in Stephanum ſæuior, omni denique immanitate flagitiorum erit immanior. Quippe poteſtas eius erit Sathanæ, *qui factus eſt, vt nullum timeat.*

Heu iam nunc *Antichriſti multi facti ſunt.* Vt tantam à nobis peſtem auertat Deus, per IESV CHRISTI merita, ac Deiparæ deprecationem, ſancte in Pſalterio colendi ſunt, ac ſæpius conſalutandi per illud benedictum AVE.

## EXEMPLVM

S. VINCENTIVS, lumen Prædicatorum Familiæ, & columem Valentiæ, adeoque Hiſpaniæ, ad vſque miraculum eximus cultor extitit Deiparæ, vel inde vſque à teneris. Quo autem in genere cultus Mariani potius, quã iſto Prædicatorio ad Pſalteriũ Mariæ? Cuius vi & efficacia non ſolum tentationes profligauit graues & crebras, ſed & miraculis compleuit Eccleſiam, ipſamque Deiparam cernere aſpectabilem, & audire perſæpe conſolatricem meruit.

Is quam terribilis, quamque admirabilis fuerit extremi prædicator iudicij, orbis ſenſit, hodieque nouit Chriſtianus, quem iſto per orandi argumento pene ſolo, ex ipſius Seruatoris Ieſu mandato, contremefecit, dum omnem præcipue Galliam, Hiſpaniã, Britanniam, Scotiam, Hyberniam, Italiamque peragraret. Neque occurſus hominũ remotiſſimos vrbes capiebant, ſed aperta camporum opus erat planitie, in qua auditores eius, de iudicio differentis, conſiſterent vt aliquando ad decem millia hominum eum ſequerentur, ſæpe ad octoginta millia ad audiendum eum confluxiſſe ſint viſa.

In quibus frequens erat videre abiectos humi multos propalam ſua ſcelera proclamare; in his & iam Iudæos conuertit plures viginti quinq̃millibus; Saracenos ſupra octona millia in ſola Hiſpania; niſi vt plurimum Angeli circumſiſtere contionantem; ſolemne iſtud vel vt pluribus lo-

lo-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

loqui linguis, vna ſola prædicans, videretur, vel vt à cuiuſcunque nationis convenis auditoribus intelligeretur, etiam in quatauis diſtantia, quo perferre dicentis vocem nulla vis naturæ valuiſse, niſi gratiæ adiuta miraculo. Accedebant prodigia quaſi familiariter innumera pulſis morbis, expulſis dœmonijs, malis quibuſcumque depulſis, mortuis vitæ redditis, revelatis occultis, futuris, remotis.

Tanta viro vis inerat iudicium prædicanti, ſed maior Deiparam in Pſalterio veneranti.

II. Terr. Signorvm Horribilitas. Ea S. Hieronymus prodit ſe in Hebræorum Arcanis reperiſſe quindena; nec ab Euangelio pleraque aliena. 1. Erunt ſigna in Sole, qui cilicini inſtar ſacci acreſcet. 2. Luna ſanguineſcet. 3. Stellæ de cœlo cadent, vt videbitur. 4. Maria hinc ad XL. cubitos altiſſima montiū tranſcendent, inde abſorta immane barathrum aperient. 5. Ex quo monſtra marina, numquam viſa, vel cognita nouū terrificumque horrorem incutient.

6. Erunt terræmotus magni, quales numquam alias, vrbes, montes, ſylvaſque abſorturi. 7. Arbores ac herbæ cruorem deſtillabunt. 8. Feræ, cicureſque beſtiæ vagæ frement, rugituque cœlos horrificabunt. 9. Aves promiſcue conuolantes ac plangentes vociferabuntur. 10. Ruptæ diſſilient petræ.

11. Homines in cavernas ſeſe abdent, ſurſumque ex ijſdem excuſſi proſilient trementes ac palabundi vel amētes oberrabunt, aliena loquentur, & agent. 12. Maria velut oleagina conflagrabunt. 13. Emorientur piſces, & grandia cete amputreſcent, intolerando cum fœtore. 14. Tonitruis continuis quaſſatus orbis fatiſcet: quibus interboabunt horrendi vlulatuſque, rugituſque, tumultuſque cacodæmonum, animarumque damnatarum. 15. Denique ignis è cœlo proruens, cœlumque totum igneum orbi terrarum ac marium incumbet, ad omniū deflagrationem, elementorum purgationem, ac cœlorum innovationem. Poſthæc reſurrectio ſequetur mortuorum, ac iudicium.

Tantarum cauſa immanitatum erit tum ad malum effuſa vis tartari vniuerſa, tum ad bonum diuina poteſtas.

Exemplvm. Rex quidam immanitate barbarus, ac potentia terribilis, iſtorum auditiones, ac conſideratione ita inhorruit, vt effracto, perdomi torque pectore calibeo, feritatem omitteret, omnemque colens humanitatem ad vſque ſanctam vitæ Chriſtianæ humilitatem ſeſe demitteret.



Atque vt talem animis timorem pium concipiatis, Divam Diuarum Virginem in Pſalterio attentius colitte, Iesvm Christvm adorantes, venturum Iudicem viuorum ac mortuorum, quem propitium vobis conciliare connitemini, ſi Iudicij ſignorum memoriam ſæpius ad Pſalterium recolentes pronuncietis illud Maria: quæ vera eſt illuminatrix, vt ad ſignorum honorem & iudicij pauorem animis nihil concidatis.

III. Ter. Conscientiæ remordentis grauitas de flagitijs propetratis, omiſſis bonis, impieque dictis, aut cogitatis. Huius flagra Diræ tanto accident diriora, quanto ſæuient interiora. Finge, & congere omnes, quæ vſquam fuerint eſſe ve potuerint mœſtitias, anguſtias, terrores ac dolores mentium: ad illam conſcientiæ miſeriam erunt vmbra mera. Quippe eam ad diritatem extimulandā & immaniter exacerbandam conveniet præpotens iuſtitia Dei ira Angelorum, ſcelerum memoriam, ſæuitia Dœmonum, vindictam creaturarum. O in luctu verſa cithara!

Quare præoccupemus tot dirarum faciem in Pſalterio Iesv ac Mariæ, ſæpius illud Gratia in eo pie precati offerendo Iudici Chriſto. Per Mariam n. plena Gratia facile ſeruabitur conturbata conſcientia, & liberabitur ab omni anguſtia.

Exemplvm. Vinxit in Flandria quædam mulier ſupra ſexum in omne ſcelus proiecte audax: verum cum diu vitam per infanda volutaſſet perditam, demum in & deſperatam pro lapſa, conſcientiæ truces ſtimulos nec diſſimulare, potuit tolerare. Quid agat? Plus Conſilij à pijs ſuggeritur dementi & furenti, quam ab ipſa expetebatur. Vt autem ad Pſalterij Vſum acquieſcere primum deinde adlubeſcere, tum poſtea adſueſcere cœpit, ſenſim reddita illi mente, ſui facta potentior ſpem animo admiſit, conſilia audijt ex Pſalterio præſentia ſenſit auxilia, dum adoptatam tranquillitatem penitus reſpiraret, ac in luce gratiæ ad Dei miſericordiam ſuſpiraret.

IV Ter. Terrenorvm Omnivm ſubtractio. Quibus enim in rebus miſera mortalitas ſpem fixit, voluptatem captauit, conſumſit amorem & animam, eis ſe omnibus nudari impetu conſpi-

pi-

piciet: Aurum,gemmas, tapetia,cimelia,theſauros, palatia, vrbes, agros, caraque omnia ignibus edacibus abſumta in fumum abire cernet,ſeque ipſam ad infeliciora reſeruari.

In pari circum ſe quiſque calamitate videbit pater proles, vxorem,cognatos:quiſque amicos,& inimicos iuxta.Vbi tunc ſpes magnæ, res opeſque cumulatæ, honores exambiti, hauſtæ vndique voluptates? Vbi tunc imperia & regna potentum, ſtudia & obſequia nobilium, auxilia ſubditorum, Docto. conſilia, robora fortium? Vbi corporum elegantia, artium magiſteria, agentium ſolertia, ſapientia providentium? In vna ſe communis incendij flamma conſidere aſpiciet. Neque eſt conſilium, non ratio, nec ordo, quo properat, ſed ſempiternus horror eos vndique concluſos circumdat. Prius omnia poſſidētes, in puncto nihil habentes ad inferna deſcendunt. Heu quanta hæc qualiſque inanitas & omnium vacuitas bonorum eſt.

Cauſa: Quia reſtrixit charitas, extincta euanuit pietas Cœlitum aut neglecta, aut deſpecta iacuit ſanctitas:Sacra omnia diuina humanaque peſſundabit infelix mortalitas.

Cui auertendo malo,arripite Pſalterium Matris miſericordiæ, ac cœleſtis Theſaurariæ: Eſt illico plenum omniū felicitatum cornucopiæ. Sentiunt, qui ſæpius iſtud in eo ingeminant, Plena.

Exemplum. Abbas quidā cum ſuo Fratrum Conuentu, ac Monaſterio ad incitas redactus, iam diu longam in arcta rerum anguſtia, paupertatem trahebat. Quo miſeriarum eum crebræ tyrannorum rapinæ ac depopulationes perpeſſæ coniecerant. Cum autē vis nulla ſufficeret, aut moti metus proficerent, harpyarum obſcœnæ rapacitati quot annis ingruentium auertundæ, atq́ humana omnia,ſeu auxilia, ſeu conſilia viris religioſis deficerent; ad diuina verſi,tanto impenſius atque conſtantius ea vſurpabant. In cæteris vero, Abbas comprimis, præter conſueta ſolemnia, Pſalterij ſeſe deuotioni addixit, tenuitque propoſitum.

Nec diu; raptorum vis retardatur, extinguitur ſuapte mole: Agri, villæ & cuncta abbatiæ cætera, benedictione diuina ſenſim complentur: affluuntque opes, & beata rerum vbertas. Reuertit noua præmiatorum manus, opimitatem ſpe iam deuorans, aſſili incurſione facta, ſed diuina manu percuſſi intereunt.Succedit alia excæcatior amentia & avaritia,iterumque alia,ſed





vtraque repentina cæcitate in tenebras data dedit & pœnas & manus, ſic, vt cunctis ſui ſimilibus ſpectaculo dein obirent ac terrori. Acceſſit terribilius iſtud, quod non pauci eorum igne de cœlo demum icti, & abſumti æternum forte periſſent; abbatia interim in cunctis fortunata.

V. Terr. Accuſatio creaturarum generalis omnium vnum in hominem inſurgens. Eæ in ſuo quæque genere, ac modo benedixere Deum vt factæ nateque ſunt,ita & benedixerunt: ſolus homo degener Creatorem ſuum contempſit, contaminauit, inque iuſtam iram ac vindictam cō-citauit. Atque idcirco creata omnia conclamatione facta in iudicij die, æthera vindictæ poſtulatione inceſſent ac fatigabunt. Cœlum datæ lucis ſuæ ac motus pudendam abuſionem à peccatoribus factam exaggerabit: Ignis ſuam ſeruitutem in impiorum gula & luxuria conſumptam expoſtulabit. Aer, aura vt indigos, ſic indignos vixiſſe ac ſpiritum traxiſſe ſceleratos inſonabit: quin & ad blaſphemias, mendacia, periuria abuſos vita, plorabit. Aqua complorabit, quod nequicquam rigarit terram, fuderit piſces, vexerit nauigantes, dederit gemmas, & gazas ad reproborum vanitatem. Terra ſuam ipſis illatam ſibi ſcelerum abominationem averſabitur; exoſa ſibi, quæ tantæ fœditati dehiſcens imum barathrum non reſerarit.

Hiſce rerum principijs cætera ex eo procreata turba cōvociferabitur accuſatrix, ac frendet in peccatores:circumſtrepentibus Euangelijs, & cacogenijs infremiſcentibus: vindictā, iterumque vindictā repoſcituris de offenſo Numine, de creatorum abuſu: vindictam de rerum ac ordinis vniuerſi perturbatione provocata, concrepabunt.

Verum eas vociferationes ita accipe reboaturas, vt S. Thomas docet, non exteriore vocis ſono,ſed interiore mentium ſceleratarum opinione, quaſi ti mica ſibi omnia atque noxia miſerrime timaces apprehenderit. Atque ſic *pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos. Armabit enim Deus creaturam in vltionem inimicorum.* Quo terribilior ac ſæuior ea accidet inculcatio reproborum; quod vis quædā occulta inerit rebus diuinior vt inanimata animo ſe fremere videantur.

Quapropter vt ab auditione mala non male, non tarde timeatis: in Dominæ noſtræ Pſalterio frequentes illud Dominvs, inclamante, pſallite

ſpiritu & mente, cum memoria tam feralis conuociferationis futuræ, ad Pſalteriũ repetita: & Dominus timorem iſtius veret in confidentiam. Id Dominæ põt ad DOMINVM Aduocatæ pro nobis pia deprecatio.

EXEMPLVM, In Picardia degit quidam omnium infanda ſcelerum fœditate conſpurcatus, & obrutus peccator: qui iam diu pertinaciter aures animamque clauſum diuinis humaniſque monitis per nullum non impietatis genus, circumtulerat: ſola ipſi in Deum fide integra perſiſtente. Hac via vis facta eſt à timore, vt ferreum is pectus inceſſeret, conceptæ impietati expectorandæ. Inueteratum alte malum inſederat: lis in foro forte mouetur adverſus iniquum, & actione iam cauſaque conſtituta: humani timor iudicij ſubiit mẽtem, gliſcitque alium ex alio metum ſubijciente conſciencientia ſæua. Agitur, æſtuat: omnia tuta timet: præteritæ voluptates aſceſcunt memoriæ, præſentes cumulatæ opes, maleque partæ, ad peiorem ſpectare deperditionem vſſlebantur, amici rareſcunt, amareſcit vita ei minime iam vitalis, dum etiam ſpem pene deſpondiſſet.

Hæc inter ecce venit in mentem extremi illius Iudicij, quantus ibi, hic ſi tantus eſſet tremor futurus. Iam nuſquam illi ſpes vlla ſuper, præter quam in ſolo Deo & ſi vel irato. Quid agat? Mediatorem ſibi eſſe poſſe credebat: at velie dubitabat, IESVM læſum, & iratum: Ergo Matrem IESV, mediatricem noſtram reſpicit Mariam quod primum, quod communiſſimum, quod Virgini gratiſſimum, quod DEO Deique Filio eſſe inaudierat inſuperabile: ipſumque vt inuictum exorandi Dei genus, ſic & præſentiſſimum Pſalterium, hoc, licet deſperatus, affectat, contrectat, vſurpat. Mox habere leuius primum cœptat, dein & ſperare, tum reſpirare quoque, & rebus confidere afflictis melius.

Nam & ſuæ in foro cauſæ in cognita hactenus ſeſe aperire firmamenta, & ipſe demũ liber ac innocens abſolui iudicio, & pro ipſo pronũnciari accedit ſententiam. Quo euentu, non tam cauſam ſibi, neque vllam ſuam fuiſſe patrocinatam: quam Pſalterij, ſuppliciter perorati, vim & efficatiam, in defenſionis partem valuiſſe, cognouit.

Dicta iam quina Iudicium præeuntia ſigna, per Decalogum mandatorum ducta ſingula, prima in Pſalterio quinquagenam, cum quintuplici vocalis Mentaliſque orationis meditatione, conficiunt, offerendam ad alia decies quina iudicij mala auertenda.



## II. QVINQVAGENA.

*De comitantibus Iudicium ſignis.*

Sunt & ipſa quina, totidemque apta decadibus Pſalterij.

1. *Iudicis Potentia.* 2. *Teſtium certitudo.* 3. *Iudicis implacabilitas* 4. *Aſſidentium terribilitas.* 5. *Indicandorum confuſio.*

VI. TERR. IVDICIS POTENTIA, infinita, ineuitabilis, & æterna cui metuendorum nihil vel à longe par aut affine eſſe poteſt. Ille ſi pro nobis, quis contra nos: ille, qui iuſtificat, quis accuſabit: ille, eſt qui condemnat, quis liberabit? Illum igitur aſſumite. Aduocatum apud Patrem, illum in Pſalterio nobis conciliate identidem deuote repetendo illud, TECVM. Et quia Deipara ipſum peculiari modo eximioque ſecum habere commeruit: per eam impetrabimus, vt & nobis eſſe dignetur *Emmanuel*, id eſt, *Nobiſcum Deus.* Age, ſume vnũ TECVM, & omnia habueritis: nec præualebit aduerſus te inimicus.

EXEMPLVM. Alanus quidam in Anglia, vir humilis ortu & obſcuris, vnus aliquis de plebe; iſthuc (iure an iniuria) deuolutus eſt, vt cum omnes eius fortunæ regio in iudicio addicerentur fiſco; tũ & ipſe capite minitus in exilium proſcriberetur. Verterat iam ſolum: ex torris patria patriam tanto impenſius ſuſpirauit ſupernam.

Ergo vulgaris homo vulgarem comprecationis ſcalam certam inuadit Pſalterium inquam: hoc cœlum ſuperat, votiſque Deum: Deipara interueniente aduocata. Iam qui ſic contra Deum fortis extitit: contra Regem, ac homines quanto fortior euaſerit, declarauit euentus Non longum cedit tempus (ſic diſponente Deo, in cuius manu cor Principis ac ſortes noſtrę) correcta priore iudicij ſentẽtia, reciſſo exilij decreto, & confiſcatione damnata, redditur, ſibi ſuis, patriæ ab honoris auctior atque fortunis.

Enimuero abs Deo Rex derepente correptus morbo, adverſus aut omnem curam ac medicinam pertinacem; preſens adit vitæ diſcrimen. Damnatis igitur humanus omnibus, Diuina exquirere coactus, ab ſe ipſo penitus introſpecto rationes expetere ſolicitus inſtituit: tum circum ſeſe diſpicere, nunqua in re cauſa ve iuſtam Numinis irati

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ti in caput ſuum indignationem concitaſſet, Et obſcuri, ecce, ruſtici illius non ſat liquidum, ac forte præcipitatum ſeſe obijcit memoriæ iudicium, vellicatque acrius conſcientiam. Nec quies Regi, nec pax menti erat; donec è ſinu ſcrupulum excuſſiſſe. Excutit hunc, ſimulque morbum diſcutit: extorrem abſoluit exilio; ſe morbo: reſtituit fortunis euerſum ſtatui priſtino; ſe valetudini illum patriæ; ſe regno; vitæque redebat.

VII. Terr Ivdicis Implacabilitas contremiſcendi, at improbis: quantum dulcis Conſolator electis. Illius vel inde capeſis exemplum terribilitatis. Si ter Benedicta Genitrix Ipſius in qua delicti enormitate ab eo deprehenſa iudicio illo occuparentur: iuſtus Iudex ſuapte conuinctam conſcientia, viſione gloriæ priuaret, pœniſque damnaret ſempiternis. Quid cæteris futurum peccatoribus?

Quocirca & illud cuique perſuaſum, certiſſimumque ſit, neceſſe eſt: Conferantur in vnum omnium & tyrannicæ hominum, & feræ beluarum ſæuitiæ, vmquam exercitæ; his etiam ſæuiora quæque à ſummis certatim fingantur ingenijs, & ſi ſupra quam credi poſſit: cum vna ex Iudicis ſeueritate iuſta componantur, ſi poſſit: comparationis adeo ratio ſpecieſque erit nulla; vt ſumma quoque diſparitas apparere debeat voleti nolentique manifeſta. Quæ enim finiti ad infinitum comparatio? Quæ tenebrarum cum luce, falſi cum vero, communicatio?

Adde, quod iuſtus Iudex parem hinc in reprobos immiſericordiam; inde averſum electos miſericordiam, præſtabit & cunctis apertam, infinitam vtramque. Eſto: *Superexaltet miſericordia iudicium* at iniuſtis: Nam in iuſtis *iudicium fiet abſque miſericordia:* quia *fecerunt iudicium ſine miſericordia*, & vero *iudicium duriſsimum his qui præſunt.*

Quare timete eum, qui poteſt & animam perdere in gehennam. Orate eum ſupplices, & in Pſalterio ſuo ac Mariæ coſtanter inuocate: qui vel nocentiſſimum abſoluere & mundare, de immũdo conceptum ſemine nouit, ac conſueuit. Infinita hæc gratia? At Benedicta à Benedicto Illo per Benedictam, cui ad Pſalterium quinquagies vltra centies fit conſalutatio in voce, Benedicta. Ecquis enim pro reo tam bene,

di-



dixerit vmquam apud Benedictum, ac ipſa Benedicta.

EXEMPLVM. In Thuringia, interiore priſcæ Germaniæ ſolo, indigentem patriæ Virum fors, Ciuemque tulit ita ſpectabilem ac potentem, cui & offeret ea negotiũ cum Imperatore ipſo Federico II. Ortum ex ſcintilla incendium eſt. Patrum Imperatorem inter optimum Maximum, & Dynaſtam Thuringiæ diſſidium natum, denique in excidium gentis ſpectare videbatur. Accedit (quod dicto, factoue memorare nil attinet) Inuictiſſimũ, pijſſimumque Imperatorem conturbare animo cõtra Thuringiæ Satrapam nationis. Dies iudicio indicitur, agitatur cauſa, dura contra ſtimulum calcitratio. Vincit inuictus Auguſtus; cadit ſubditus vaſallus: fatalis fertur ſententia: differtur & mutatur ex miſericordia, quam & protinus exequitur ita; vt vir Princeps patriæque caput, cũ vniverſis cognatione vel affinitate illi coniunctis, longius exularent. Fit mora proſcriptorum in abſceſſu: vt aſſolet, cum aut ſumma rerum, aut capita Principum vertuntur.

Interea Dynaſta Pius, cũ in impeſio poſt Auguſtum non eſſet ei, quem improbaret tali in re ciuili, capitiſque cauſa, tota ſe mentis religione ſpirituſque conatu ad Deũ Deiparamque convertit, opem ad Pſalterium oraturus. Orat, obſecrat, conſtanter fidenterque perſeuerat: & petita impetrat: votis nanque virum Deus, Deipara patrocinante, damnabat, mactumque beabat. Solo tamen iam patrito cum ſuis, quos pariter proſcriptionis fulmen afflarat, Princeps obedienter exceſſerat, in delectum exilio locum.

Abſentia viri clariſſimi corda ciuium efferebat ſaucia; quæ nova dictant conſilia, animoſque pares ſuggerunt; vt in apertam eruptura viderentur rebellionem. Neque iam res in obſcuro agebatur; ſed in luce omniũ vim & arma ſpectabat.

Inopinato perterritus Imperator euentui (qui in motu iam efferueſceret; cæteroſque terræ, circumq plures in partẽ traxiſſent proceres: ob amorem honoremque in exulem:) proprius ac promptius non habuit remedium excitos componendi motus, quam vt exilij reſcinderet decretum, extorremque abſolutum ſecure in integrum patriæ reſtitueret, ac honori. Neque labori id fuit ciuibus; ſed mage ipſis ſibi ducebant decori itaque

com-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

communibus certatim ſtudijs, velut omnium humeris, ciuem principẽ reportant. Neque ciuium ſtudio cedere voluit Auguſtus: ideoque contendit quanta cum maxima ornatum gloriæ pompa reduci, inque altiora, quam prius, provectum collocari. Periculum fecit Viro precium: ſed quod Pſalterio debebatur acceptum.

VIII. Terr. Testivm Veritas Irrefragibilis, omnique maior exceptione. 1. Adſtabunt contra reos *Angeli cuſtodes* vitæ pariter ac teſtes peractæ: quo nec fugere ſcientiã poteſt quicquã nec fallere. 2. *Conſciẽtia*, mille teſtes, viuit intus ac proclamat: quæ, vt ignorare, aut non recordari poſſit errare tamen mentiriue non poteſt. 3. *Peccata* ipſa accuſabunt authores ſui, ſeque ipſis probabunt. 4. *Dæmones* circum in maius omnia exauhebunt vera falſis remiſturi; ſed pleraque tunc vera nimis. 5. *Iudex* omnium viſu horribiliſſimus ac auditu, acrior cunctis accuſator erit, & damnator. Quid hos inter peccator agat? quid cogitet? quod ſe vertat? Vndique tenebitur: ab irruente ad horrorem deſperatione abſorvebitur. Actũque æternum eſt. O æternitas!

Nunc, nunc in prompta remedium eſt: tunc ſerum. Orate vt non intretis in tentationem, ſed à tanto liberemini malo, Remedium eſt appellatio: & ea fit efficaciſſima in Pſalterio, per compellatam miſericordiæ Matrem Mariam, repetito ſæpius, in illius Salutatione, illo, Tv, emphatico: quæ ſola ad iratum nunc flectendum Filium potentiſſima eſt.

EXEMPLVM. In Alma Vrbe Romana, cuidam in præcipuis matronæ contigit ex vteri ſui nato proprio aliã naſci prolem. Facinus infandum: incœſtus abominandus! Natura ipſa tanti ad flagitij attrocitatem exhorruit, nec nati natum oculis ferebat mater, nec frater filium fratrem: monſtrum ipſi ſoli huic execrandum. Anxiæ, & mente conturbatæ genetrici cacodæmon, ementita hominum ſpecie, adeſt: prolis necem ſuadet & perſuadet. Scelus ſceleri adijcitur: fœtus euectus in latrinam abijcitur.

Sed nil occultum, quod nõ reveletur: & atrocia latere diu neſciunt: qua teguntur, ea produntur. Summam iudicij, ex atroci ſuſpicione, per breuem facit immanitas facti, ſolum accuſator deerat: ſed rea non ipſa ſibi.

Facti pœnitens ſeipſam coram Deo deteſtatur, ſecretoque ploratu de commiſſis ſibi quaſi viuenti videntique funus ducebat. Nec exorandæ ſpem abijcit miſericordiæ; ſed in ſpem contra ſpem credens agebat vnum, quod ad Ieſum Matremque Ieſu in luctu & ſqualore Pſalterium aſſidue comprecando identidem excurreret. Quo inter ſuſpicionis flammas obſervato propoſito, ſpes robuſtior animos addit per negandi facinus tantũ: hocque acerbius deplorandi ſortem: quaſi ſuſpicionis de ſeſe talis mucrone ſauciata fleret.

Non ſinebat fœminam immunem abire iudicio rumor gliſcens: vocata ſiſtitur Iudicibus: inſimulata criminis excutitur: quæ conſtans animo inſitiatur obiecta: deficiebatque probatio: quo eneruis cõcidit ſuſpicio.

Obire per vrbem viſus eſt natæ ſuſpicionis incentor vir ignotus: qui cum ſe accuſatorem offeret, coramque iudicibus ac rea adſtaret, ob mutuit: ipſam ſe noſſe negat, minus crimina ipſius; aliaq; omnia fingit. Fit ſtupor & admiratio omnium; ac reæ abſolutio: ſimul ingnotus veterator ſub oculis euaneſcit. Vnde cacodæmonem fuiſſe mendacem erat opinio.

Sola peccatrix, at iam diu vere taciteque pœnitens, cũ



complice filio monſtruoſo, Deoque, & Eugenio, ſibi de flagitijs conſciebat; ſeque reã, videri innoxiam poſſe admirata, tanto impenſius in Pſalterij preces, Dei Deiparæque cultum incumbebat: vt cui infamiæ mortiſque meritæ auerſionem tam admirandam ferret acceptam.

IX. Terr. Assessorvm Severitas iuſta Iudicis vultui conformis adverſum iniquos? alia tamen eorum auſteritas erit, quam cacodæmonum: multoque horribilior. Alia: quia ex zelo iuſtitiæ manabit, odioque odij, quo contra Deum flagrant impij: Horribilior quia iuſtitiæ numero Sanctorum penetrabilior eſt quam ille malitiæ dæmonum. 2 Quanto autem virtus vitio, gratia ſpiritalior & fortior eſt, quam ſæva cõſcientia & malitia: tanto ferient acrius Sancti ſolo intuitu reprobos. 3. Sicut igitur occulte peccanti pudor non eſt à bruto in ipſo peccandi actu conſpici, at magnus, vel à puero, ſcurraue videri: ita damnandis graue accidit ſua ſceleratis reuelari flagitia: at iuſti quoque patere eadem: hoc vero adeo intollerabile ipſis videbit. O confuſionem!

Quapropter in remedium aſſueſcite Pſalterio; Sponſamque iudicis, ſororem, ac Matrem

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

trem Mariam conciliate vobis in eo perſæpe illud concinentes: IN MVLIERIBVS. Huius Virginei pudoris decus ac meritum, ab illo damnationis pudore poteſt præſervare ad clientelam ſuam pie confugientes.

EXEMPLVM. Beatrix quædam Monaſticem interSanctimoniales profeſſa coluerat, ad egregium vſque omnis religionis exemplum. Virgo erat ætatis flore, oris venuſtate, decore corporis, ac morum elegantia nulli ſecunda: præcipua in pietatis cultu erat inDei genitricis obſequio pene ſingularis. Diuæ Matris illa Gratique honori ſtatas quot diebus ſolemneſque reddebat Salutationes ac preculas, ſola abſque arbitro: quas cum additis totidem Geniculationibus adeoque venijs, ſeu cum pandiculatione humi proſtrationibus veluti conditas, commendabat. Idque tali vſu, modoque alijs ſuis occupatiunculis iſtud pietatis exercitium, aut raptim inter poſitum, aut furtim à publicis ſubtractum, Deo Matrique dabat, & in lucro ponebat. Erat illud delicium animæ piæ, quo paſci ſpiritum, ſeque mirifice oblectari perſentiſcebat.

Inter hæc, templi cura illi demandata, Sacriſta ſiue Cuſtos conſtituitur. Munus hoc ad ſuum illud pietatisgenus ac vſum ei tam optatum accidit, quam oportunum. Feruebat virgo: dæmon ſrendebat: & heu, occaſionem ex occaſione captabat Incautum is Clerici oculum ac animum, qui virginem aris adornandis intentam, Cuſtodiæque munijs cæteris obire per Ædem ſæpe libenter vidiſſet. Et vidit, & perijt: dum eam deperiret. Appetit affatus illius, repetitque, dum aſſugrit. Fiunt colloquia: & demum prava. Serpebat intus malum, & tacitis amor oſſibus arſit. Non omittebat vetrator ſerpens pectus illi effodere, & angere animũ: non Clericus precandi precandique modum faciebat. Vicit demum fraus, & importuna aſſiduitas: humanaque ceſſit fragilitas: nec Virgo celare ignem, nec ferre æſtum quibat. Deſpondet Virginitatis animum, datque victas manus.

Ante tamen, quam deſerto monaſterio peſſundaret votum, ad aram V. Matri ſuum queſta malum, claves Cuſtodiæ impoſitas altari tradit, cõmendatque Deiparæ patronæ: ac fugit. Poſt aliquanti temporis mutuam in ſacrilegio vſuram, ſubit animum Clerici ſeu flagitij ſaties, & faſtidium, ſeu metanæa, aut propudium: apoſtatricem animo excuſit domoque: omni ſpe abrupta remeandi.

Vaga illa, & inops, ad cœnobium reuerti depudeſcens: ſe lupam proſtituit meritoriã: & talis degebat infanda ipſos annos quindenos.

Demum ſe ipſam reſpiciẽs merendi finem fecit: reuertit ad Monaſterium, ſciſcitantique ex ianitore num Sororem Beatricem noſſet, reſpondit ille: & optime optimam noui Cuſtodem, præclaram omnibus iam diu. Quibus illa auditis ſe auertit abitura: dum miratur dicta, nec intelligit: ecce tibi protinus ante oculis ei aſtitit Deipara, nota facie, quam in ara viſebatur ſculpta: & ait: Age. Officij ego tui vices geſſi tuas tot per annos: revertere nunc ad locum, muniſque tuum capeſſe, & inuade pœnitentiam: Nec enim mortalium quiſquam tuum exceſſum nouit. Cum voce hac euanuit.

Reddit illa: redditque ipſi nota olim ſub pectore virtus, & ſpes noua animo: clauibuſque reſumptis ſe cellæ reddit, vitæque priſtinæ. Neque ſenſit quiſquam. In forma ſiquidem, & habitu illius Dei genetrix vices egerat. Cuſtodiæ Beatrix vni ſoli, quo à confeſſionibus vtebatur, rem ordine pandit: qui, quoad ipſa viuebat, ſecretam obſervavit.



X. TERR. CONFVSIO DAMNANDORVM. Hæc erit iſthic inæſtimabilis & incomparabilis, iuxta modum, menſuram, & cauſas prædictorum terribilium. Cogitat hic, & finge etiam animo quantamvis infamiam publicamque confuſionem cuiuſcunque ſeu verecundiſſimi, ſeu imprudentiſſimi: factam edicto, ſcripto, vocis præconio, pictura, alioue modo quocunque: imo quæcunque infamiæ & confuſiones, dum orbis ſtetit, viſæ in vnam conveniant: iſtius tamen partem minimam non attingerint. Ad ſuam quiſque obſcœnitatem ipſi nunquam alias cognitam, nunc & intimis animi cordiſque receſſibus productam obſtupeſcet, & exhorreſcet.

Augebitur itaque in immenſum confuſio ea per vim quandam divinitus impreſſam mentibus: ait ex S. Auguſt. Magn. 4. Sent. diſt. 43. qua omnia omnium, & ſingulorũ ſingula ſinguli intuebantur infanda: vt ſunt reprobi quoque coram bruta ac inanima creatorum natura verecundaturi. Adhæc Deus ipſe revelator iniquitatum, ſcelerum obſcœnitatem vi ſua indita obſcœniorem faciet apparere: oculoſque ſceleratorum aperiet & in ipſos ſeſe figet nolentes volentes: vt clarius ſeſe



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

intuiti acrius aſpectu proprio diſcrucientur: ſe auerſentur, & auerti tamen à ſe non queant. O confuſionem ineuitabilem iuxta & intolerabilem! Sed & æternam.

Quare vt tanta euadatur maledictio: Benedictus Ieſus per benedictam Sanctæ verecundiæ Virginem Matrem exoratus, & in Pſalterio vtriuſque ſæpius adoratus, ſedulo voce, BENEDICTVS, conſalutetur. Quæ enim cum dignitate Matris ſalvum tenere Virginitatis pudorem meruit: tam profanum, ac infelicem à ſui cultoribus pudorem avertere dignabitur, ac prohibere confuſionem. Hoc igitur agite: Pſalterium Ieſu & Mariæ terite, benedicite Benedictum cum Benedicta.

EXEMPLVM. Male ſibi iuſueuerunt cum ſacrilegio libidinoſo quidam Sacerdocio ſublimis, & profeſſa Sanctimonialis. Cauta diu ſeſe tectam obſervabit celavitque furtiua Venus. Sed qui in ſagacem non proſerpit ſuſpicionem? Hæc quod arguto ſub odorata nare ſemel eſt, quantumvis procul & obſcure: indagatrix per callida, ſagacitate ſubdola & peracri, ipſam per diſſimulationem indagatum, explorare non omittit. Pergunt illi in cœpta conſuetudine: hæc indagine: Atque eo demum vſque veſtigia collegit inſectatrix ſuſpicio, vt male cautos in ſecuritatis retia ſeſe nil tale metuentes induerent. Hiſce circumſcripti atque decepti captos ſe ambo complices prius ſentiunt, quã capturæ inſidias. Ergo in flagranti facinore de repente obruti ſunt ac deprehenſi: ſimul carceribus inditi, cataſtæque incluſi.

Dum ita luunt ſeparati, ſancti ambo ſacrique homines ab ordine, ac genere ſtatus quiſque ſui: & in ſanctis item exerciti quondam ſtudijs religionis: cum ſcelus infitiati, aut defenſare nec poſſent, aut noſſent: reliquum erat deprecati. Et hoc ſedebat animo certum. Itaque primum ad Deum toto verſi humillimoque conatu, ad certa reſpiciũt ſua pietatis ſtudia, repetuntq; ſeu omiſſa diu, ſeu cum ſcelere timidæ conſcientiæ obſervata. Id, quod in cæco poſſunt carcere, actitant: Pſalterium, orant: veniam ab Deo, per interventricem V. Mariam deprecati, confirmato cum propoſito tenendæ per omnem vitam pœnitentiæ: veniam condonante Deo meruerunt, & par eventus comprebavit.

Vtriuſque perſonæ reæ cũ dignitas ſacra, tum ordinis ſanctitas, & geſti forte officij graduſque authoritas, vt certam



ſacrilegij vindictam: difficilem tamen deliberatione Iudici pariebant: & hæc ideò tardabat executionem. Quæ reis vſura moræ accidit ſalutaris, ad veniam certius commerendam in Pſalterio. Ecce enim ipſa Deipara nexos vinculis exuit, carcereque exẽptos in vnam transfert Eccleſiã viciniorem: vbi ſic, vt orantes degerant in nexibus ſeparati, exſolutos ſeſe vno in templo contuentur, & admirati vix ſibi ipſis ſat credunt.

Interea Alma Liberatrix Virgo cacodæmones duos, inſtigatores criminis, in locum inque nexus enexorum ſubſtitutos ſtare iuſſit. Orta luce dum ad captivos viſitur, informia dæmonum monſtra religata conſpiciuntur. Miraculum, horridumque ſpectaculum allatum Iudici, ipſum cum pluribus evocat: Ad quos evociferati rem geſtam Spiritus maligni, in habitu cultuque captivorum: ſeſe diabolos eſſe, vt mendaces, tamen vera iam fateri coactos. Elatrabant etiam: fuiſſe ſuos illos, at erectos deſijſſe: de innoxijs modo ſe ſcelus nouiſſe nullũ. In fidem dicti factique appellabant Eccleſiam, in qua comprecantes ambos forent oppreſſuri: tantum iret viſum Iudex, ſibique fas abire fineret. Dictum vtrumque factũ.

Vt in tartarum ijs redeundi copia facta eſt: Inimica, vlulant, Maria huc nos adegit in cataſtam, & veritatis confeſſionem: quæ cum boatu terræ motum cient, ingentique poſt ſe fœtore relicto ſub orcum aufugerunt. Vis hæc Pſalterij eſt ad gratiam promerendam.

Atque hæc quina Iudiciũ comitantia ſigna terrifica, ad alteram Pſalterij Quinquagenam pie commemorata, acuũt precandi ſtudium & accendunt, vt regno cœlorum vis fiat, ac rapiant illud violenti volenter pœnitentes. Iam ſi quodque dictorum Terribiliũ quinque per & ſeptem dona Spiritus Sancti, & partes tues Pœnitentiæ ducantur: & ad hæc merentes iudicium culpæ diſcutiantur: totidem ſalutares fient meditationes ſeu mentales preces, quot repetuntur Salutationes in Quinquagena. Ad Mariæ igitur pſallite Pſalterium.

## III. QVINQVAGENA.

*De ſubſequentibus iudicium ſignis.*

Sunt ea quina, ſingula ad quamque decadem conſideranda vel intuenda.

1. *Separatio à bonis.* 2. *Pœnarum grauitas.* 3. *Perennitas ſuppliciorum.* 4. *Societas damna-*

*natorum.* 5. *Tormentorum vniverſitas.*

XI. TERR. A BONIS SEPARATIO : Nam ſicut boni cunctis abundabunt bonis: ita mali cunctis privabuntur: vt Dei viſione, fruitione, comprehenſione, quaterniſque Dotib. beatis. O iactura, æternũ deploranda! Vnus abſcindit omnia mucro ſententiæ huius: *Ite maledicti in &c.* Vidiſti malefactorem in expectatione capitalis ſententiæ pallere, teremere, ac tantum non ſemianimè expectorari? Quid iſthic: vbi non vita vertitur mortalis, non momentanea mors, non fortunæ recuperabile bonum, non malum conſolabile: ſed infinite contraria omnia.

Quare *viuens, viuens ipſe confitebitur tibi Domine, non mortui laudabunt te, &c.* Hic, dum licet, pſallite Domino in Pſalterio decachordo Ieſu, & Mariæ: in quo ſæpius illud repetitur, FRVCTVS. Et in eo mens pia precantis recolit æternorum beatorumque fructuum merita diuina, ac beneficia tertij. Fructus Ieſu: Recolendo autem ſibi decerpit eoſdem, ſuoſque reddit: cum his ſimul bonis repletur vniuerſis. Quibus quia Angelica redundat Salutatio: minime poteſt carere Pſalterium, bonorum theſaurus cœleſtiũ, Diuorum gazophylacium.

EXEMPLVM. Legimus S. Eduardum, regno Angliæ expulſum, oraſſe Pſalterium, & ad proprium regnum redijſſe. Hæc totidem ſunt B. Alani.

Equidem de duobus invenio Regibus Angliæ Sanctis, ſed Eduardis idemque eſſe nomen opinor, alia atque alia ſub appellatione: ſicut Henricus, Herricus, Erricus, Ericus eadem ſunt, &c. Prior Sanctus Eduardus ab Epiſcoporũ concilio authore S. Dunſtano Cantuar. Epiſcopo, in electione, præ fratre ex nouerca nato, Rex creatus & coronatus: dolo novercæ percuſſus, latrocinio vitam amiſit: continuoque multis clarebat miraculis: ſub annum 975. *Baronius tom. 10. Annal.* Hic igitur is eſſe nequiuit: continuus Edgari parentis ſucceſſor.

Alter poſt illum annis ipſis ſeptuaginta, S. Eduardus: defuncto Canuto Anglorum Rege, eiuſque ſimul duobus filijs inſperato morte ſublatis: præcipuus & fortunatius de regia ſtirpe ſuperabat exul, & procul in Northmania degens cum vxore Virgine Egitha Comitis filia, regium par coniugum, ex voto, mutuoque conſenſu perpetuam Virginitatem, alter cuſtos alterius, colebat. Atque hoc impenſius Dei Deiparæque cul-

tui



tui ac honori ſeſe impedientes: (qui inde vſque ab Vener. Bedæ benedicta memoria vigebat Anglia tota vſus plurimus Pſalterij:) huic maxime tam ſanctum par coniugum deditum, IESV, & Mariæ, vt Sponſo & Sponſæ dilectis ſibi, placere ſtudebant.

Reſpexitque deuotos ſibi exules IESVS: A præſtita ſibi Matrique obſequia etiam temporali iſto remunerauit beneficio: vt ex inopinato ambos evocaret ab exilio ad regiam auitamque coronam: etiam adeo nulla cuiquam apparente prolis, poſteritatiſque regiæ propagandæ. Quippe qui tot iam annis exors prolis in matrimonio degiſſet: nam de ſervata cælataque in eo Virginitate illibata æſtimare caro & ſanguis neſciebat.

Verum Deus ſeruo ſuo Brithuuoldo, Vintonienſi Epiſcopo, reuelare dignatus eſt ſæculi iſtius ab tali coniugio felicitatem. Is enim, cum Regis Canuti tempore apud Glaſtoniam cœleſtibus lucubraret excubijs; ſubiſſetque eum cogitatio (quæ frequenter virum angebas:) de ſtirpe regia pene deleta: ſopore preſſus irrepente, extra ſeſe ad ſuperna rapitur: viditque ab Apoſtol. Principe S. Petro ipſum Eduardum, in Northmania exulem, in Angliæ Regem conſecrari; ſimul vitam ei deſignatam commendari cœlibem in virginitate ſanctam, & abſque liberis infœcundam. Videbat item Regni annos ipſos quatuor ſupra viginti eidem ab eodem adnumerari· Cum Epiſcopum ſanctus de Regiæ poſteritatis extinctione conquereretur: Reſpondit ei S. Petrus: *Regnum Anglorum eſt Dei: poſt te prouidit Regem Deus ad placitum ſuum.* Iſta fere Baron. tom. 11. & Bzouius anno 1045. Eum Alex. III. petente Rege Henrico Angliæ, in Sanctorum album adſcripſit canonizatum, anno 1161. Tantæ ſanctitatis exercitium magnam partem fuit Pſalterium.

XII. TERR. GRAVITAS POENARVM incomptehenſibilis. Damnatorum enim tam infinita eſt ab Deo, Diuis, creaturiſque vniuerſis. Quis iſthic ſenſes erit molliculis delicatulis in croceis enutriti, qui in bonis duxerunt dies ſuos? Væ maledictis. Quam ſe bufonem, aut nihil vnquam fuiſſe nequicquam optabunt? Et his, quæ patiuntur, graviora metuent, vt præſentibus, æternumque inſtantibus diſcrucientur.

Tantis oro prævenite malis, arrepto ſaluberrimo Angelici Pſalterij vſu. Hoc Di-

væ

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

væ Diuorum Virginis favorem ſibi quiſque demereri adlaboret, offerendo illi, velut Arcam ſanctificationis, vocē hanc; Ventris. Huius mento caſtitatis, & ſupra hominē dignitatis, genus hominum vniuerſum gehennalis pœnæ diluvium evadere totius valet, quam quos arca Noe ferebat. Benedicti ventris illius apotheca quoſvis conſonare morbos corporis animique poteſt.

Exemplvm. Suam nouit civem Iohannam Picardia nominibus multis inſignem: ſed omnē ſeu generis nobilitatem, ſeu fortunarum affluentiam vincebat, eius virtus illuſtrior: & hanc vero, fœmina, & ſe ipſam pietate ac religionis culta, ſuperabat, præcipue adverſus Reginam Cœlorum inclytam conſtanter obſervato.

Hanc pertinax quædam infirmitas annis viginti, & ſupra, miſeram habebat & afflictam: vt nulla ei vel ars, aut induſtria, aut medicina levamen aferre poſſet, quo aliquantiſper à morbo reſpiraret. In deiecto tamen corpuſculo animum, & in Deum Advocatamque Mariam ſpem gerebat minime deiectam: ſed tanto inſurgentem robuſtius, quo gravius premebatur. Eoque contentius in aſſiduas inhiabat orationes incumbens, illas preſertim, quæ in Pſalterio Ieſu, & Mariæ litare conſuerat. Hiſce temporis ægri moleſtiam ægriorem fallens, & ſibi conſolationem ſolidam parabat, & denique reddendæ miraculo valetudinis reparaturam.

Cuius gratia certo numero Pſalteria quotidie, ſtata ſolemnique religione perorando, excurrebat. Atque ad fixū illud, quoad poſſet, pia quadā contentionis pertinacia, adverſus illam infirmitatis pervicaciam, deſtinatum obfirmarat animi deuoti propoſitum ad vtrumque parata, ſeu votis ſuperare Deum, ſuperareque Diuam, ſeu certæ occumbere morti: Facta tamen ſui, ſeu ægræ, ſanandæue, integra in Dei voluntatem reſignatione.

Sat iam tot annorum, quos tenuit vis morbi, docuerat ipſe ſucceſſus: ſtare maſculum fœminæ pectus inexpugnabile: ferre morbum, aut recuperare ſanitem, iuxta paratum: quin & cordationem invaleſcere animum in dies, ægroque in corpuſculo ſpiritum & orādi zelum efferveſcentem roborari.

Quo igitur diuina ſapientia commendatius cunctis proponeret, in ægra, & reſtituta, exemplum cum ſuæ Miſericordiæ, tum orationis in Pſaltetio conſtantiæ atque efficaciæ;



huius probandæ, illius remunerandæ: formulam ſuam aliquando, poſt quartum & viceſimum annum, de repente priſtinæ poſtliminio reſtituit valetudinis integritati. Pſalterij vis in corporis depulſo morbo declarata: de virtute, in animas per Deum infundere ipſi conſueta, teſtatur.

XIII. Terrib. Cruciatum Æternitas per reſpirantiunculam nec minimam interrumpenda. Nam ita decretoria ſententia: *Ite in ignem æternum.* O Æternitas quid es? *Annos Æternos in mente habui.* O Æternitas, quam raro verſaris in mentibus hominum? In mentibus noſtris? Heu Æternitas; quid dicam, aut quomodo dicam? Quis exprimat, quis concipiat, quid ſit Æternitas? Cogita mille annos: cogita millies millenas annorum myriades: cogita tot annos, quot ſunt ab orbe condito ad vſque iudicium momenta: & de Æternitate nihil adhuc habebis: & hæc ſunt initia dolorum.

Væ Æternitas! Quis poteſt Æternitati par eſſe in tormētis? Volo dicere: & neſcio dicere: Quamdiu Deus erit Deus: tamdiu durabunt tormenta. Quamdiu hoc erit? Æternitas, æternitas! Non eſt eſſari, non eſt concipere, non eſt invenire iſtud, Quandiu: Quare, ò *Deus, hic vre, hic ſeca: modo in æternum parcas*: orabat S. Aug. in med. *Tua, Deus, tua eſt æternitas iuſtitiæ vindicantis, & miſericordiæ glorificantis.* Illam prohibe: hanc dona nobis Ieſu.

Donabis autem ijs, quicunque annos Æternos in mente habentes de Æternum amant, & amando tibi pſallunt in Pſalterio tuum illud Tvi: Tui inquam, Tabernaculi ſancti, Tui Templi, Tui Sanctuarij, Tui Throni, Deliciique Tui. Quis enim mortalium ſic eſt Dei, atque Deipara? Atque ea, in qua electi omnes ſunt Dei? Iſtius nos grata admonet memoria Tvi: proculque diſpellit infeſtos dæmones ab ijs, qui eſſe Dei ſtudent.

EXEMPLVM. Virgo quædam multiplicem à ſpiritibus nequam patiebatur infeſtationem: ex occulto Dei iudicio, id ita permittentis: Sed omnis ea infectatio intra inania ſolum terriculamenta ſtabat, noxiæ nihil, aut damni inferre orci finebatur blatta. Cedebat ea tentatio in egregium piæ virgini proventum, cu mulũque meritorum: tanto namque ſolicitius ſuum illa receptum ad Deum, Matremque Dei, quæ ſerpentis infeſti contrivit caput, requirebat: & ab omni peccandi licentia, refugiens, innocentiam animæ inte-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tegram ſeruare connitebatur.

Non tamen nihil præterea exquirebat conſilij, & auxilij, quicquid diuini humanique vſquam habere poterat. Nihil autem erat, quod veteratoris coerceret illudēdi nequitiam, aut averteret inſultationes laruarum. Demum fidere iuſſa Deo, vnique ſe Virginem caſtam exhibere; & Angelicam Salutationem, rite in Pſalterio frequentatam, deuote honori diuino, Matrique Virgini offerre: deque cætero expertas terriculamentorum inanias habere prorſus deſpicatui. Paret monitis virgo, nilque perinde ac Pſalterium, corde, ore ruminat, adeoque manu præferens terit, colloue, corporiue ſuſpēſum quaqua verſus perdia & pernox circumferebat.

Et vero iſtud quieti, ſalutique fuit. Ex quo enim illud tenuit propoſitum: iam nequam tentator nunquam accedere eam proprius, ſed, ab ea velut ab gehennali flamma procul refugere: à longe tamen illi ſeſe tanto ſæviorem, oſtendebat. Tantas autem tāque horrificas euomebat blaſphemias, atque in Almam Dei Virginem maledictiones: vt piæ aures animaque devotæ Chriſti ſponſæ nimium quantum ad eas exhorreſcerent. Conſuetudo demum illas fecit auditu leuiores, planeque ſpiritu generoſiore cōtempſit. Quin & illam ad tanto ardentiores Deo, Deique Matri patronæ, laudes ad Pſalterium dicendas ſathanicæ ſtimulabat iniuriæ.

Inter blaſphemiarum autem voces nunquam de nomine *Ave Maria*, aut Pſalterium, Angelicamve Salutationem appellare fuit auſus, vel potuit: ſed Murmura, per deriſum fremitu miſtum, vocitabat infandus. Denique vicit conſtantia Puellæ inuicta, freta Deiparæ patrocinio, vſuque ſedulo meritoque Pſalterij.

XIV. Terrib. Societas damnatorum. O cruciabiles zizaniorum collectorum faſciculos colligatos! Quid tibi vis, ò miſer, exclamat S. Hieronymus: cur peccas? Quorū in terris amaſti vitam: eorum in pœnis habebis Societatem. Væ, væ tibi! Socius eius iuſtorum damnatus, quos etiam in vita metuebas & fugiebas vt immanes, ſacros & inteſtabiles. Pro, quos fœtores, quos cruciatus, quos clamores, quantos furores ea comportabit ſocietas? Quiſque proximo immaniſsimus erit cacodæmon: lacerabunt inuicem ſe dentibus, diſcerpent vnguibus, modiſque ſæuiſsimis dilaniabunt. Dicere non eſt, aut cogitare ſæuitiam. O quanto foret



foret exoptatior cohabitatio cum bufonibus, & ſerpentib. dracones inter ac ſtruthiones, aliaſque beluas immanitate quantauis immaniores quietior eſſet feliciorque ſempiterna etiam commoratio.

Quapropter ad Ieſu Mariæque Pſalterium toto mentis ſtudijque impetu conuolate: in quo toties illud ſalvificum Nomen Ieſus frequentatur: ad quod omnes aduerſæ poteſtates contremiſcunt, & enervantur. Neque eſt aliud Nomen, in quo nos oporteat ſalvari. Vbi illud eſt, coliturque adoratione debita latriæ ter ſanctiſſimum Nomen Regis Regū, omniumque triumphatoris; iſthic adeſt continuo innumerus Angelorum chorus atque ſocietas ſecura.

Exemplum. In Dacia Petrus quidam noſtra pene memoria, aut Paulum ſuperiore, (iura, an iniuria non ſat liquet:) ad perpetuos damnatus carceres, in profundam foſſam ſeu turrim, bufonibus ſæviſque ſerpentibus ſcatentem, demittitur: vt vel ab iſtis periret abſumendus, vel horribili & inevitabili inter beſtias volutatione ſui, metuque miſerabilius cruciaretur.

Mœſtam miſeramque matrem ſors filij acerbiſſima habebat: atque inprimis ille iuſtus metus; neu qua humanam fragilitatem ſathanæ tentatio, tantas inter ærumnas, ad deſperationem induceret. Nato igitur mater tum præcibus ipſa ſuis ad Deum, Diuam, cœliteſque fuſis: tum alia, quacunque occulte poterat, opella veniebat ſolatio: maxime autem Pſalterio clam illi ſubmiſſo: quod vt perdius & pernox; quanta poſſet cum deuotionis indefeſſæ contentione, orare non omitteret, oppido moneri eum ſimul curabat.

Multa captivum, aut vivum potius conſepultum, ad parendum matri, etſi parum ante comprecationi conſueſſet, monebant tamen, ac impellebant etiam vt aſſueſcens experiretur. Neceſſitas ei fecit orandi vſum, copiam captivitas, Roſarium ſeu precatiorum collectio globulorum occaſionem dedit in manus: vſus facilitatem, facilitas peperit voluptatem: hæc denique vere guſtū pietatis attulit: vnde creſcente in dies in maiori deuotione ardere ipſi pectus totum amore honoreque Dei, Matriſque ſervatricis.

Senſit quoque miſeriæ ſuæ miteſcere ſibi acerbitatem: abſterge animo metus, & angores: venenati nihil nocere ſibi tactu ſeu afflatu: mœroribus gaudia ſuperne immiſſa permiſceri: mentem ſæpius dia ſolatij, ſpeique optimæ

Hh ſua-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſuavitate delibutam permulceri: ignorantiæ tenebras inſueta luce cognitionis colluſtrari: ſeque in alium à priore diverſum, verti hominem, ac in felicitatem ſuam in optatam quaſi felicitatam commutari.

Nec diu demum ipſa Regina cœli cum illuſtri Cœlitum Virginumque comitatu ſuo adſtat famulo, multo in lumine manifeſta: quem paucis plurimum conſolata ſecum è ſquálore & carcere eductum liberauit: Adeoque velut in horæ alia procul hominem tranſmigrauit: ac plus quam per centum milliarium diſtantiam auectum, alieno in ſolo collocauit ſecurum & innoxium. Hoc dato illi mandato: quod in ſuum Filijque ſui honorem cœptum ſalutare didicit Pſalterium captivus: id liber iam & ſecurus tantum non omittat, aut in eo torpeſcat: ſed gratus ferventius, quo ad vitá viueret mortalem, frequentaret. Dixit; ſeque ab oculis commitáte corona abſtulit in cœlos.

Petrus autem, circunſpectis omnibus, ſe in vaſta ignotaque comperit ſolitudine adverſari. Nec diu anceps ei fuit animo de conimoratione cōſilium. Quo: aiebat ſibi; quo ibo vſquam alio, quam diuina me poſuit miſeratio? Quid ego locum aut inquieſierim, aut delegerim vnquam beatiorem illo: quem mihi dedit Devs, fauet Deipara? Hæc requies mea, Deus, hic Habitabo: quoniam, (ecce nunc dixit) elegi eam.

Exorſus igitur continuo, animum inſpirante Deo, vitam eremiticam multis exinde feliciter annis ibidem duxit: celebrare demum conſtruxit templum Dei: Virginiſque honori ſacrum: & ſancto fine quieſcens, vixit. Vixitque vitam inter beatos æviternam: At vitam hanc hauſit è fonte vitæ Pſalterio Ieſu & Mariæ.

XV. Terrib. Cruciatuum Vniverſitas. De qua quid dicam? Cogita quocunque genus crucis, torturæ, necis; cogita ab rebus ſingulis quæ ſunt, fueruntque vnquam vſquam, omnia tormentorum genera conferri in vnum: adhuc nec minimam vmbrá gehennalium cogitaris pennarū. Damnatis certum eſt, omnia eos in ſeipſis ſupplicia perpeti debere ſempertiua: neque in ijs vllum eſſe remedium poſſe. Idcirco ſua ipſis deſperationem vertit in rabiem, furiaque animum: vt dirius ipſis dœmonibus in ſeſe ipſos omni cum diritatis immanitate deſeviant. Si maligno inſeſſum Spiritu furere conſpexiſti, vidiſti,



diſti, quod dicendo explicare poſſis: at iſtas furias nec cogitatione quiſquam complecti vnquam potuit. O deſperatio, quo, ad quid te vertas? Omnia cogitantem omnia inimica diſcruciabunt. O furor, ô rabies, quo evades, ubi deſævies? In te vſque repulſa reverteris in ſanior.

Quare nunc, nunc, dum integrum eſt, ad certum properate remedium furoris, cœleſtis plenum ſuauitatis, beatæ vnctionis plenum. Et iſtud vix vſquam alibi ſeu copiuſus ſeu efficatius, quam in Angelico Ieſu, & Mariæ Pſalterio, eſt reperire. In eo quoties, & quanta cum gratia conditum repetitur illud Deoque conſecratur vnctiſsimum, ſicut oleū effuſum, nomen Christvs? Vel ſola huius deuota memoria potis eſt quantumvis diſpellere animo deſperationem, quæ malorum vltimum eſt. Hoc igitur orate Pſalterium, amate, & prædicate.

Exemplvm. Baro quidam in Regno Franciæ inclytus, in ſævam Rgis iram quo caſu lapſus, dire luebat. Nam inexorabili Regis ſententia in perpetuos adiudicatus carceres, poſtquam perdiu nexus iacuiſſet; nec via vlla ratioque eius indidem expediendi ſuccedere; tentata multum Baronis patientia tandem abijt in furorem. At illum tantum, vt ſuos ipſe digitos mordicos præciſos, & artoſos deuoraret, in lapides quoque morſibus ſæviret ac ligna, aut quodcunque aliud victu apprehenderet valebat. Ac niſi terreo conſtrictus, fixuſque ſediſſet: ſeſe ipſum fruſtatim diſcerptum è vita eieciſſet.

Fidelis furenti vxor ſua, matrona pijſſima, viro ſaluti venit, & per Pſalterij precem, eiuſque meritorum pretium captivo ſubvenit. Ipſa denique omnibus, imo & deſperatis, & damnatis alijs humanis auxilijs, ſe totam, ſpemque omnem in Dei, Deiparæque miſericordiam traiecit, & ad indubitatam ſalutis ancboram, in cœleſtis portus fida ſtatione fixam, affixit. Hic acquievit.

Huc indefeſſa precando, frequentiſſima, & ferventiſſima cumulauit Pſalteria: quæ pro mariti ſalute, per Almæ Matris imploratam deprecationem, Deo rite conſecrabat. Fidem, ſpem, vimque fœminæ, votis damnauit Deus exoratus: vt fieret, ſicut crediderat. Neque vero quicquam fieri petebat viro: niſi quod illi Deus fore noſſet ac vellet ſalutare.

Itaque miſericordiæ Mater quam victa a Pſalterio, ſalutem exorare dignata Baroni eſt,

eſt, ipſa eam afferens illi præſtitit. Nam nil tale petenti aut ſperanti imo nec cogitati lapſa cœlo apparet & adſtat: Suſcitat de terra inopem, & de ſtercore erigit ferro, vinculiſque gravem. Surgit ille, vincula cadunt; animuſque reddit, & ſueta reuixit ſub pectore virtus: ſeſe mens reſpiratioque recognoſcit. Adelas virgo manus Scævolæ redintegrat, ſanumque totum hominem liberumque ſibi redditum, ad Regem dimittit.

Simul maniſeſtauit ei ſigna, quibus ſecretiſſima Regis ſcelera, in intimis conſcientiæ fibris abdita iudicaret ſoli, & commonefaceret pœnitentiæ. Ad hæc prædiceret ei certa, & proxime; impendentia capitique ejus regnoque mala peſſima; quibus vna mederi vera poſſit ſcelerum metanæa. Si nus vel temnat ſuperbus, aut emittat, tardatvè vt ſecurus, denuntiari iubet, non tardaturam paratam nunc vindictam.

Rex ipſo inviſu Baronis attonitus hæſit: audituque in medio tam diræ denunciationis contremuit. Neque ſeſe deſervit, aut ſalutis curæ deeſſe voluit. Vt primum Deo ſupplex factus ſe reum accuſavit, pro gratia actis rite gratijs, obedienter paruit conſilio dato, & pœnitentiam heroico pectore totus inuaſit.

Quod autem Baroni Pſalterium tam extitiſſe videbat ſalutare; tametſi ante non ignoraret, parum tamen accuraret: illud vero præ omnibus vnum arripit, inque eo dignam Rege, gratiſſimam Deo pœnitentiam ſuam exequitur, & ſui ipſius, & Regni conſervator.

Quapropter Pſallite Deo in Pſalterio decachordo: Pſallite Deo ſapienter in tertia Pſalterij Quinquagena, cum dictorum quinque Terribilium, quæ iudicium conſecutura ſunt, & æternabunt. Ea vero quina ſi per octo Beatitudines, & duo naturæ mandata, ſcil. *Quod tibi vis fieri, fac & alteri: Quod tibi non factum velis alteri non feceris*, per hæc inquam dena, ſi dictorum ſingula, pia cum meditatione ſeu commemoratione, duxeris: Quinquagenam qua vocali oratione, qua mentali rite compleuiſti, dignam Deo, dignem Matre Dei, Angelorum Regina, Domina noſtra, benedicta in ſæcula Amen.





## CAPVT XXVI.

## SERMO III. Paræneticus: ſive TRACTATVS DEVOTI DOCTORIS ALANI, DE EXCELLENTIIS SACERDOTVM.

### SVPER THEMA

*Ave Maria, gratia plena, &c.*

PSalterium iuſtiſſimæ Trinitatis concordiam conciliat: Quoniam Incarnatio Filij Dei, *Vtraque fecit vnum*: Diuinam, humanamque naturam in vnam concordatas perſonam vniuit. Quo ex fundamento: quod Chriſtus poſuit, & nemo alius poſuit, reliqua dein conſecuta per Eccleſiam eſt coniunctio: qua *ſimul poſiti ſunt in vnum diues, & pauper.*

Hæc autem Diuina, hodieque conſtans, concordia, accedente ad Salutationem Angelicam aſſenſu Virginis glorioſæ, & illibatæ Matris, cunctorum, Sponſæ Sacerdotum, conſummata eſt.

Qua cauſa iure ſuo merito eadem Diuorum Diua Advocata noſtra in Pſalterio ſuo, Ieſu, & Mariæ dicto, digne eſt debiteque ſalutanda: cum à Corona Fidelium vniuerſa: tum vero vel ſanctiſſime ab Sacro Regal. Sacerdotij Choro Pſallenda & prædicanda.

Concordiam vero triplicem hic accipio: Prima eſt, per Sacerdotalem Dignitatem: Nam Chriſtus *eſt* Sacerdos *in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* Altera eſt per Virginis Matris, cum Figuris ſacris, legitimam veritatem: Tertia eſt per Iudicialem Poteſtatem. Ex prima, habet Eccleſia Sacerdotum inæſtimabilem Autoritatem: ex altera Alma Virgo Parens habet admirandæ Dignitatis Maieſtatem: ex tertia, meritorum ac præmiorum faciet cū proportione Deus æqualitatē.

### PROPOSITIO.

Quoad primum: Sacerdotalem, inquam, Dignitatem: huc infero, præquemitto quandam ipſa ſingularitate ſua per exim iam, Dei gratia,



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Revelationem, iam olim abs Deo factam S. Hugoni Epiſcopo Carthuſienſium Ordinis Sanctiſſimi, totius Sanctitatis viro, & vero Pſalterij Mariæ Virginis à iuventute præcipuo amatori atque cultori.

Quam & ipſe revelationem perſcriptam alias legi. Quidam etiam nouellus Mariæ Sponſus, de quo ſcio, Domino revelante, eandem ex ipſo Ieſu Chriſto cognouit, ſub annum Domini octavum & ſexageſimum ſupra milleſimum quadringenteſimum.

NARRATIO.

Nouellus ſæpe memoratus Mariæ Virginis Sponſus, eidē ſponſæ ſuæ in Pſalterio ſtabili, devotionis fœdere iunctus, ad quotidianas miſerarum celebrationes ardenti zelo deſiderij anhelare diu conſueuerat, tametſi, heu ſemper, indignus.

Accidit autem, vt, quo neſcio, pectus inceſſente ſpiritu acediæ, per intervalla dierum operari Sacris ipſi allubeſceret: & quidem ſubinde haud raro diam facere hoſtiā omittens, ob volatiles phantaſias animum forte ſuggeſſas, tanto inſiſtere Myſterio ſibi duceret Religioni. Itaque timida mentis anxiæ ad nugas inanes conceſſio, fit moroſa, ceſſatio: quæ reditum eo difficiliorem parabat ſenſim ad ter maximum opus. Dum vrentiores meticuloſum terūt animum ſcrupuli: ſpiritum atterunt: illuſumqua faciunt tepeſcere, atque adeo demum ægreſcere virum bonum, & rareſcere amplius ad ter Auguſtiſſimum Sacrificium Deo litandum.

Correptum denique corpuſculum morbus affligit gravior, lectuloque affigit, vt, quæ ante Diuina timebat attingere: iam ad ea nec valeret aſſurgere, vt ſolet Feſtiuam S. Ioanni Baptiſtæ ſacrum, Sol Ordinis Eccleſiaſtici adduxerat ſolemnitatem: cum ecce Deus, immiſſa viro extaſi, totam ad ſuperna raptam euehit mentem: vt omnino ſimile mortuo iaceret, ceu videbatur, exanime corpus. Interea ſpiritus relictæ tenui effectus animæ diuinorum arcana miſteriorum luculentior eſpectabat in cœlis miniſtrari.

Dominus Ieſus Chriſtus, Pontifex ter Opt. Max. illic ſurgere videbatur, inque medium Pontificalibus amictus procedere cum cæteris Araæ miniſtris, iuxta Ritum Eccleſiaſticum, innumera Cœlitum comitante Corona, & conſiſtente circum. Orditur Diuina orbis vtriuſque Pontifex, & aduſque Synaxes faciendas proſequitur. Cum ſubito fit

vox



vox præconis: Sancti Sanctis! *Præparate viam Domino.*

Nominatim peregrino per raptum iſthuc introducto, dicitur, ad Communionem ſe compareт. Monito conterritus, heu me, exclamat, necdum exhomologeſi facta ſum mentem expiatus. Alter adeſt illi, S. Præcurſoris erat Domini & Baptiſta: iubetque: *Parare viam Domino.* Cui iſte: heu mihi confeſſione opus eſt. Sequere, ait ocyus, confeſſarium, ecce, beatiſſimum Principem Apoſtolorum Petrum, Aurem danti pœnitens adgeniculatus ſe ſcrupulis exuit, tanta cum expiationis conſolatione ac luce, quanta alias in vita nunquam.

Simul ab eo ad Myſteria libanda miſſus, cum accidit aræ ſupplex adorans & Sacramentum & Redemptorem Ieſum: hic iſtis eum increpabat. *O ſerve tarde, ſerus ad te Piger, & remiſſe: quo tanta tibi à me poteſtas Sacra patrandi facta eſt; per electam Matrem me pro te intervenientem? Et illam, Tu in ſudario religatam abſcondere voluiſti?*

Cum dico hoc trementi gaudentique, mirifice vtroque ſenſu contemperato, Ieſu ei ter ſacram porrigebat Synaxin. Continuo cernebat Dominum Ieſum intra ſeſe veriſſime in eſſe medium, & multa familiariſſime cum ineffabili ſuavitate, audientem ſuadebat. In cæteris vero ſermone eum grauiſſimo corripiebat, de commiſſa nimium grādi negligentia Miſſas celebrāti. Talibus denium doctrinæ monitis formabat, & firmabat fluctuantem.

Ita certum habeto: *Nihil tibi vnquam tanti videatur: cuius vel amore vel metu tremenda frequentare Officia intermittas. Excipe ſolum mortale crimen euidens, & inconfeſſum.*

Addebatque clare: *Non debet quenquam retardare Sacerdotem debet ariditas indeuota mentis, non occupatio vrgens, non vrens tentatio, non pollutio nocturna: quodque magis, nec diurna; ſi involuntaria contingat, & inimica: Qualem aut confeſsiones lubricas excipentem, aut equitantes, aut anxie ſoliciti & properātes perpeti queunt; Iſtud nanque haud pondero: miror minus; quod ita contingit humanitus, vt quā talibus conſentire, prius vitam deſpondere quis mallet. Ecquid ita; quæris?*

RATIO I. *Nam ſimiles caſus, vel quedam magis ſunt pœnæ; vel ex dæmonum vi ac illuſione inferuntur; Quo horrorem incutiant ſub religioſæ mentis ſpecie de indignitate corporis paſſi: pariterque vt hac fraude, animarum procurationem & ſalutem, laudemque meam imminuant,*

guant,

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*nuant, & retardent.*

RATIO II. *Sed nihil iſta metuenda; etſi cauenda ſunt. Si quanque diabolus conſpurcat inuitum; ego mundo latum & gratum; quin & pro tali pollutione centuplam reddo munditiem.*

Tunc ille percunctari. Domine Ieſu, animarum Sponſe dulciſſime; cur Doctores & Iura talem arcent Communione Sacra?

Et Dominus IESVS. 1. *Magis id ex zelo Timeris, quam Charitatis, vſurpant. Nam perfecta Charitas foras mittit timorem. 2. Deinde, quia olim etiam laici in quotidiana, aut minimū Dominicana fractione panis ſacram ad menſam ſeſe reficiebant: Ideo ab iſtos plurimum rudiores, ita ſtatuerunt Eccleſiæ Doctores, poſt extimam corporis maculam, de conſilio eſſe abſtinendum.*

3. *Diſparitas vero per magna eſt Communicantes inter, & celebrantes. Illi Solis ſibi proficiunt: hi Bona Optima & infinita orbi toti diſtribuentes adminiſtrant. Qua cauſa Laici ipſa ſibi abſtinentiæ meritum acquirūt; Clerici diſpendium toti faciunt Eccleſiæ, operatione Diuinorum illi ſubtracta. Laici per ſe ex voluntate pia veſcuntur ab ara: ad aram per me Sacerdotes operantur, & ego qui operor in ipſis.*

4. *Vide quantis quot quantos priuent Donis ſua deſides ceſſatione Sacerdotes. Priuant Deum gloria in tantum: Me potentia, ac voto: Matrem meam materna dignitate; Angelos honore; Sanctos lætitia; auxilio militantes; defunctos redemptione. Priuant infirmos medicina, ingo antes ſcientia, alimenia exurientes, pauperes diuitijs, ſuo mundum Rege, & vniuerſa ſuo priuant Seruatore.*

5. *Atque tametſi Presbyter ex ſuæ perſona conditione fuerit indignus: Illa tamen integra ſemper illibataque perſeuerat in ea dignitas, quam ex mea gerit Perſona, & nomine, vel ex Officij munere velut Eccleſiæ publicus Miniſter. Hanc omnis habet Sanctus, id eſt Sacerdos: hac in ipſo ſuper me operatur interminabilis. Diuinale Officium non perſonale, nulla perſonæ cuiuſquam incommoda queunt impedire, quæ n lentibus poſſunt euenire.*

6. *Igitur hac in re & cauſa terminationis decreta Doctorum promanant ex deuotione & reuerentia, non ab vlla neceſſitate ſeu præcepti violandi, ſeu peccate exinde conſecuturi.*

*Quare celebrate, Fratres: quia non agitis hoc vt digni, mundi, iuſti: (nec enim vel Angeli pares Muneri ſunt tanto) Celebrate, quo quia id perpetratis vt indigi, infirmi, & impotentes: quo adimplemini bonis. conſanemini à morbis & corroboremini ab annis.*

Huc



*Huc, ecce tibi reuelo XV.* EXCELLENTIAS *inclita: quas omnis Sacerdos habet, dum ſacrificat, ex merito Angelicæ Salutationis: cui vis mea virtuſq; ineſt Incarnationis.*

1. *Et vero ſicut tali in Epithalamio ſunt incarnatus ſemel de Virgine Matre: ita quodammodo rurſus in quolibet Miſſæ Sacro, eſſe Deus Homo, in arca ſancta exiſtens, ſacramentaliter incipio.*

2. *Quod enim* Verbum *in verbo ſalutationis* Caro factum eſt; *qui* Deus Homo factus eſt *in vtero Virginis: idem* Verbum *in Verbo conſecrationis, idemque* Homo Deus *fit in manibus Sacerdotis; Modoque licet diuerſo, eodem tamē obumbrante Spiritu ſancto.*

3. *Forma iſtud potuit verborum vitæ per os ſalutantis, perq; Mariæ vocem conſentientis; hoc forma valet verborum Vitæ conſecrantis, per miniſterium Miſſam celebrantis; Dei Spiritu vtrinque mediante.*

*Cum itaque tali ratione Sacerdotes fiant mihi quodammodo Patres; par eſt, vt eandem mecum ſorciantur Matrem Mariā, & in ſponſam accepten: Par eſt vt, & me, & ipſam in communi nobis Salutatione ad Pſalterium venerentur, & (me tamen præ ipſa) ſupplices adorent: Par eſt vt ſacra Salutationis verba perinde ſancta æſtiment. Adeo ab vna illa Salutatione totum Nouum pendet Teſtamentum vt quod in ea, velut arbor in ſemine virtute, totum contineatur.*

PROPOSITIO
TRIPARTITA.

Quare Cognoſce, Accipe, doce XV. Excellentias Sacerdotales, quas ecce, tibi nunc pando: I. Quinas priores ſuper ſubſtantiales, ex quinque Stellis Diuinitatis dimanantes iſtis: *Aue, Maria, Gratia, Plena, Dominus.* II. Alias item quinque medias Subſtantiales, è quinque Fontibus Verbi Dei, ſeu Euangelij promanantes iſtis: *Tecum, Benedicta, Tu, In mulieribus, & Benedictus.* III. Quinas poſteriores Accidentales è quinque Caſtris invictis repetitas iſtis *Fructus, Ventris, Tui, Ieſus, Chriſtus.*

Dixit: Simul ac ſi longo ſermone ediſſeruiſſet, animo ſponſi impreſſit. Quæ etſi multis enarrare videor, tamen vix vmbram partis nedum dimidiatæ, me reddere verbis poſſe diffido.

## CAPVT XXVII.

*De Excellentijs Sacerdotum.*

### I. QVINQVAGENA.

*De quinque Stellis Excellentiarum, hyperuſion, ſiue ſubſtantialium S. Sacerdotij.*

1 EXcellentia eſt Potentia Sacerdotum Dei Patris Magna eſt PorentiaCreationis: vnde Pater, & Creator audit vniuerſorum. *Dixit, & facta ſunt.* Sex diebus operatus eſt: prima, lucem, altera, firmamentum: tertia, maria, terras, & plantas, quarta luminaria cœli: quinta, piſces, & aves: Sexta, hominem omniũ Dominum: Septima quieuit. Hæc Patris in creando potentia, qua facit Rex creatas, terrenas, corporeas, corruptibiles.

Sacerdos vero ſua Officij ſacri potentia quid producit? Increatum: Cauſam cauſarum; Ieſum Chriſtum, Deum & Hominem, qui non moritur nec videbit corruptionem.

Ad hunc vnum ſacerdotalis functionis Effectum ter Maximum, age, confer millies millenas mundorum myriades; manifeſte comperies, finitorum omnium ad vnum Infinitum nullam eſſe comparationem poſſe. Atqui mũdum, & ea quæ in eo ſunt, produxit potentia Patris Dei; Sacerdotis vero potentia producit, Filium Dei in ſacramentum & ſacrificium.

Quo admirabilior Poteſtas eſt ac dignitas Sacerdotij tranſubſtantiatione Filiũ Dei, quam Creatione reſpecturas Dei Patris, producentis.

Iam vero quia potentibus debetur Ave: potentiæ Creatoris Paternæ illud offerri cõdecet in primis à Sacerdotib. qui tantæ ſunt ex Deo potentiæ viri.

1. Nuſquam autem dignius, gratiusque Deo obitur ea ſalutatio, quam in Pſalterio. Par eſt igitur huius vſum Sacerdotibus eſſe commendatiſſimum, frequẽtiſſimumque oportere: vt quo ſuæ præcellentiæ Poteſtatem mirifice condecorare queant.

2. Dignum Ave Deo eſt, cui deferatur, qui fecit Angelos, ſolem, ſtellas: Dignum igitur & Sacerdotibus idem eſt, quod Deo, Deique Filio, ac Genitrici deferant, pſallantque illi, qui Regem producunt, Angelorum: Solem iuſtitiæ, Stellam & ſecundum Adam innocentiæ, &c.

Exemplvm. Quidam in Hiſpania honore Sacerdotij inclytus, ad illud ſuper inculpatæ



patæ vitæ decorem, & ſanctimoniæ ſplendorem adiecit. Verum quod in cæteris ſuis religionis, deuotioniſque priuatis & publicis exercitationibus, illam Pſalterij facile plurimam aſſiduus coleret ac frenquentaret: tantam in eum Deus conferre miraculorum vim & gratiam eſt dignatus, vt non viuis duntaxat innumeris multipliciter fuerit ſaluti: verum etiam vita perfũctos ſuperas reuocarita dauras. Im primis autem ex ignis purgantis cruciatibus animas plurimas euocauit: & in beatorum mentium aſſeruit felicem ſtatiouem.

II. Excell. eſt Scientia Sacerdotalis. Dei Filio eſt infinita Sapientia, qua mundum gubernat, eique intelligentiã communicat & ſcientiam: quam quidem maximam produxit in Angelis, vt per eam mira, magna, multa queant operari. Sed quanta illacunque ſit: creata eſt atque finita.

1 Quo longius eam antecellit data Sacerdotibus gratia: qua nihil creatum finitumve producunt: ſed ipſum Dei Filium, omnis ſcientiæ ac ſapientiæ Dominum, & authorem. Quod quidẽ multo maius eſſe debet: quam ſi data foret eis poteſtas omnem conferendi, vel è medio tollendi creatam illam cientiã.

Confer, age, ter Sanctiſſimæ Euchariſtiæ diuinam præcellentiam, cum quantacunque ſcientia Angelica: neceſſe fateri eſt, hanc neque ſat dignam videri, quæ vel adoret illam. Atqui ſanctiſſimum Sacerdotium eſt dignum, quod etiam conficiat illam manibuſque contractet, & circumſiſtentibus cum tremore Angelis præbeat adorandam.

3 Honoras virum amictũ purpura aureo in annulo gemmam incomparabilis prætij gerentem: atqui eam nec producere poſſit, nec dare velit alteri; nec acquirere plures. Quod venerabilior eſſe quivis debet Sacerdos, qui gemmarũ gemmam Diuinam manu præfert: oris voce producit vna plurimam: diſtribuit in plurimos, nec deficit vnquam.

4 Huic honori omnis cedit Angelorum honor, quin & ſupplex ei ſuccumbit, tremenſque ſervire geſtit: & hoc denique ſummo ſibi ducit honori atque felicitati.

5. Quale foret quantumque gaudium illi, qui dare ſibi, aut alteri cuicumque ſummam quamque ſcientiam poſſet? Ad S. Euchariſtiæ tamen Donum ea conferri nec poteſt, nec debet.

Heu mihi! Quantum igitur Bonum orbi adimit, qui perpetrare Miſſam omittit? 2.



UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
DIRECCION GENERAL DE BIBLIOTECAS

Væ, quam difficile erit de omiſſione tanta reddere rationem? 3 Quam impoſſibile, tantum omiſſione ſubtractum bonum poſſe reſtituere? Factum infectum reddi nequit: vtque dies heſterna fugit, nulli revocabilis vnquam; ſic & cum die ipſa fugit heſterna omiſſio Miſſæ.

Cum itaque in vna Orbis Euchariſtia Sacra habeat omnia, lucem luminum, ſcientiarumque Authore largitorem: *Cumque labia Sacerdotis cuſtodiant Scientiam.* Cum etiã eſſe Deus Mariam noluerit à Filio proximam, a maximam orbis & omnium illuminatricem; non par ſolum, ſed & oportet vel in primis Sacerdotes iſtam in Angelica Salutatione, Stellam Mariam, appellando in orbis lucem ac ſalulutem producere.

Quod cum nuſquam ſanctius, fiat, quam ad Pſalteriũ Ieſu, & Mariæ; plane idem hoc à Sacerdotibus frequentiſſime, religioſiſſimeq́ vſurpari oportebit, adque plebem laicam exemplo, & prædicatione commendari.

An non Eccleſia ſemper coluit Deiparam Mariam pro Advocata, & Patrona omnis ſcientiæ, ac illuminationis à Patre luminum conſequendæ? At Sacerdotum eſt, Chriſtianæ pietatis cuſtodite, inque ſeſe indies augere; populo tradere, & propagare ſcientiam. Quo cordi magis ſit eis oportet Pſalterium, acquirendæ, & à Deo promerendæ omnis ſcientiæ inſtrumentum ſacrum.

Exemplvm. Vixit in Thuſcia quidam Sacerdos, idemque parœcialis Curio animarum: Neque id quidem, quod ſcientia clarus aliqua humana, vel inter mediocriter doctos accenſeri poſſet: ſed vitæ Sacerdotalis integræ ſimplicitate recta, atque perfecta, vir ſanctus cunctis exiſteret morum optimorum magiſter; non venerationi dumtaxat, ſed & admirationi.

Quæ cõſtans inculpatæ vitæ ſanctimonia non ſinebat quicquam excitatæ iam de eo exiſtimationis luminibus officere mirificam ſimplicitatem, rudemque ignorantiam tantam; & velut idiota vix dum ægre Miſſam legere ſat noſſet.

Acceſſit huc aliud non iam admirabile; ſed veriſſimum miraculum. Quotieſcumque ad prædicandum ſurgeret, gregemque Euangelij doctrina paſcendum; ea cum & ſcientiarum varietate, & gratia eloquentiæ, & vi efficaciæque zeli, ac ſpiritus dicere conſuevit; vt nec doctiſſimi quique illius in concionibus vllam ſcientiæ partem; deſide-





rare inquam? imo neque admirari ſat poſſent. Tenebat auditores; ſuſpẽdebat animos; movebat affectus, inque omnem partem verſabat; quaque vellet, in cœlum, in tartarum, in conſcientias, in ſacra omnia, ſequaces pertrahebat auditores; & quòquo illius impetus ſpiritus ferebatur; ibant ijdem, & acquieſcebant.

Fuit ille tantus Chryſoſtomus, Tulliuſque fulminator Chriſtianus admirandæ in cathedra doctrinæ; extra cathedram puræ quidem vir ignorantiæ; ſed admirabilioris vitæ & conſtantiæ. Verum huius, & illius gratiam vberẽ ex ipſo fonte hauriebat, Pſalterio inquam Almæ Diuæ illuminatricis Mariæ, ſancte culto ſemper, ac vſurpato. Vſurpato tantum? Et prædicato tali cum fervore, affectu, & fructu, vt quanto maximo.

Vitæ ſuæ innocentiam, ac perſeverantiam ipſe ad Pſalterium ſupplicandi Deo paſcebat ſuavitate; regebatque aſſiduitate, & Religione.

Doctrinæ ſuæ quam primam ex vmbone vocem mitteret, Ave Maria, Angelica erat recitata Salutatio. Cuius quidem certam reddebat rationem iſtam: quod Ave, Angelicum vox prima fuiſſet Euangelica, Euangelijque totius Euangeliſtarum, & Apoſtolorum fons, & origõ compendium perfectum, ſumma, atque medulla. Iſti dein poſte a lectionem Euangelicã, explicationemque exordio tali parem, ac dignã ſubijciebat.

Vtinam Beatus Alanus huius diuini viri denomine meminiſſet, atque ſimilium exẽplorum viros, fœminaſque appellaſſet: non tam vt fidem ſibi faceret: quam vt apud hodiernum æuum criticum, ac ſciolum plus quam pium, fidẽ inveniret. Sed viuentibus pepercit: & quia ex revelatione didicerat: illud tradebat, quod acceperat.

III. Excellentia eſt ſpiritualium donorum Elargitio Sacerdotalis. Sancto Spiritus attributa proprie functio creditur Donatio Chariſmatum, virtutum infuſio, largitio Fructuum Spiritus, & octo Beatitudinum collatio. Eſt ea omnino maxima poteſtas, facultas vberrima, benigniſſima largitas, & in homines miſeros diuina pietas. Sunt illa multa & maxima, & plurima dona Spiritus Sancti conſtant in mundum.

Vnum tamen Sacerdotale donum iſta facile vniuerſa ſuperat infinitum: Donum inquam Euchariſticum: hoc eſt, ipſe Dei Filius Homo Deus Ieſus Chriſtus benedictus in ſæcula. Poteſt illa S. Spiritus?



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Hoc poſſunt Sacerdotes. Dat ille fructum Arboris vitæ? Hi cum fructibus Arborem ipſam Verbo plantant: Officio Sacerdotij rigant, augmentãt, ſuſtentant, atque in Eccleſia conſervant: inter manus propagant: intra animarum ora, hortoſque poſitam conferunt: ex ea, perque eam tot iam ſæculis omnium mentes Fidelium paſcunt, & in montem vſque Horeb cœleſtis provehunt quietis, ac beatitudinis.

Ex quo æſtimare cuique iactura eſt. 1. qua Sacerdotum, ad celebrandum tarditas ( tàm pia parum, vt pene impia ſit appellanda: ) Matrem ſuam mulctat mactatque Eccleſiam. 2. O quantis olim pœnis evoluent tam pudendam minimique ferendam ſocordiam: ne damnabilem dicam acediam? Tantillam ſacrificandi opellã intermiſſam quantis olim redempturi forent; ſi per diuinã liceret iuſtitiam tunc explendam?

3 Verum nulla hominum, aut ſæculorum eſſe facultas tanta vſquam poteſt vnquam: ( extra Sacerdotalem: ) quæ omiſſi vel ſemel diuinorum Miſteriorum Sacrificij reſarcire valeat detrimentum. Vel ceſſatoris Presbyteri correcta negligentia: vel alterius ad aram operaturi Sacris diligentia præteritæ ſola poſt Deum poteſt iacturæ præſtare ſupplementum.

4 Vnam ſolam ſibi Mariã Virginem diuina delegit providentia, deſtinavitque ſolam ex qua Redemptor orbis naſceretur: beneficio Dei in perditum mundum tanto, quantum, effari? vel Angelicis mẽtibus complecti non eſt. Redemptori vero ipſi ad vnum ſolum complacuit Sacerdotiũ; quod parauit ſibi, ac deſtinavit, ad ſuos ſuæ Redemptionis theſauros, ac dona, per Sacrificium, & Sacramentum, orbi cunctis ſæculis diſpenſanda. Et ea maxima pars gloriæ eſt Dei; Deiparæ pars gaudij maxima beati: beatorum deliciæ, purgatoriorum ſumma ſolatij: viuentibus auxilij beatis eſt ac firmamentum. O Dei gratiam ſuper omnem gratiam!

Non illam prædicent Sacerdotes, tanta aucti donatique gratia? Non illi paſtores, ac Patres multarum gentium, & per honorem Ordinis Principes populi; non illi ad exemplum vulgi laici, non ad auxilium Eccleſiæ, non ad gaudium Mariæ, conciliandumque patrociniũ Deiparæ vſurparent ſumma cum & religione, & zeli contentione Pſalterium? Inque eo iſtud, Gratia, Deo redderent in ſacrificium laudis: in gratiarum actionem: in ſatisfactionem culpæ; in certiorem vocationem faciendam ſalutis, & gloriæ?

Exemplvm. Literis proditum accepimus, Religionis obſervantia exercitum diu, atque probatum virum, inſigni devotionis cultu adverſus illibatam Dei Matrem ferbuiſſe: & vero ipſam in pervetuſto illo ad Pſalterij coronam precandi ritu libenter venerari, ac familiariter quotidie ſalutare conſueviſſe. Neque ſolum ſua illi ſat iſta fuerat devotio: verumetiam, quod in concionibus ad frequentem populũ habendis præcipuum nomen ferret ac laudem: in hiſce ad Sanctum Dei, Matriſque Dei cultum latius proferendum, quod ipſe genus orãdi deamabat, ac ferebat Pſalterium: idem, vt laicis rudique vulgo proprium, impenſe pro ſuggeſtu commendare ſolebat.

Neque Deus zelum viri Sancti tantum vel hoc in vitæ pelago irremuneratum dimiſit: ſed ad ſummum denique Pontificatum Romanum illũ evocavit: vt dignum in terris Christi Vicarium ageret, Caput Eccleſiæ, lumen columẽque factus, Papa Innocentius dictus. Quas ille muneris partes non expleuit ſolum; verum ſeipſo maior, & ſupra hominem pene auguſtior, tam in



vita, quam poſt facta claruit miraculis.

Tres ad B. Alani tempora Innocentios numerauit Eccleſia: ſingulos vita rebuſque geſtis magnos, & vere admirandos: Verum, ( ſi vti fas ſit comparatione: ) dixerim in pleriſque p. imum huius nominis à ſecundo: & hunc à tertio, haud paulo ſuperatum intervallo. Vt opiner, Tertiũ, iſthic ab B. Alano deſignari; cui lapſantem ſuſtentari Eccleſiam ab S. Dominico, humeris eam ſuccollante, quondam oſtendit Deus.

IV. Excellentia Actio Sacerdotalis circa humanitatem Christi. 1. In humanitate ſua Ieſus quicquid egit, eo commeruit ſibi, & nobis plurimum: vt oratione, ieiunio, peregrinatione, prædicatione, labore, vigilia, ſiti, fame, paſſione, morte, &c. Quæ tametſi iure meritiſſimè ſint maximi æſtimanda, vt pares illi pro ijs, nec haberi grates, ac laudes, nedum referri, nunquam valeant: eæ tamen actiones ipſi Deo, noſtra carne circundato, quædam dumtaxat velut accidentia fuerunt: quæ Deus non ſunt. Sacerdotis autem actio; opuſque operum caput eſt vniuerſorum Dei, vt quæ circa non humanitatem ſolam; ſed vnitam cum Diuinitate verſetur; non tam vt mereatur no-

bis. Nec vt redimat nos; ſed vt redemptor ſervet, ſoſpiret, ſalvoſque in beatitudinis poſſeſſionem introducet. 2. Atque vt velut de plano cognoſcamus, quantum inter Chriſti, (ſolum vt hominis conſiderati,) & Sacerdoſis (qua talis Diuinorum Myſteriorum Dei miniſtri, ac diſpenſatoris) interſit: neſcium eſſe neminem oportet, Iesvm, qua hominē, more humano converſatum, humana omnia, præter peccatū egiſſe, & perpeſſum ſubijſſe. At verò in opere operato Sacerdotum, Sacrificio inquam, & Sacramento: vbi humanitas cum Diuinitate hypoſtaticè vnita agitur: non eſſe niſi Diuina omnia poſſunt. In his Sacerdos occupatus verſatur: in his ab Angelis ſuſpicitur, colitur, & defenſatur.

3 Tranſubſtantiare: Deū mortalibus dare: Deum orbi per Deum reconciliare: regno cœlorum, Regique Divorum, ac Regum vim facere: iſta inquam operari, Sacerdotum eſt; non Angelorum.

4. Opera humanitas Chriſti erant, vt accidentia Chriſti: ſine quibus eſſe ipſe pleriſque poterat. Sed ipſa abſque illo eſſe non poterant.

5 Corpus Chriſti ſine loco, ſitu, quantitate certa, ſimilibuſque eſſe cathegorijs nequibat, iuxta naturæ modū, & conditionem, Sanctiſſima verò Euchariſtia, Sacerdotale opus diuinum, iſta ſuper greditur vniverſa, ac accidentia nil indiget ſubiecto: eſt tanta ſine quantitate: eſt talis abſque qualitate: eſt in loco citra circumſcriptionem: eſt in ſitu, quietem præter & motum: eſt cum modo omnem ſupra modum: eſt in tempore abſque menſura: denique miraculum eſt miraculorum: idemque opus eſt Sacerdotum.

6. Si in contentionem duo quædam adduxeris: hinc Euchariſtica iſta admiranda pariter & adoranda; inde hæc: Virginem concipere abſque viro: parere abſque perrupto clauſtro: matrem fieri, & Virginem permanere: haud facile ſtatueris, inquam, quid alteri anteponas. Naturam ſuperant vtramque; diuina omnipotentia operatur vtrinque: Sed hinc in Virgine, Vnica, ſemel, ad breve tempus; vna in Palæſtina: inde vero operatur in homine Sacerdote, angelo corporeo, terreſtri Deo: nec in vno, ſed plurimis: ſed multò ſæpiſſime; ſed vſque ad conſumationem ſæculi: vbique locorum ab ortu ſolis vſque ad occidentem iuge Sacrificium operatur.

1 Fuit in Conceptione Maria Mater gratiæ gratia plena: ſed nullo per hoc ſpe-





ciali charactere inſignita: ex cuius vi & poteſtate plures tales productura foret pariter gratia plenos, pariter concepturos, pariterque parituros. Quid vero in ſui auguratione quicunque Sacerdos? Hic divino in anima interiore imprimitur charactere: quo & à cunctis Deo ſegregatur Chriſtianis; & pre cunctis Angelis deuovetur Deo: vnitur Deo, vt ſit vnus ſpiritus plenus Deo: vt Diuina procuret ex Deo; Deum rebus adeſſe humanis, & homines gaudere, fruique Deo faciat ex officio.

Væ tibi Sacerdoti, quis geris officium tantum? nec ad Dei illud exeris ſervitium, nec ad hominum, aut raro, aut torpide, aut indigne, id exerces beneficium. Quid ita, diuino plenus theſauro, mortales miſeros deſpicis ac dimittis inanes; cum toties operari Diuinis intermittis? Tantilline tibi, ad Genitricem Dei, non, aut raro, aut improbe, te accedere velut Genitorem Dei? O meliora Deus!

Vt ne in tam ſacram & inteſtabilem Sacerdotes inducamini tentationem: viri Deo pleni, viri ſancti: agite amabo, reſpicite in faciem Chriſti veſtri Sacerdotis Summi, Advocatam Chriſti Matrem invocate: vtriuſque Pſalteriū vtrique pſallite, pſallite ſapiēter iſtud, Plena, in ſapientia Diuinæ Euangelio Salutationis Marianæ, Chriſtianæ, Divinæ. Pſallite, & prædicate.

Exemplvm. Chriſti aniſſima Regnorum Chriſti regia Francia tulit haud ita pridem virum, virtutis merito, in religioſa obſervantia feliciter cumulato ſublimem, ac dignum, vt in Abbatiæ demum apicem provectus, Abbas cūctis fratribus præponeretur.

In quo vt alia multa, & magna eminerent; iſtud tamē ad memoriam illuſtre, plurimarumque ſemen virtutum, & exemplorum in eo exiſtebat: quod vbi conſpiceretur ipſe, non abſque Pſalterio viſeretur: non quod ad ſpectaculum oſtentaret: ſed geſtaret ad vſum omnino familiarem.

Orabat id aſſiduus, ac tacitus: docebat id rudes humiliter ſedulus: hortatur ad idem ſubditos ſuos religioſos ferventer zeloſus: commendabat illud ſæcularibus fœminis, medijs, infimis indefeſſus: ſed minime importunus, mirifice gratioſus, & magnifice fructuoſus.

Cuius viri zelum, ac laborem conſolator Deus hic quoque remetiri famulo ſuo voluit, ac remunerari. Nimirum ſicut ipſe per Meditatricem Mariam venerabatur Deum: ita per eandem ipſum conſola-

labatur Deus. O gratia ex Deo! ſed & meritum pſaltæ in Pſalterio. Ergo Regina cœlorum, pſaltarum Domina & Patrona Maria ſerro ſuo Abbati ſæpius apparere manifeſto in lumine, mirifico cum ſolamine, dignata eſt, & cum eo aduſque familiaritatem cõverſari, mutuaſque audire, & reddere voces conſueſcebat. Neque dulciſſimis dumtaxat ſuis eum affatibus aſpectuque permulcebat: verum & diuina ſæpe arcanorum Dei revelatione informabat, aut cæleſtium viſione beata velut prægustum libare ſinebat.

V. Excellentia Comparatio Sacerdotis ad Beatiſſimam Virg. Mariam. Dia Virgo, Dei eſt Mater. 1. Habendo ſe paſſive. 2. Idque benedicto ſolum ventre & carne ſua. 3. Contulitque ad prolem id, quod ſuum erat, humanum, ex ſua naturali potentia: licet Deo ſupra naturam operante.

At vero Sacerdos. 1. Quatenus dici poteſt eſſe Pater Chriſti habendo ſe active: vnde dicitur Sacris operari, facere Sacra, Diuina patrare. 2. Idque ex intentione mentis, ventre nobiliores, exque dati vi Spiritus Diuini. 3. Confertque ad tranſubſtantiationem id quod Dei eſt Diuinum intra ſe, & ſupra ſe, & tamen in voluntate ſua ad operationem, aut omiſſionem liberum; eſtque illud poteſtas characteris, quæ pure eſt ſpiritalis, habetque ſe effective.

4. B. Virgo obumbrata Deo, conſentiens concepit intra quinque verba: *Fiat*, en paſſive ſe habens, *mihi*, *ſecundum*, *Verbum*, *tuum*. Sacerdos vero active velut generat, certe efficientia ſua verborum quinque tranſubſtantiat, dicens: *Hoc*, *eſt*, *enim*, *Corpus*, *meum*. Item: *Hic*, *eſt*, *Calix*, *Sanguinis*, *mei*, *&c.*

5 Denique B. Virgo Parens genuit Dominum, Semel parvulum, non loquentem, non ambulantem, ſervulum, paſſibilem, mortalem: Sacerdos vero facit ad eſſe Deum Hominem, ſubſtantia panis, ac vinis ceſſante, ſalvis accidentibus, ſæpe ad placitum ſuum, perfectum, regnantem, Dominum, impaſſibilem, & immortalem. O inexplicabilis Poteſtatis Excellentia!

6 Hoc tamen Deiparam inter, ac Sacerdotes intereſſe tenendum eſt: quod in iam dictis illam quidem hi ſuperare videantur: verum *quoad modum* duntaxat: non autem *quoad ſubſtantiam facti*. Quia Virgo Beatiſſima Dei Mater eſt eatenus ſubſtantialis, quod derit illi eſſe verum hominem novum ex ſe talem, qui ante fuit non homo: Sacerdos au-





tem iam ante hominem Deum facit exiſtere iam ſub ſpeciebus. Vt non niſi analogice, quaſi Chriſti patres, queant appellari. Itaque præcellunt in modo: in Facto Deipara, eo, quod Sacerdotalis operationis eſt fundamentum. 1. Cor. 3. *Fundamentum enim nemo aliud ponit*: Nos autem 1. Theſ. 6. *Theſaurizamus nobis fundamentum novum.*

*Queris*: Tanta vis vnde venit? De ſurſum à Patre luminum: & eo, qui de Cœlo deſcendit, Domino Trinuno. Vnde in Salutatione merito dicitur DOMINVS, ſcil. Deus Tecum eſt in operatione, nam Velle Dei operari eſt: ac in ſuſcepta carne *Dominus*, Dei Filius tecum, eſt ex hoc & Filius tuus hominis. Hinc cũ Filius ſit Dominus Dominãtium: Mater quoque iure Divino, & naturæ Domina eſt Dominantium.

Cum autem quilibet Sacerdos in modo prædicto ſit excellentiſſimus: recte præ cunctis laicis terreniſque Dominis, Dominus audit, & eſt Dominus Dominantium: Vt qui ſolus ſpiritaliter & ſacramentaliter paſcat gregem laicum Fidelium: eumque regat in vita per ſcientiam Sacerdotalem, abſolvat à morbis, & mortibus delictorum per potentiam; dirigatque in Patriã.

Quare, vt omnibus Chriſtianis, at vel in primis decet, & oportet Sacerdotes Domini ferventer, & frequenter, adeoque familiariter illud Eulogium in Angelica Salutatione *Dominus*, Domini ſui Dominæque honoris acclamare.

Quod ſane cum nuſquam ſæpius, rectius, aut ſanctius fieri queat, ac in Pſalterio Domini & Dominæ: idem quoque vt frequentent tum ipſi, tum & frequentari abs plebe prædicationibus efficiãt oportet. Quo cum officio ſuo tanto debitam, dignam Deo, Deipara dignam: omnibuſque ſalutarem eos præſtare nemo vir bonus inficiari valebit. Pſallite ergo, & prædicate Pſalterium Domini, & Dominæ noſtræ, ò Domini Sacerdotes.

*Væ canibus mutis, non valentibus latrare!* Væ Dominis pigris: nam *duriſſimum iudicium* fiet *his, qui præſunt.* Væ ſervis pigris: *auferetur ab eis talentum* Euangelij huius Pſaltici, *& dabitur genti facienti fructum.*

EXEMPLVM. Plebanus quidam in Prouincia Prouinciæ, Petrus nomine, præter cæteras ſuas parœciales curas & functiones: ad illam quoque pari, & ſpiritus impulſu, & conatus anniſu ferebatur: vt cum ipſe plurimes in orando Pſalterio Ieſu, & Mariæ: tum



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

vero etiam pro concionibus idem plebi ferventer commẽdando multus eſſe conſueſſet.

Et fructus in gregem pium conſtabat inſignis. Iſque dupliciter plus quam centuplus. Alter ſpiritalis animarum: quas ille Pſalterij cœleſtium chariſmatum gratia plenas beate opuleſcentes ditabat ſit; vt in vberrimam morum ſegetem optimorum procreſcens multiplicaretur in immenſum: atque ad ſanctorum meſſem meritorum feliciter albeſcens matureſceret, gratiſſimũ Deo, Angelis, hominibuſque ſpectaculum. Alter vero temporalis fortunarum: quas per ſedulum oblati Deo Deiparæque Pſalterij ſacrificium plãtabant ipſi: rigabat Patrona Maria; incrementabat Ieſus.

Quin & ſecuriſſime tutabatur. Nam plagæ duæ, per temporum intervalla, toti Prouinciæ miſerandam intulerunt vaſtitatem: peſtis, ac Bellum. Ab vtraque tamen ſolam ſervauit immunẽ Deus Pſaltarum parœciam. Peſtilentiæ vis ſæva epidimialis longe lateque hominibus Prouinciam exhaurit: non attigit Pſaltarum parœciam. Belli circumlata ſæpius tempeſtas ſtragem mortalium fecit plurimorum; ædium ſacrarum profanarumque iuxta rapaci depopulatione nudationem primum, tum poſtea iniectis vltricibus flammis exuſtionem ſolo tenus, intulerat: agros etiam te traſque miſeranda calamitate ſæpius euaſtarat: in dictæ Pſaltarum parœciæ regionem atque diſtrictum pedem infeſtum nullus vnquam hoſtis, aut poſuit: aut, velut erepta eis hoſtili mentis barbarie, nunquam nocere cuiquam attentarunt.

## II. QVINQVAGENA

*Denique Fontibus Excellentiarũ Subſtantialium S. Sacerdotij.*

Hæ cenſeri poſſunt iſtæ: 1. Angelica poteſtas. 2. Patriarchalis poteſtas. 3. Apoſtolica. 4. Beata Sanctorum. 5. Sancta Religioſorum.

VI. Excellentia, eſt Angelica poteſtas Sacerdotum. Eſto, ſit ſua, vt vere eſt, SS. Angelis mirifica poteſtas in res creatas vniverſas; ſit & ſupra has præclariſſima ipſis nobilitatis præſtantia: atqui vero nullam habent ſibi conceſſam à Deo facultatem inter Sanctiſſimum Chriſti Corpus, nullam inter Auguſtiſſimum, vel Sacramentum, vel Sacrificium Euchariſtiæ: Habent autem pro Officio ſibi demandatam ſolis Sacerdotes.

2. Quo



1. Quo in munere incõparabilis dignitatis, ac poteſtatis, Choros Angelorum, quotquot exiſtunt, vltro concedere Sacerdotum Sancto collegio, nemini orthodoxo dubiũ eſſe vel obſcurum poteſt.

2. Qui ipſum Angelorum Creatorem ad aras pro nutu ſuo, ac officio faciunt Sacerdotes; qui ipſum inter manus gerunt, & contrectant ſacri: qui manducant, dantque manducandum Sanctis: qui immolant victimam incruentam pro cunctis viuis, & vita perfunctis: eos ipſi colunt, mirantur Angeli, ac cernui venerantur; nec ab ijs ſeſe ita adorari patiuntur, vt in priſci Legẽ Teſtamenti.

3. Quicquid beatis in eſt ſpiritibus, creatum eſt, finitũ eſt, vt in creaturis: ſolumque id valet in ſimilia ſibi, quanto vis licet intervallo, finita pariter, & creata. Sacerdotis vero infuſa à Deo Poteſtas viſque Characteris non ſolum tempore æternabit; ſed & opere poſſet perennare, cum perpetua potentia: ni Deus eam functionis executionem ad mortalium in terris officium, ætatemque contuliſſet. Vt Legiſlatoris Summi Pontificis ſit ſtandum voluntate.

4. Age, ſi vnum aliquem è novem Choris Angelorum in quam Eccleſiam demiſſum apparere iuberet Deus: præ ſtupore, ac veneratione qui te ſat digne dibiteque haberes, difficulter tecum forte ſtatuere poſſet: Iam vero, ecce, Sacerdos Regem Angelorum IESVM, è cœlis evocatum, coram oculis exhibet tuis: & quid agis, quid cogitas? Novit id cordis inſpector iudexque tui ipſe, qui eſt, & id eſt.

5. Ex quo omiſſæ Miſſæ iacturam & indignitatẽ exiſtimat?

Num quid vero inde debes Pſalterio Ieſu, & Mariæ, ò ſancte Sacerdos? Et quidem multum per omnem modum. 1. Tum quod Chriſtianus es, & Chriſtum induiſti. O ingrate, & in Salutationis voce illa: TECVM: non crebterrimã tibi innovares iſtius memoriã, quod Chriſtus ſit Tecum? 2. Deinde quod Angelus Domini eſt Sacerdos: & dignitate tanta indigne, Domini degentis. Tecum raro recordaberis: præſentem raro veneraberis? 3. Adhæc quod Dominæ Angelorum poteſtatem in Titiũ poteſtate tua characteriſtica vincis Sacerdos: quod Sponſam, cum inauguratione tui Mariam dante Deo, ſortibus es Sacerdos: & inhumane Thrax in ſuo eam lætificare Pſalterio ceſſas oblata ei iacula devotionis, de fonte *Tecum* referato? Pſallite igitur &

præ-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

prædicate Pſalterium Sacerdotes.

Exemplvm. Thomas quidam in Normania, Archidiaconatus, honore inclytus, poſt ſtata ſua ſolemnia religionis, cultuſque Dei in Eccleſia publici Officia, partem magnam priuæ ſuæ pietatis exercitia in Deiparæ Chriſtique in primis cultu ad Pſalterium arbitrario conſumebat. Et cuius amore captus ipſe, illius obſervantia trahi optimum quemque in votis gerens: commiſſos vero ſibi ſubditos omni diligentia & induſtria ad idem ſtudium Sanctum inductos accendere adlaborabat.

Ergo ſuopte experiens exẽplo, ſuus virum zelus ipſe, nulla ſpecie affectata, ſed veritate ſolida & virtute, ſubditis præbebat ad ſpectaculum venerabiliorem tanto, quanto in Pſalterij preculis aſſiduitate, in conſuetudinem verſa, demiſſiorem eſſe probabat. Ad duplicatam exempli vocem, vocem cæteræ addebat virtutis efficacem tertiam: quartam quoque adijciens vocem prædicationis Pſalterium, quibus poterat, per conciones publicas admirabili cum gratia atque facundia libenter, ſæpe, & vehementer comendare inſiſtebat.

E diuerſo Deus ſuum in Roſeto cõtinuum tãque ſtrenuum operariũ mirificà haud raro conſolationis ambroſia delibutum permulcere: vt ex alia in aliam vſque virtute virtutem ſurgeret, veluti lux iuſti procedens creſcit in perfectam diem.

Communia iſta forte: at ſingulare prorſus illud erat. Meruit, (nihil tamen rogans tale:) abs Deo per Mariam ſuam vnicam columbam vltro impetrari gratis ſibi datam illam gratiam: vt quoſcumque ſeu Eugenios, ſeu Cacogenios Angelos ſuis aſpectabiles poſſet oculis vbique contueri. Quo equidem verum eſſe exiſtimo; quo tamen id modo, hoc ignorare me; nihil diffiteor.

VII. Excel. Patriarchalis Potestas Sacerdotum. 1. Adæ, Enochi, Abrahæ, Gedeonis, Samuel, Dauidis, Eliæ &c. admiranda produntur opera, & dona virtutum: vmbram tamen prætulerunt ſolum: Veritatem reddunt ipſam nouæ Legis Sacerdotes. 2. Eorum prodigioſa facta cœlorum intra orbes ſteterunt, in elementis rebuſque creatis ſeſe declararunt. At ſupra cœlorum cœlos ſupergreditur ſua Poteſtate Sacerdos. Hic è cœlo Chriſtum evocatum in ara ſiſtit: quem illi prophetauerunt procul.

3. Etque cæteros mittam

vni-



vniuerſos: Baptiſta Ioanne Domini Præcurſore, *inter natos mulierum non ſurrexit maior:* Meritis id quidem ſuis: at Poteſtate, inquam, haud paullo maior ſurgit quilibet Sacerdos. Ioannes Chriſti fuit præco, lucerna, amicus, vox, & teſtis: Chriſtum digito monſtrauit, baptizauit, SS. Trinitatem conſpexit: Quid Sacerdos? Chriſti eſt Effector & Sacrificator: Dei pacificator: Fideliũ paſtor, ac ſervator Mariæ Sponſus. Angelorum Dominus: Domini Seruatoris frater, & interior Amicus. Hic Verbum inter manus verbo parit, tractat, verſat, cuſtodit, in cibum porrigit. Tale nihil Patriarcharum valuit poteſtas.

2. Væ Sacerdoti igitur, cuius acedia vel vnius diecule, prætermittitur Miſſa? Reſarcire damnum poteſt; ſed neglectum & ſubtractum orbi bonum vtrique redhibere non poteſt. Quid cogitas? Benedicte Dei, te reſpice, te agnoſce: & metue maledictionem.

Arripe Pſalterium Marianum, imo Iesv Chriſti Chriſtianum, Pſalle Iesv, Pſalle Mariæ ſuum illis in Salutatione iſtud Benedicta. Benedic, vt benedicaris omnẽ contra maledictionem. Bibe ſæpe ſalutem de Fonte hoc Benedicta. Offert Dauidi tuo aquam de Ciſterna Bethlehem, &c.

Exemplum. Pſalterij ictus amore diu & honore ſimul & vtriuſque Iuris quidã in Hiſpania, ſummas quaſque Scholarum cathedras eximius Sanctiſſim. Theologiæ Magiſter, multa cum celebritate famæ, & nominis laude condecorarat adeo; vt demum ad Epiſcopalem fuerit Thyaram euocatus. Qui altiſſimus ſacer honorem apex nihil eum à conſueta ſupplicandi humilitate dimouit, ſed altius confirmauit.

Iam enim Pontifex ad cætera Pontificalia ornamenta illud geſtandi Pſalterij velut præcipuum ſibi cenſuit adijciendum: vetus ipſi quidem & familiare diu: ſed Epiſcopo ſibi nouum. Verum non quale prius tenere & circumferre ſecum aſſolebat in minoribus minuſculum, & vulgare: ſed grande, pretioſum inſigne: quo hominum traheret oculos: ſibique id prædicandi ocaſionem præberet ac argumẽtum. Quo portabat animo ſtudio oſtentabat; zelo idem prædicabat maiore, maximo cum fructu animarum.

VIII. Excel. Apostolica Potestas Sacerdotvm: In electis XII. Diſcipulis Domini duo con-

fi-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſiderantur Apoſtolatus: inquo degerunt vltra triennium inde ab vocatione: & Sacerdotium: quo in Cœna pridie Paſſionis ſunt initiati? 1. Vnde vtriuſque connexio haud eſſe neceſſaria ducitur; eſtque poſterius prioris Apex atque coronis. Quocirca, Sacerdotalis poteſtas atque dignitas longe antecellit Apoſtolatum ſolum. 3. Nam hic Apoſtolatus, diſcipulatus eſt & miniſtrij munus: Sacerdotium vero ſummi eſt Myſterij Poteſtas. Quemque Diſcipuli prædicant: eum Sacerdotes conficiunt & præſtant. 4. Apoſtolatum ſimplex conſtituit vocatio: Sacerdotium inſtituit Vnctio Sancta.

O immemores ſui, ingratoſque Deo: qui vel indigne, vel tarde, ac frigide munus tantum obeunt Sacerdotale! Non ſe Chriſtos Domini eſſe recordantur? Suadeo, emant aurum ignitum, probatum: vt à facie eius duri ſuperbique montes fluant. Quare diuini accipiant Pſalterium amoris, honoris, & honeſtatis: in illo ſuæ Vnctionis eos præclare admonebit toties in eo repetitum illud TV. Hoc demonſtrabit Sacerdoti, TV quis es: annunciabit de Chriſto, TV, quantus eſt: docebit de Maria, TV, qualis es: vt TV ſimilis eſſe Tui Sacerdotij, Chriſti, Mariæque ſtudeas.

EXEMPLVM. Frater quidã noſter Sacri Ordinis Prædicatorum in Lotharingia, non obſcuri nominis concionator, in more ſolemni poſitum obſervabat: vt nunquam ordiretur ſermonem, niſi communiter prius Maria ſalutata. Nec perorabat ante, quam ſupremam prædicationis ſuæ partẽ occupaſſet, aut Almæ Matris Mariæ inſignitum præconiũ: aut eiuſdem Pſalterij, Angelicæue Salutationis commendatio. Vtrumque ſolemni auſpicabatur formula tali: *Nunc Salutate Mariam*, aut *Os dulcè faciamus*.

Iſtud autem quia ſingulari cum zelo, affectuſque interioris fervore, ac devotione frequentabare amabat, perpetuaque conſtantia: fidem eius reſpexit ardorem Maria: gratiamque gratioſæ prædicationis, ſub ipſius vitæ exitum, ad exemplum memorabile declarunt: ſimul inſignite ſuum ipſi zelum ſunt remenſi.

Cum enim vitæ curſum pene conſummaſſet, iam ſpiritum redditurus Deo, tanta & conſolationum ſuavitate, & gaudiorum vbertate cœlitus perfuſus exundare cœpit: vt vegeto prorſuſque ſano eſſe corpore videretur: ita vis Spiritus vim morbi, ac mortis ſuperabat. Quin & ſua ipſum Re-





Regina cœli dignata præſentia, ſeſe ei manifeſto præbuit aſpectabilem, innumera cœlitum circumſiſtẽte corona glorioſa. Quo haud paulo maiorem egreſſus ſui teſtibus ocularis reliquit mentis ſuavitatẽ: quam ſuarum concionum auditoribus Angelicæ Salutationis prædicatione dulcedinem oris, ac ſpiritus conſiliare cõſuerat.

IX. Excell. Beata Sanctorum Poteſtas Sacerdotalis eſt. Fortitudo Martyrum, Fides Confeſſorum, Caſtitas Virginum ex vi magna gratiæ atque potentia emanarunt: verum, ſi effectum attenderimus: ineſſe vim gratiæ gratis datæ potentiorem. Sacerdotibus fateamur oportet. 1. Enimvero fortes illi in martyrio contra tirannos, aut beſtias, aut tormenta perſtiterunt: aut eorum merito gratiam Deus ſuper gratiam accumularet: idemque fidem Confeſſoribus exaugeret: verum iſti duntaxat riuuli fuerunt ab inexhauſto Fonte gratiarum dimanantes. Fons vitæ Chriſtus eſt. Hunc autem fodiunt, parantque Fontem in Corpore Eccleſiæ Sacerdotes. Quare eam, ex qua rem tanto præſtant diuiniorem, poteſtatem eſſe multo efficatiorem & digniorem neceſſe eſt.

2. Et, ſi effectus adæquari cauſæ debeat; omnino debet ea eſſe infinita Dei poteſtas in Sacerdotibus: quæ effectum producere infinitum, Deum hominem Ieſum Chriſtum, verbo potenter, & infallibiliter vallet.

Sanctorum nullus conſtantiæ, fidei, alteriuſve gratiæ ſuæ fuit infallibiter ſecurus: niſi (quod per raris obtigit felicitas) ex peculiari revelatione Dei: Atrite & ordine inſtitutus Sacerdos, quantumvis improbus, collatæ ſibi poteſtatis omnino Fidei habet certitudinem: vt cui ex vi, pacto, & fide ſuæ Inſtitutionis Ieſus non velit non parere & adeſſe: cum primum verba Inſtitutionis ſacræ ſuper panem, & vinum integra pronunciarit. Ita nimirum vult, iubetque Sacerdos Sacerdotum ipſe ſuum Sanctum Sacerdotium firmatum, ac honorificatum permanere.

Totus igitur ille Dominus Ieſus cuiuſque Sacerdotis eſt: quo de particulas aliquas quiſque Martyrum, & Confeſſorum velut decertas participarunt: meritoque iure fortes ſunt & admirabiles viſi.

Quæ cum ita habere nos ſacra Fides doceat: age nunc, fac ita eſſe: poſſe quem & velle Martyrum aliquem, v.g. S. Stephanum, è cœlo detrahere, exque rerum na-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tura exturbatum, extinctum in nihilum redigere: quis illud non facinus infandum deteſtaretur, & prægrande inflictũ Eccleſiæ vulnus, importatumque damnum deploraret: Atqui vnius duntaxat Sancti iactura ea foret tot inter myriades. Diuorum, Iſta liquent de plano.

Adde: Sacerdos aliquis ex acedia, aut quaqua alia ſocordia, omiſſo diurno Sacræ Miſſæ Sacrificio: quid age, quem, quantumque ſubtrahit vtrique & Militanti & Triumphanti Eccleſiæ? Vnum aliquem è Diuis? Vnum ex tot millibus? Vnum Deum hominem Deo pro Eccleſia offerre omittit: vt hoc minus habeat in æternum Eccleſia, idque culpa vnius ſui miniſtri Eccleſiæ. O ineſtimabilem & irreparabilem iacturam! Si hoc non credis, Chriſtianus non es: Si flocci pendis, non bonus es, nec pius.

Te reſpice, ò Myſta Dei, Noſce te; & miſerere animæ tuæ. Tuum ſanctum honorifica Sacerdotium. Sin: exhonorauit te Chriſtus.

Huc tibi factum à Deo, prehende Adiutorium, Iesv Mariæque Pſalterium, in quo ex maledicto nati habent orãdi gratiam, pro omnium ſalute natorum ex mulieribus, per merita benedictæ In Mvlieribvs, Natus enim ex Muliere Virgine Maria, per hanc ex orbe maledictionem eliminauit: Ipſamque ſubſtituit Benedictam In Mvlieribvs, & hoc nomine ſuo eam merito voluit digne honorari, vt mortalium factam In Mvlieribvs Adiutorium.

Et vero peculiarem Sacerdotibus Sponſam, in ipſa eis in auguratione ſua datã. Quo interius, familiarius, ac impenſius ipſam ab ijs Sancte coli, non par ſolum, omnino neceſſe eſt. Idque in Pſalterio ipſa digniſſimo, cunctis facillimo, Chriſto Deo, Diuiſque Cœlitibus digniſſimo, id eſt, angelico prorſus ac diuino. Hoc igitur Pſallite, Pſallite ſapienter & prædicate.

EXEMPLVM.

Nouit Ciuem colitque ſuum Picardia tellus, geſti Decanatus inſignem honore: inſigniorem vero longe SS. Theologiæ Magiſterio. Quod tamen vtrumque meriti ſplendoris lumen vir ipſe modeſtiſſimus tanti non faceret: quin alio de altiore, ſibi à Patre luminum accendendo, ſolicite cogitaret in cuius luce, vere lucis filius, illuſtrior verſaret.

Atque iſtud aut in Pſalterio requirendum: aut ab eo repetendum, aut per illud impetrandum ſibi eſſe perſuadebat,



& fefellit nihil. Pſalterium, cui ex puero inſueuiſſet pro conſuetudine, prouectior vſu pro religione magni ſemper faciens attentius vſque frequentauit: Et conſtanter. Siue quod guſtu quodam ſapidiore inctus lactaretur: ſiue quod rationis perſpicacia, & efficacia veritatis: quam in eo precandi ritu ſolidam & diuinam minimæque exambitam, affectatam, fictam fictitiamque preculárum more cæterarum libellaticarum, peruideret.

Quicquid id erat: viro ad Pſalterium mirifice adlubeſcebat & ratione, & ſpiritus inſpiratione. Ad Pſalterium Deo Diuæque maximæ ſupplicabat, Pſalterium ad corpus ſuum è zona propalam geſtabat, præ alio quocumque glorioſus ornamento. Pſalterium priuatis congreſſibus, publiciſque ſermonibus, multo cum ornatu, etiam è ſugeſtu prædicabat. Et tanto cum affectu ac ſtudio, ea cum frequentia & exortandi ardore; vt non perſuaderet ſolum, verum etiam perſuaſos Pſaltas in præcipuam ſui verteret admirationem.

Nec tenuit illa ſeſe; quin eximijs percunctantibus ab eo Magiſtris collegis ſuis erũperet; Ecquid eſt clariſſime D. Decane, quæruint cur toties tantaque cum contentione diſſeris de Pſalterio? humili adeo genere argumenti, re vulgari deque triuio, mulierculis nota ipſiſque puellis? Eximius es, neque vt vnus è multis, S. Theologiæ Magiſter: ad ſublimia natus ingenio: vſu factus & exercitatus ad magna: inque his ad extemporaneam vſque prõptitudinem paratus, ac probatus. Triuialia triobularibus relinqueret graculis, monent.

Quibus vir altæ mentis, prudentiæ magnæ, tacito auditis cum dolore, altius preſſit animo omnem ſcientiæ profundioris altitudinẽ (quod ex huius imo fundo iſti Magiſtri ſcilic. noſtri reſponſum ſibi fore depromendum, forte ſuperciliose rebantur) viciſſimque & ipſos familiariter percunctantur. Agite, cur omni die panem, potumque repetitis eumdem ſemper & quanto naſci valetis optimũ? Cur iiſdem fere ſemper induimini veſtimentis? Cur eodem continuo habitatis domicilio: Cur ex vno veſtro ſeu Magiſterio, ſeu Sacerdotio vita omni reliqua victitatis? Reſpondent: Quia ſunt iſta neceſſaria.

Subicit ille: Comedere bibere, docere, ſacrificare ex die in diem, ſemperque idem

actitare, & repetere in orbem, nil vos piget, pudetue; Nec ego verebor Diuinum quotidie geſtare, orare, & prædicare Pſalterium: Quod panis potuſque vitæ eſt: quod veſtimentum eſt gratiæ, quod initium, & compendiũ Euangelij, & Chriſtianæ fundamentum eſt Theologiæ quod in Corona Sacerdotij Gemma eſt & ornamentum præſidium vitæ, gloriæ palatium, beatorum gaudium, Angelorum Canticum, Delicium Sanctiſſimæ Trinitatis.

Dixit, obſtupuit, & obmutuit ſublime circunſtans Magiſterium. Et ea intelligẽtibus pauca. Ergo ex eo tempore & ipſi, velut in dicto certamine mutuo, Pſalteria ſibi comparare ſpectabilia circum geſtare ſecum in publico, orare, dilaudare, propagare contendebant.

X. Excel. Sancta Religiosorvm. Poteſtate maior eſt Sacerdotum ea, quam hactenus demonſtratam admiràmur. Et parem poteſtati Sacerdotali dignitatem conſequi oportere, nemo non videt, planeque intelligit.

1. Iam igitur omnium quæ Religionum Sacrarum, quà Religioſorum S. Auguſtini, Benedicti, Hugonis, Bernardi, Dominici, Franciſci, Thomæ, & quorumcumque cæterorum, collegi vnquam eis à Deo conceſſam, etiam miraculorum poteſtatem: & hanc ad vnam Sacerdotalem compone diſparem maxime compoſitionem ipſa ea comparatio demonſtrabit. Adeo omnis ea finita ſub Deo, ſuperque res finitas ſolum erat: At illa vero Sacerdotalis origine ſua eſt ex infinita æternitatis duratione: effectu operis diuini immenſa: miraculorum miraculoſiſſima: datarũ gratis gratiarum gratioſiſſima: ſique cætera reſponderint, (præter laureolas) gloriarum cœleſtium glorioſiſſima, poteſtas eſt ac dignitas Sacerdotum.

2. Demus: vni aĩcui omnium Religionum concedi gratiam & poteſtatem inſtituendarum, & ad vltimam vſque in terris perfectiſſimo preuehendarum: par ea tamen Sacerdotali eſſe non poteſt ex ſe: cum hæc ſola ſit poteſtatem ſortita in omnis gratiæ operatorem, ac meditatorem, gubernatorem, conſervatorem, & glorificatorem Iesvm; qui quanto cunctis maior eſt ſummo Pontificio, tanto Sacerdotes præcunctis alijs Ordine ſunt & honore.

3. Vide nunc, ò Sacedos: Vel vnum aliquem Religioſum Ordinem extinguendi licentia abutaris licet: fac ſte

ita



ita poſſe: Aut vnius diecula diuina ad aram operatione, & ſacrificio Eccleſiam priua: quod potes; & heu, ſæpe minis audes Iacturã porrò vtriuſque expendefacti. Ordinẽ vndequaque finitum; perque ſe finiendum ſuſtuliſti: eumque innumeris expoſitum tẽtationibus; ac miſerijs ſubtraxiſti in ipſa felicitate miſerum, mortalem in ſanctitate ſua; At Miſſam omiſiſti? Deum Iesvm Eccleſiæ non dediſti; non Deo ſacrificium obtuliſti: quin Deum tunc in tantum, quod ad te, & poteras, ex Eccleſia ſuſtuliſti, cum dare negaſti. Exhorreſcis? Et hoc amplius; quod in ſumma mundi miſeria cõſolatorem; in tot tantiſque periculis Conſeruatorem, in ſcelerum in felicitate Redemptorem, quantum in te, auertiſti. O horrendum malum? Time, time ne ſacerdotalis benedictio in gehennalem abeat maledictionem, prius, quã circumſpicere queas.

Quapropter oro & obteſtor Chriſtos Domini: vos, vos Benedictos Iesv Chriſti cõpello: in benedictæ Virginis Pſalterio digniſſimè illud, Et benedictvs frequenter, frequenter pſallite Deo; & fideli prædicate populo. Ille fons eſt variæ benedictionis.

Exempl. Anglia inde vſque ab V. Bedæ ſancta inſtitutione & cultura, velut hortus Roſariorum, floruit in Eccleſia ſemper fragantiſſimèque ſpirauit. Vixit illo in roſeto roſa nobilis Anglica Anglicus Epiſcopus, vel ab vnius Pſalterij laude ita celebris; vt in poſteritatis memoriam ipſa facti illius ſtudijque celebritas, omiſſo viri locique nomine, pleno curſu inuaſerit. Quis is cætera cum zelo & honore munia explerit cũctis Epiſcopis communia: peculiare illud vnum, prorſuſque ſingulare ſatis luculente declarat. Pſalterio Iesv & Mariæ non deuotus ſolum Deo ſeruire proque virili placere nitebatur; parum viri zelo videbatur, idem crebro, ſedulo & oppido prædicationibus ſuis euangelizare: in eo gregem ſuum ita paſcere diligenter, ipſe rudem populum, grandæuam cum tenella ætula puerile cathechiſaret, adque vſum Pſalterij informaret ac inſtanter: Parum inquam hæc Epiſcopo.

Vide, admirare, imitare, qui potes, ingenium Pſaltæ Mariani. Quas vſquam pecuniarias culparum mulctas accidere contingebat, ex comiſſione ſiue laicorum ſiue Clericorum ſibi ſubditorum; collectas eas ad Pſalteria, tum numero plurima, tum pretio

ac

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

ac forma quædam inſignia, coemenda expendebat: Pſalteria vulgo diſtribuens, omnia per Epiſcopatum ſuum implebat Pſalterijs.

Quo an, & qualem ſui plantarit nominis memoriam in terris inter homines: Quo fructu Mactas ſuas reddiderit Eccleſias: Quæ vitiorum ſenticeta per Roſariorum procurationem à roſeto ſuo prohibuerit: Quanta virtutum fragrantia compleuerit Epiſcopatū; quanta Cœlitibus gaudia apparit, quanta ſibi, gregique ſuo meritorum gloriam in Cœlis conſtruxerit: æſtimare rectius quiſque cogitatione poteſt, quam ego oratione ſtyloque complecti.

## III QVINQVAGENA

*De quinque* CASTRIS *Excellentiarum Accidentalium S. Sacerdotij.*

Suis hæc vocabulis appellemus. Poteſtas 1. Miraculoſa. 2. Eccleſiaſtica. 3. Politica. 4. Reliquiaria. 5. Glorioſa. Nunc brebiter explicemus.

XI. Excel. Miracvlorvm Potestas in Eccleſia vt diuina ſit multoque maxima admiranda æque ac veneranda; Illa tamen ad transſubſtantiandum Sacerdotalis eo videtur imprudentiæ vel ignorantiæ minor: quod communior ſit, adeoque vulgaris appareat. Eo autem par illi miraculorum dono cenſetur: quod vtraq; ſit in ordine gratiæ gratis datæ. Culpandum iſtud: hoc approbandum eſt. Iſto autem quod infinitis illam, vt aiunt paraſanguis antecellat; quia effectum Operis diuini infinitum pretio, ex infinitum duratura characteris poteſtate, producit Sacerdotalis poteſtas: ex ſupradictis liquet. Excitare mortuos, reluminare cæcos, morbos depellere, effugare dæmones, linguis loqui nouis: horum que ſimilia ad vnum iſtud Patrari: Miſſam ſunt minutiora, quam ad vniuerſos cœlorum vnica ſtellarum minima. Parum dixi, nec probè ſatis. Nam miracula deſignatur in creatura aliqua: at hoc miraculorum miraculū in Creatore: Quātū igitur hic præ illa tantum Sacerdotio inſignes & miraculis celebres ab ſeſe longiſſimo longius adſunt. Si igitur magna orbi & Eccleſiæ qua beneficia, qua ornamenta conferri miraculis cenſentur: & recte, quid afferre Sacerdotiū æſtimari debet? Verbo: Dei Filium. Quo item, quantoq; orbem priuare bono credes Sacerdotem vnius intermiſ-



ſione Sacrificij? Dicam ſemel: Dei filio. Quid quæris amplius? quid dicimus? Num quid aliud damnoſius? Vtinam non & damnabilius, iſtud alijs foret! Deus ò tantum prohibeto malum!

Et vos ò Chriſtos Domini; teſtor, teſtor Chriſtum Ieſū ipſi vos à vobis tantum, ſi vultis, noſtris, & minimo, poteſtis prohibere malum: minimo, inquam labore: maximum honore, pretio, merito. Et iſtud eſt Pſalterium Ieſu & Mariæ: hoc pſallite, hoc prædicate. In illius die Salutationis Angelicæ Angelico caſtro, hoc, Frvctvs, dicto vos includite votis ac animis totos, & deuotos. O Fructum Sancti Sacerdotij! O Fructum Sancti Pſalterij! At vterque idem in vtroque plane pureque diuinus eſt.

EXEMPLVM. Noſtra nobis Brabantia ciuem extulit, virum in Eccleſiaſtica luce Canonicum, multis ſalutarem, honorabilem patriæ: venerandum viſu, auditu admirandum. Is orare, is portare, is priuatim commendare, prædicare publice, ac etiam dono dare multis multa iam diu conſuerat Pſalteria.

Quid ille Deus reprehendere? quid reponere Deipara? Vnam quidem in cœlo pro mille pſaltēcis, ſed millies mille millenis meliorem coronis coronam. Hic vero quid? Qui ſua ſeſe conſtantia cœpti, in excellentia zeli pſaltici, cunctis diu præbuit in exemplum: hunc Deus nec raro, optimo cuique, æquis etiam & iniquis iuxta dedit in ſpectaculum. Qui multis per Pſalterium diuinitus venit in auxilium: hunc ipſum Deus, eiuſque opera vocauit, eſſeque iuſſit in miraculum.

Hac inclytus miraculorum gratia denique Canonicus vir factus eſt diuinus: vt ſolo ſuo per Pſalterium contactu ſalutes corporum procurauit. Neque id obſcure, vel debeat. Adeo ſæpe, adeo publice: quod ſemper manu præ ſe ferens verſabat, velut per luſum, familiare Pſalterium: huius attactu ab ægris, quos libenter interviſebat, morbos graves, nunc præcipites, alias diuturnos, momento depellebat. Deſperatas crebro peſtilentias tactu roſarij extinxit: Malignos febrium æſtus fregit, abegit ſuæ tactu coronæ. Ex vtero graves geſtato prægnantes ad partum facilem fœlicitauit: In puerperio difficili periclitantibus, allatum Canonici oratorium, protinus ſaluti fuit & partui & parenti, clementerque vinculis exoluit. Dolores dentium acerbos

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

bos admoto Pſalterij calculo precario mitigauit, & abſterſit.

In quibus nulla viro ſui fiducia meriti erat: ſed tanta de Pſalterio fides, ac reverentia, per Angelicæ vim Salutationis, Maximæ Diuæ Patrocinium, Deique adverſus tam Sanctum precandi ritum favorem, ac honorem.

XII. Excel. Eccleſiaſtica Poteſtas, quam iuriſdictionis vocant, vt Sancta illa ſit, exque Deo: ad Sacerdotalis tamen poteſtatis excellentiam adſpirare non poteſt. Ex vno metire cætera: Pontificatus ſummi in terris præcellentia nil altius, aut Sanctius: poſtque Chriſtum in Eccleſia militante nil prius; ſed vnam excipe Sacerdotij Poteſtatem.

Ratio liquet: Hæc eſt in Corpus Chriſti verum: iſta Põtificalis in myſticum, quod eſt Eccleſia; vt vel in ipſo Papa nihil ſit admirabilius, potentius nihil Sacerdotio: *Quid ergo, o Sacerdos*, ait Hugo, *Pontificatum ambis? Hic ſpuma Sacerdotij eſt; quæ vt aquis vitæ ſupernatet altior grado; at inanior eſt pretio, ac inferior.* Agnoſce igitur te Chriſtũ CHRISTI, tuumque honorifica Sacerdotium ſanctum. Huc viã, rationemque ex ipſo repete Chriſto tuo. Hic Sponſus Eccleſiæ vnde proceſſit? Ex benedicti vteri thalamo virginali Matris Mariæ. Huic acclamatum eſt: *Beatus venter qui te portavit.* Sed mulieris anonymæ vox illa fuit: Accipe Archangeli, & S. Eliſabethæ iſtã; quamvis Sancti Spiritus vtraque *Benedictus fructus ventris tui* Benedictionem ventris acclama Nato, Matrique acclama. Et vbi gratiùs ſanctius, ſalutarius, quam in Angelicæ Salutationis Pſalterio? Pſallite Pſalterium Sacerdotes, ac prædicate IESVM, & MARIAM

EXEMPLVM. B. Albertus noſter re, & nomine Magnus, ac mirum, vir quantus? Vt ipſius comparatione Alexander Macedo, Cn. Pompeius Romanus, &c. ſit Paruus appellãdus. Doctoris, quantum humana penè fert conditio, vere Omniſcius, aut Chriſtianus quidam Varro, Gorgiaſque Leontinus; prope dixerim, qualis alter Triſmegiſtus Teſtes loquuntur condita ab eo volumina, & maxima, & plurima. Verùm æqua via, modoque ad tam inſolitam, planeque incomparabilem rerum omnium ſcientiam ſeſe emerſit? Aperuit, inquam, os ſuũ, & poſtulauit à Deo, quid dedit illi ſapientiam. A pueritia diuinæ ſapientiæ Matrem amauit, ac laudavit. Hæc cœleſtem apud Salomonem oravit pro ipſo exorauit, ac tantã





ei gratiã impetrauit. Id quod aliquando, deuexa iam ætate, curſuque decurſo, ipſe pari cum animi gratitudine pij, ac modeſtia commemoravit.

Quæris, quo potiſſimum obſervantiæ, ac pietatis genere rem Tantam per tantam Patronam apud Deum obtinere valuit? Dicam verbo: Pſalterij merito. Neque abs vero, aut ratione. Vidit in mente diuina Virgo, ac providit, qualem foret, quantumque ſui ipſum habitura cultorem. Quippe quem prima ſua pueri ætatula, Dei parentis ictum amore, ac deuotum, eſſet Virginis obſervantiæ ſervulum mancipatura.

Huius igitur à teneris annis addictum Religioni puellum, necdum prima literarum elementa balbutientem; Dei Genitrici tamen orationibus deſervientem; alio vſum orandi ritu, modoque eſſe non potui ſe certum habeto, quam vulgatiſſimo, ac facillimo Pſalterij, id ætatis per S. Dominicũ innovato. Dominici *Pater* & *Ave* Angelicum puer iterabat Albertus, hoc commeruit ſexto ſupra decimum ætatis anno apparentem ſibi Dominam videre Mariam: quæ ad ſuum illi Ordinem Prædicatorum viam oſtendit: & aperuit. Alias eadem, in Religione novellum, Philoſophiæ adhibitum auditorem, ſed ingenio ſpiſſiorem, illuminat, ac ingenitat miraculo: eoque provehit ſcientiæ, vt orbis, ætaſque omnis ſat eum ſuſcipere non queat. Cum vero immenſa in ipſo Dei gratia eluceret certa: incertum eſſe autem ſolicito, quo evaſura foret ſcientia tam inſolens: ideo ſuis ſe viribus tacite metiebatur Albertus, & dono Deiparæ vtebatur apertè. Venit tamen in mentem illi vereri ſubinde, non quando ſui immemorem abuti contingeret ingenio, ac inmirabilibus ſupra ſeſe ambulantem, hoc gravius excidere verò, quo ſaperet altius. Metuebat, ne per occulta naturæ, per alta Philoſophiæ, per ſublimia Theologiæ, per Sacræ Scripturæ profunda, per arcana interiora provectum forte quis fallens in aduertentem ſcopulus exciperet, & error Doctoris poſterior, priore fieret Diſcipuli hebetudine deterior, ergo illi dum cura hæc in omnibus vna potior vrit animum, ac vrgeret ipſe conſuetis ſibi precibus inſtat per noti iam præſidij Aduocatum: ipſa quæ dedit, & dirigat ſcientiam: flectat ab errorum ſyrtibus currentem Magiſtra veri. Nec irritæ cecidere preces: hocque minus quo magis vtebatur Salutatione Matris filiolus. Experitur,

citius illam ea velut materia orantes lingua Salutationis ſuæ audite. Abeoque vel in ipſis precibus Dei Mater opprimit ſupplicantem, audire dignata ac reddere voces ſalutanti. *Fili, inſit metus: altiora te ne ſapias? Euge, beatus, qui ſemper ſit pauidus Erit tibi hiſce timor Domini principium ſapiẽtia longe altioris. Ita iubeo ſperare te, ac ſpondeo. Tuto calle, pede in offenſo, ſummo omnia ſcientiarum, ac ſapientiæ mihi permeabis: lumenque de lumine, ſimile tuo, quin & haud paulominus: poſt te relinques. Per hoc orbi nonnullus, error dabitur: ſed omnis extirpabitur. Erit iſthoc tibi ſignum. Sicut in ſtudioſa vita tua limine per me tibi à Deo infuſa omnium ſcientia venit: ita quoque olim, & repentina veniet euſdem oblivio. Nimirum quando non procul fueris à limine mortis.* Dixit, abſceſſit. At ille Virginem, Virginiſque prolem in Pſalterio feruentius benedixit. Id porto qualem vidit, ac ſentit Dei Matrem, talem & deſcribere inſtituit libro admirando, & eo in genere argumenti incomparabili? quem de laudibus B. Virg. Mariæ voluit inſcriptum. Atque ita euenit, vt à Magiſtro magno maiorem ad DiſcipulumDiuum Thomam Aquinatem: velut ab Elia ad Eliſæum, ſapientiæ ſpiritus tranſiret duplicatus; vterque merito Pſalterij.

XIII. Excellentia Politica poteſtas vltrò cedit ſuaiecta Sacerdotali. illa enim terra eſt, ac breuis, ſuperba violẽta, ſæpè cruenta, in Regibus, inquam, & potentatibus, nã in ſe ex Deo eſt iuſta. At hæc de cœlo eſt cœleſtis, ſacroſanta, ſantificans inquẽ totum mundum dominatur, & in animas. Nam Sacerdotes in Baptiſmo fiunt patres. In Euchariſtia nutritij, in Pœnitentia Iudices benigni, medicique Saluatoris; in extrema Vnctione tutores, & conſolatores in Matrimonio Senatores, contractuumque Cõfirmatores, in cõfirmatione Duces; in Ordine Angeli Dei In predicatione Apoſtoli, Doctores, Paſtores, &c. Quid ergo, quibus data eſt poteſtas in Papas, in Imperatores, Reges, quid degeneres, timetis illos, nec Sacerdotalem tenetis Conſtantiam? Quid diuinum ordinemperuertitis, diuinamque cum poteſtate dignitatem humanæ ſubſternitis. Si cauſam quæritis, illa eſt, Veſtra vos ſubneruant peccata, peſſundat conſcientia ſæua, Vos ipſos auſertis ipſi vos vobis prius, ac proditis profanę poteſtati, ipſi proditores veſtri, aut ſæcularium adulatores facti, profanatores ſacro-





crorum, Chriſtique traditores Iudæ. Hinc ſicut populus, ita Sacerdos. Quia Chriſtum non confeſſi eſtis, & ipſe dicet: *Neſcio vos Ite maledicti* Tantis, oro, occurrite malis ad veſtrum concurrite Caſtrũ Marianum, Ciuitatis ſupra montem poſitæ, quod ædificauit ſacroſanct. Trinitas, dedicauit Archangelus in Salutatione, poſſedit Maria, dictum *Tui.* Qui poſſeſſivus titulus docet Deiparæ Matris, Dominæ Dominantium propria eſſe omnia. Eum ad nutum habet, in quo omnia, per quem omnia, & ex quo omnia. Quæ profeſſio poſſeſſionis cum in ſalutatione fiat Angelica, & Sacerdotes ſint Angeli Dei: Pſallite idcirco Deo in Pſalterio Ieſu, & Mariæ, Pſallite ſapienter, & prædicate Euangeli ab Angelo nunciatum, in Pſalterio cuſtoditum.

EXEMPLVM.

Cum S. Franciſcus, Ordinis Autor Seraphici, & Patriarcha, ſuos per orbem Fratres quaqua verſus dimitteret prædicatum Dei Euangelium, quidam in Alemanniæ delatus regiones, commune ſibi cum Archangelo prædicationis exrdium eſſe duxit: frequentandum. Haud dubiè, ſicut S. Dominico ſubmiſſus à Deo in ſortem: partemque prædicationis venit, tanquam cœlo lapſus, S. Franciſcus, vnoque Spiritu mutuis in amplexibus hauſto, pari orbem paſſu peragrarunt ſic & vtriuſque Fratres, ijs in principijs, idem prædicãtes Euangelium, ac Euangelij laudantes Genetricem Mariam: per eadem inceſſerunt quæque veſtigia prædicationis ſanctæ. Vnde ſimili imbutus ſpiritu Frater ille, per Alemanniam ſuis prædicationibus Angelicæ circumtulit ſalutationis commendationem. Quo differendi genere, ac ſtudio cum mirificum latè feciſſet animarum fructum: & dictis facta, vitaque docentis reſpõderet doctrinæ, eam de ſeſe apud omnium animos excitavit ſanctitatis opinionem, vt tanquam verus Chriſti Apoſtolus aliquis obſervaretur.

XIV. Excellentia SS. Reliquarum mira poteſtas per orbem ſeſe declarauit, hodieque demonſtrat: vt iure meritiſsimo ſanctæ eis Religionis, obſervantia debita ſit deferenda. Quot enim, & quanta Deus per eas eſt in terris prodigia operatus? Nec ſolum; ſed & ipſæ quanto in miraculo ſunt reponendæ. Vt cruor Domini aſſervatus: Crux, clavi, lancea Chriſti, inconſuti-

liſque toga, ſacra oſſa Apoſtolorum, ac myriades Martyrum, Confeſſorum, & Virginum Sanctarum, Sacerdotia componere ſingula quid attinet? Crux mortuum ſuſtinuit, cuſtodiuit ſepulcrum ſervatorem, Sacerdos viuum ſervat: & glorioſum. Quid multa? Non eſt poteſtas ſuper terram quæ comparetur illi Sacerdotum Chriſti. Quia fortes facti ſunt in Chriſto. Quare vt fortitudinem ſuam ad eum cuſtodiant; ſuum iſtud proprium incolant caſtrum oportet. *Ieſus* dictum: in præcelſo poſitum monte Pſalterij: hoc prædicent, ac tueantur.

## EXEMPLVM.

Celebratur in Thuſcia, multa laude, & ſanctitatis opinione Epiſcopus quidam; quod in habendis ad gregem ſuum concionibus ſit ipſe non ordinarius tantum: ſed & perfrequens, & pari cum doctrina ferventiſſimus in dicendo. Idque cum in omni genere argumenti paratus: tum verò in Pſalterij Ieſu, ac Mariæ prædicatione exercitatus, & omnino ſingularis diù quidem, ac propè ſolus. Verum poſtquam cæteros Curiones ſuos complures nihil permonebat exēplo, ad imitationem Pſalterij commendandi; vti cœpit imperio. Itaque pro Epiſcopali authoritate, vniuerſos ſuæ ditionis paſtores animarum ad prædicandum Pſalteriū edicto, pœniſque coegit intentatis: ac in eos etiam inflictis, quos ſenſit contumaciores. Et via vi facta eſt. Vt ſaluberrimi in precando ritus in aliquā piæ plebis notitiam peruenit: hæc ad vſum viam aperuit: in primis Dei gratia tum ad prædicandum coactorum voluntates reddidit promptiores: tū auditores quoque ſubditos, defenſæ ignorantiæ nebula, ſerenior gratiæ radius afflavit, vt paratiores ad vſurpandum Pſalterium manus, animoſque applicarent. Quo factum brevi eſt, vt principij tarditatem exinde conſequuti progreſſus celeritas compenſaret. Ita mitioribus vti plerique moribus, obedientiores Magiſtratus degere ſubditi, inque alios repente mutari homines cœperunt. Vt nec dubium eſſet vlli, nec obſcurum; quod digitus Dei hic adeſſet, & virtus Altiſſimi obumbraſſet eos. Id quod, ſecundum Deum Deiparæ patrocinio, Pſalterijque merito nemo non ferebat acceptum. Deus etiam, placere ſibi pietatem plebis, zelumque præconum Pſalterij: non dubijs ſubindè miraculis declarauit. In primis autem Sacrum Eccleſiæ iſtius caput, autoremque priſcæ Religionis in precando renovatæ, Epiſcopum præcipui honore, ſeu miraculi, ſeu diuini ſpectaculi condecorare dignatus eſt. Nam in Feſtivis ſolemnibus, Almæ Virg. Matris Purificationi ſacris, cū ſanctus Antiſtes præ ſuggeſtu, ad frequentiſſimam concionem perorando, dignis laudibus Reginam cœlitum veheret, adque hyperduliam eiuſdem ardentius accederet auditores; multa in Pſalterij commendationem grauiſſimè dicebat ſic, vt omnium animos, in illius raptos admirationem pariter, ac venerationem, teneret.



Quodque & diſſerentis, & audientium fervori intereſſet Deus, iſto luculente fuit Oſtenſum. Viſa Dei Mater fuit ſuo aſtare præconi in ipſa cathedra, dictareque ſingula verbatim, quæ prædicaret. Et pleriſque aſtantium viſa eſt; denique etiam Præſuli encomiaſtæ ſuo fronte ſereniſſima dulce oſculum figere, ſimul data illi benedictione: omnem circa populum auditorē æquè ac ſpectatorem talium, cœleſti compunctionis aqua ſic perrigare: vt vna voce omniū celebraretur, nulli ex præſentibus vnquam meminiſſe, videre tantum ſeſe, vel audire publicum veræ luctum pœnitiæ, omnibuſque communem.

XV. Excellentia. Glorioſa Beatorum Dignitas gaudet quidem viſione Dei, fruitione, & comprehenſione: plenique Deo ipſi hauriunt beatitatem: at non tamen conſerunt, non dant ipſi beatificatorem ipſum: Vt Sacerdotes. Cum autem, quam accipere, dare ſit felicius: non eſt feliciſſimum, dare Felicitatorem: Quod verbò præſtant Sacerdotes. Quem ſemel dedit orbi Virgo: ſæpius dat presbyter: alio licet modo.

Iam ſua ſi iuſtam potentiā gloria comes ſequitur: diuinæ Sacerdotum poteſtati parem eſſe dignitatis gloriam neceſſe eſt. Quanto maior igitur Sacerdotum eſt poteſtas in dando Redemptore, quam illa beatorum in fruendo: tanto quoque altiorem illi reſpondere gloriam oportere videtur. Quare eos, dicit S. Aug. conſortes feciſti potentiæ tuæ vt ſint quaſi Dij terræ.

Quapropter cum in Chriſtos Domini tanta promanet qua poteſtas, qua dignitas ex vnctione ſacra, manuumque impoſitione: quos prius potiuſve in Angelica Salutatione decebit, ac etiam oportebit frequentare illud, *Chriſtus*, ſuumque conſalutare Summū Sacerdotem: quam Sacrum Ordinem ipſum Sacerdotum?

Quo

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Quo impenſius, ò Sacerdotes pſallite Pſalterium & prædicate.

Atque vt velut verbo prædicta contraham: tametſit adductæ hactenus partes in quindenam comparationem meritis ſuperent ſingulæ; Sacerdotes tamen præſtant diuina Poteſtate: Dedit Deipara, eſſe ſubſtantiale Chriſto: dant vero Sacerdotes Eſſe illi Tráſebſtantiale. Et hæc ſumma brevis.

## EXEMPLVM.

Eremita quidam Sacerdos in Lombardia admirabilis extitit ab memorabili aduerſus Deiparam obſervantia & Religione in Pſalterio: quod multis inſigne tropæis nobilitauit. Loca illa deſerta vaſtæ ſolitudinis, pluribus iam incolens annis, ſolitariam & aſceticam exigebat vitam, multa cum auſteritate diſciplinæ, & odinione ſanctitatis. Aſpectus ipſe venerandus, & exempli rari ſingularitas, & mirandorum eius operum gratia, & doctrinæ monitorumque vis, ac ſalubritas, quam aduenæ auferre ab eo conſueverant: viri famam late celebrem differebant: vt hominum proculodeum affluxu eremus ipſa pene in exempti ſpectaculique amphiteatrum verti videretur: non mediocri ipſius cum luctu & moleſtia.

Poſt ſolemnia vero Sacerdotij mnnia rite & ordine peracta; reliqua ſanctarum illius exercitationum pars erat, ſeſe Ieſu, & Mariæ toto ſpiritu impendere; ſeu vocati id oratione proſequendo, ſeu delecta mentali contemplatione condiendo. Atque ita ſibi & Diuis carebat intus.

In publico autem à quibus ſolatij quærendi cauſa, vel conſilij capeſſeudi, aut auxixilij ergo ſpiritalis petendi, inviſebatur: eos ad Deiparæ cultum, Pſalterijque vſum inhortari, atque iubuere præſtandum rite ſolebat: Si quando populoſior confluxiſſet multitudo: tum vero ſolemne iſtud ſtatumque obſervabat, vt comparata ad hoc oratione, cum inſigni doctrina, & præconio memorando, Pſalterij Dignitatem, Vtilitatem, Neceſſitatem, Facilitatemque diſertiſſime, ac zeloſe prædicaret.

Fructum animarum, ſed niſi malignis, invidendum vidit cacodæmon: & invidit. 1. Ergo fremens frendenſque tanto ſæuius excitat ſeſe, furiatque: mille promens artes, ac fraudes, clam palam citat omnia: mirificis iuxta & horrificis Sanctum tentationibus pulſat diu pertinax; ad rupem

2.



2. Diris quoque plagis ſubinde multatum diverberat: at aerem: Immanibus incurſat monſtris frequenter: tetris infandarum viſionum larvatis ſpectris horrificat inopinato: Diuinis intentum averſus Sathan vellicat, trudit, verſat, planeque diuexat. 3. Iam terremotu intremere omnia, mugire tonitruá, fulmina micare: iam moveri omnia circum videbantur.

Aliquando crepantibus in flammis cellelam ſuam ſtare medijs credebat, incendiumque globos ignium voluere in auras: omni vt humana ope deſperata, Adiuva ò Virgo Maria: exclamaret. Nec in ventum. Audijt vocata, adeſtque ſpectabilis inſigne manu prætendens Pſalterium: quo phantaſticis obiectu flammis, & hæ diſparuerunt, & immani dæmones cum eiulatu diffugere confuſi.

5 Alias, ſic ad exemplum permittente Deo, cum atroci lumbifragio, à truculentis accepto ſpiritibus iaceret contuſus, liuore, & cruore corpus totum informis; ac ſemianimis: mediæ velut morti interveniens Vitæ Genitrix, defectum corporis viribus, vt non animo, virgineo vberum ſuorum lacte in potum ei dato, protinus integrum perſanavit.

6. Quandoque horribili cacodæmonum irruentium furore everſum funditus diſperſumque domiciliolũ Sancti, ipſa Patrona Maria Pſaltæ ſuo intra breve tempus eductam ex fundo aliud collocavit. Atque iſta de Pſalterio Mariæ, quod C. & L. Angelicis Salutationibus conſtat: cum quindenis de Sacerdotio meditationibus, ad idem vtiliter commemorandis. Quo in primis vti familiariter convenit Sacerdotes, pro tuenda ſua Sacerdotalis Poteſtatis Excellentia: Atque etiam Laicos pro digne honoranda tanta in terris conceſſa hominibus poteſtate.

## CAPVT XXVIII.

### APPENDICVLA.

*De Sacerdotali Pſalterio Ieſu Chriſti.*

HOc C. & L. Dominicis Orationibus abſolvitur, Apoſtolorum Symbolo, Angelicaque Salutatione quindecies interpoſita: id eſt, ſemel poſt quamque decadem ſic, vt totidem liceat applicare, & commeditari iam prædictas Excellentias quindenas Sacerdotales. Quas ipſas item ex

Oratio-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

Oratione Dominica, vti è Salutatione, quemadmodum repeti atque deduci valeant, ſua ipſi illo Nouello ſponſo Sponſa Maria, eadem in apparitione reuelauit.

I. Quinquagenæ, Decas I. Sacerdotes Potentiam habent Patris, eſt ſtella *Pater noſter*. Sic Filius commeruit: & omnia, ait, quæ habet Pater, dedit mihi, & mea ſunt: & ego tradidi vobis: & mitto vos, ſicut me miſit Pater meus. II. Filij quoque habent poteſtatem ſacrificandi, ex ſtella, *Qui es*. Ait enim Ego & Pater Vnū ſumus in eſſētia. III. Spiritus ſancti habent poteſtatem ex ſtella, *In Cœlis*. Nam Spiritus Sanctus inauguratione impenditur cum charactere. Et is quaſi tertium Cœlum eſt SS. Trinitatis. IV. Humanitatis Chriſti habent poteſtatem, ex ſtella *Sanctificetur*. Ipſa enim eſt Sancta Sanctorum, è qua omnis in Eccleſiæ corpus ſanctitas dimanat. V. B.V. Mariæ habent poteſtatem, ex ſtella *Nomen tuum*. Hoc enim ſanctificauit eam, & glorificauit, cunctis Angelis ſuperuectam.

II. Quinquagenæ, Decas VI Angelicam poteſtatem habēt ex Fonte, *Adveniat regnum tuum*: quod ſc. Angelorum eſt. VII. Patriarchalem habent ex Fonte, *Fiat voluntas tua*: quæ in Lege naturæ & Moyſis quidem præſcripta eſt & facta: verum in Sacerdotibus excellentibus. VIII. Apoſtolicam, ex Fonte; *Sicut in cælo*. Nam Apoſtoli ſunt quaſi cœlum ait Auguſt. IX. Beatam Sanctorum: ex fonte, *Et in terra*: Terra cultiſſima Deo fuerunt Sancti, agri, & vineæ: Chriſtus colonus eorum. X. Sacra Religioſorum habent poteſtatem ex Fonte, *Panem noſtrum quotidianum*: quo præcipue religioſi paſcuntur.

III. Quinquagenæ, Decas XI. Miraculorum habent poteſtatē altiorem Sacerdotes, ex Caſtro, *Da nobis hodie*. Solus enim Deus dat tanta. XII. Eccleſiaſtica maiorem habent ex Caſtro, *Dimitte nobis debita noſtra*. Hoc enim ex Deo poſſunt & Sacerdotes. XIII. Politicam, ex caſtro, *Sicut & nos dimitimus debitoribus noſtris*. Quod hominum eſt, & neceſſarium. XIV. Reliquiariam, ex caſtro, *Et ne nos inducas in tentationem*. Cum ea pugnando Sancti etiam oſſa ſua poſt ſeſe reliquerunt Sancta. XV. Glorioſa beatorum maiorem habent poteſtatem Sacerdotes, ex Caſtro: *Sed libera nos à malo*. A peccato enim liberant Sacerdotes.

Porro I. Quinquagena ordinatur ad decem mandata Dei. II. Ad Virtutes ſeptem Do-



Dona Spiritus Sancti, & tres Pœnitentiæ partes. Eo fine & intentione: vt Dei beneficio, patrocinio Mariæ, & Pſalterij merito iſta petantur bona; & contraria mala per deprecationem euadantur.

## CAPVT XXIX.

*Scala Religionis B. Magiſtri Alani, ad quendam Carthuſianum in domo Legis Mariæ.*

NOveris, amantiſſime Frater, cuique Religioſo gradus eſſe quindenos, quibus in cœlum diſponat aſcentiones in corde ſuo. Et ij tripartiti ſunt; iuxta tres Pſalterij Ieſu, & Mariæ partitiones, vt ſimiliter & noſtræ apud Deū innoteſcant petitiones.

I. QVINQVAGENÆ Gradus Eſſentialium ſunt Religionis ſacræ. Primus: Obedientiæ humilis: AVE. II. Continentiæ puræ: *Maria*. III. Paupertatis voluntariæ: *Gratia*. IV. Obſervantiæ regularis Perfectæ *Plena*. V. Hilaris, & alacris diligentiæ *Dominus Tecum*; nam ita ſervire Deo, regnare eſt.

II. QVINQVAGENÆ Gradus propriorum ſunt Religionis. Nimirum VI. Orationis intentæ, & attentæ *Benedicta*, VII. Studij deuoti, & ſacri, *Tu*. Studendo enim quæque dem ſtatuantur. VIII. Compaſſionis cum paſſo Chriſto: *In mulieribus*. Maria enim acerbiſſima compaſſa Filio eſt. IX. Ædificationis ad proximum: *Et Benedictus*. X. Eſt delectationis in Diuinis *Fructus* enim eſt ille; & prægustatus cœleſtium.

III. QVINQVAGENÆ. Gradus ſunt accidentalium Religionis. XI. Gradus eſt Diſcretionis in corporalibus afflictionibus in ieiunio, vigilia, &c. *Ventris*. Naturæ enim neceſſitatem debemus. XII. Cuſtodiæ ſenſuum, *Tui* vt tuus tibi maneas; nec ſenſus deprædentur animam. XIII. Silentij, *Ieſus*: qui in paſſione ſicut Agnus obmutuit. XIV. Communitatis ſequela: *Chriſtus*, qui erat ſubditus parentibus. XV. Laudis, honoris, & gloriæ Dei: ad quam omnia cogitata, dicta, facta referat Religioſus *Amen*. Ideſt fiat. Hæc chariſſime, meditare: ad Pſalterium precare: & alios exhortare.

(✠)



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## CAPVT XXVIII.

*Speciales gratiæ, & præconia Angelicæ Salutationis.*

LEgi in domo Carthuſiæ apud Ludonias Angliæ, Dominum Ieſum Chriſtum cuidam ſibi deuoto reuelare dignatum fuiſſe:& nunc ſcio, tribus diverſis vno eodemque tempore in oratione pernoctantibus, idem ipſum à S. Ioanne Euangeliſta Mariæ Virginis Cuſtode apertum, eſſeque eam veriſſimam revelationem. Nimirum ea talis eſt. I. Quiſquis in honorem fuſi à Domino ſanguinis pretioſi ſolidos per annos XV. omni die quindena *Pater*, totidemque *Ave* recitarit piè, annorum XV. circumactis periodis, cum reddiderit expletum numerum: qui fuſarũ ſanguinis Dominici guttarum eſt, riteque ſingula ſalutarit, Deo Deiparæque gratiſſimo cultu Religionis. II. Idem quoque ſimul, (ſi tamen à mortali noxa fuerit immunis) ſubiectas quinque præcipuas à Deo gratias poterit impetrare.

I. Trium animas de cognatione ſua per annum iſtum morte decedentium, ſervatio à damnatione; Deo ipſis miſericordiam faciente, orationum meritò ſanctè oblatarum in merita ſanguinis fuſi Redemptoris.

II. Merebitur ſibi per merita ſanguinis Dominici, vt non ante agat animam, & in fata concidat; quam ab omni purus macula peccati, qualis è fonte Baptiſmi emerſerat, Chriſto iudici queat ſiſti, inque beatarum mentium gaudia tranſcribi.

III. Veniet idem in parte meritorum, ſortemque gloriæ, quæ eſt, Laureola Martirij; perinde, vt ſi ſuum pro Chriſto ſanguinem profudiſſet. Idque ex quotidiana compaſſione cum Chriſto paſſo, meritique paſſionalis communicatione.

IV. Item quas Defunctorum animas in ſocietatem meriti dictarum Orationum per modum ſuffragij, venire voluerit; eaſdem miſerante Deo, ex pœnis Purgatorij eductas in beatam afferre quietem valebit.

V. Qui dictas Orationes certo, fixoque propoſito per XV. annos continuandi cæperit; anno autem primo alioue aut menſe quocumque abripi morte contigerit: prædictas gratias, haut minus obtinebit, pro cæpti voto, atque pro completionis facto impetraſſet.





VI. Auſcultet nunc Roſarij Confrater ſanctiſſimi nominis tui Laudes amator, atque zelator, ò Maria.

| | |
|---|---|
| 1. *Cœlum gaudet; omnis terra ſtupet;* | |
| 2. *Sathan fugit; infernus contremiſcit;* | |
| 3. *Mundus vileſcit; cor in amore liqueſcet* | Cum dico |
| 4. *Torpor evaneſcit; caro marceſcit;* | AVE |
| 5. *Abſcedit triſtitia; venit noua lætitia;* | MARIA. |
| 6. *Creſcit deuotio; oritur compunctio;* | |
| 7. *Spes proficit, augetur conſolatio.* | |
| 8. *Recreatur animus, & confortatus affectus.* | |

Siquidem tanta eſt ſuauitas huius benedictæ Salutationis, vt humanis non poſſit explicari verbis: ſemper altior manet,& profundior, quã omnis creatura indagare ſufficiat. Hæc Oratio ſalutatoria.

Parva verbis, magna myſterijs: brevis ſermone, alta virtute: Super mel dulcis, ſuper aurum pretioſa: ore cordis eſt iugiter ruminanda, labijſque puris crebertime repetenda. Verbis enim pauciſſimis contexitur: & in latiſſimum torrentem cœleſtis ſuavitatis diffunditur.

## CAPVT XXXI.

*XXX. Excellentiæ Religionis B. M. Alano reuelatæ.*

PSalterij Prioris, & I. Quiuquagenæ Decas I. Religioſi mundo ſunt mortui:eorumque in cœlo eſt Angelis converſatio. II. Religioſorum operibus pijs ex profeſſione, ac ſtatu vis inditur quaſi operis operati: quo vivum Deo fiunt holocauſtum: alioſque extra Religionem degentes antecellunt, quaſi in immenſum. III. Ex eo dignior; & perfectior eſt ſtatus: quod grandia ſæculi vitia evaſcerit: invaſcerit virtutum nundinationem, Eccleſiaſtici tamen ordini reſpectu Epiſcopali eminẽtiæ ſeſe vltro poſtponere gaudent. IV. Cum ex fragilitate labuntur, minus, quam ſæculares peccant. V. Viuunt perius: ſtant ſecurius, cadunt rarius, reſurgunt citius operantur confidentius.

II. Quinquagenæ, Decas VI. Meritum Religioſi tantum penè ſuperat meritum ſæcularis; v.g. pariter ieiunãtis:quantum actio operis operati, & idem operis operantis excedit. VII. Parentibus altius proveuit bonum ex filijs in Religione, quam ſi ad Re-



UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

gium eos ſceptrum prouexiſſent: quia Chriſto, Mariæque ſunt deſponſati. VIII. Parentes veniunt in parem eiuſdem Religionis meritorum communicationem: gloriaque cœleſti cæteris anteibunt. IX. Vnus ad Religionem conuerſus multis in ſæculo præſtare poteſt conuerſis ad frugem bonam. X. Eſſe Religioſis in in cœlo ſedes inter Seraphicos poteſt: quod hic in ſtatu perfectiſſimæ degerint charitatis.

III. Quinquagenæ, Decas XI. Regia eos dignitas in cœlo manet: Quia *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum cælorum* XII. IVDICES ORBIS ERVNT, *Amen dico vobis, quod vos, qui reliquiſtis omnia, & ſequuti eſtis me: ſedebitis ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael.* XIII. Religioſis mundus crucifixus eſt, & ipſi mundo; ideo dabitur eis cum Chriſto Laureola. XIV. Sepulcro Chriſti glorioſiores ſunt: Viuum enim continent, quem illud mortuum ſervabat triduo. XV. Natali Stabulo Domini ſunt digniores: quantum homo re inanima melior, hocque amplius.

ALTERIVS PSALTERIJ.

I. Quinquagenæ Decas I. Religio in Eccleſia eſt deli- cium Chriſti. II. Religio anteſtat omni creatæ ſcientiæ: quia eſt Dei ſapientia viuorum animabus, non in littera mortua. IV. Religio eſt alter quaſi Baptiſmus; quo primum ad ingreſſum remiſſio culpæ fiat, ac pœnæ. V. Paradiſo dignior terreſtri eſt Religio

II. Quinquagenæ, Decas VI. Toto dignior mundo eſt; quia Deo mundus ea vivus eſt, atque pærennat. VII. dignior Reliquijs Sanctorum; eatenus quod faciat Reliquias, dum Sanctos producit Eccleſiæ. VIII, Maior dono miraculorum eſt; hæc enim corpus illa mentes perficit, & iuſtificat per Chriſtum. IX. Dignior Imperio, Regniſque eſt quantum anima corpore. X. Religio eſt ſpecialis ſponſa Chriſti.

III. Quinquagenæ, Decas XI. Curationum dono dignior eſt. XII. Potentia creandi magna eſt; maior iuſtificádi per Chriſtum; at hæc religionis eſt. XIII. Dignior omni orbis honore eſt; quia veri, æterniique honoris parens eſt. XIV. Dignior pars terræ eſt Religio, quam inhabitat; tametſi terra ea ſeptem manaret fontibus. 1. Aquæ viuæ. 2. Vini. 3. Lactis. 4. Olei. 5. Balſami. 6. Medicinæ. 7. Antidotorum, & gemmarum

XV.



XV. Religio eſt Ciuitas Dei; Caſtrum diuinæ potentiæ, Schola ſalutis, Fons bonitatis æternæ. Ita glorioſa Virgo Maria cuidam Religioſo, nouello ſuo Sponſo reuelauit.

CAPVT XXXII.

*De modo meditandi Pſalterium S. Dominico revelato.*

HIc triplex eſt, & ſuus cuique in Pſalterio Quinquagenæ. Primus primæ Quinquagenæ, & vocalem Orationem, & Meditationem refert ad Chriſti Incarnationem; idque per ſenſuum applicationem, in Myſterij illius partibus; quæ ſunt, Annunciatio, ſeu Conceptio, Viſitatio ad S. Eliſabetham, Natiuitas, Circumciſio, Præſentatio, Fuga in Ægyptum, Reditus indidem, Inventio in Templo; Subiectio Chriſti ſub Parentibus.

Ex his quinque delecta pro libitu myſteria, cuique vnum decadi, mente deſignare opportebit, per cuius merita precantis intentio pia offerat Deo Trinuno, aſſumpta in Advocatam Inclyta Virgine Matre Dei; Quinquagenæ primæ in Pſalterio inter preces, laudes, & grates, ſalutationeſque repetitas, & illa conditas cogitatione, ac intentione, illis hæc ruſtici ipſam vocalem orationem quaſi animat intus; exteriuſque viua aſſiſtit luce; velut accenſa ſedentem in tenebris candela circumfulget; cuius in luce peragit ſua rectius. Sed in vnoquoque dictorum myſterio ad Pſalterium oraturus duas menti perſonas proponat; Deiparam cum IESV locutione. Vbi ſenſuum applicationem ſic exercere deuotè licebit, vt Deipara Mater capite ad calcē vique obeatur, & ad quodque eius membrorum vnum *Ave Maria* pronuncietur. v. g. 1. Ad Caput eius, quod Filio pro te ſæpius inclinauit. 2. Oculis, aut puellum piè intuitis, aut ſuauiter lacrymantis. 3. Ori Ieſulum baſianti. 4. Genis ipſi eis appreſſis. 5. Labijs, ac linguæ, Ieſum laudantibus. 6. Auribus, voculam eius haurentibus. 7. Vberibus, eum lactantibus. 8. Brachijs illius gerulis. 9. Sinui Ieſum fouenti. 10. Cordi, ipſum deamanti. 11. Ventri, ipſum gignenti. 12. Genibus, ipſum adorantibus. 13. Pedibus, ei diſcurrētibus. 14. Manibus, ei miniſtrantibus. 15. Corpori toti, puello deſeruienti.

Hanc ad proxim, haud parum conduxerit, Iconem aliquam Deiparæ cum Filiolo in ſinu, vel ulnis, pictam ſculptam-

ptamve oculis obiectam habere; & elegantior erit ad affectum aptior. Vbi Ieſulus inter brachia Matris erit ad inſtar libri: eiuſdem membra, velut libri diuini folia, ad quæ mens præcantis intenta, itaque euoluat ea meditabunda corde, ore orabunda. Quomodo præterita, ac etiam cæleſtia adſant nobis præſentia. Pariter, & Puelli membra queunt conſiderata, ad adorari in Pſalterio Chriſti.

Secundus modus. II. Quinquagenæ ad Chriſti Paſſionẽ vertit orationem, & vocalem, & mentalem; ducendo vtramque decadatim per 1. orationem, Agoniam, Captiuitatemque Chriſti in horto. 2. per Flagellationem. 3. Coronationem. 4. Crucis baiulationem. 5. Crucifixionem, cum ſenſuum applicatione ad res parteſque ſingulas Chriſti patientis; velut ſupra præſcriptum eſt, v. g. Capillitium Domini, barbamque fœde laceratam, oculos, aures, vultum, caputque totum. Genas, linguã, humeros brachia, dorſum pectus, manus, crura, pedes, indigniſſimè tracta omnia; cum ſitu ſtantis ſedentis, geniculantis, iacentis; cum motu euntis, tracti, truſi, raptati, volutati, &c.

Inter hæc aliaque talia, verſante animo vox obit ſalutationes in Mariano, aut Dominicas orationes in Dominico Pſalterio; pietaſque pſallit ſpiritu, & ore, ad cytharam tenſam Chriſtum, ad Dechacordum Dauidis veri; honorat, coronatque ſingula Domini membra, modo, rituque omnibus apto, per quæ facili Chriſtianis, tam ſalubri, quam digno Deo, atque grato. Huc imagines de Chriſto paſſo cõferunt plurimum, præſertim rudiori vulgo; quin, & intelligentioribus, qui præclarius pervident modum præſentis Chriſti in imaginibus, ſic cõſideratis, & cultis. Qua cauſa miracula circa eas multa contigit à Deo deſignari; haud ſecus, ac ſi aut vita, aut ſancti, aut ipſe Deus ineſſet ipſis. Tanta poteſt fides, per viſibilia aſcendens ad in viſibilia Dei, eaque cognoſcens: Vt qui, ſicut in naturalibus adeſſe naturali modo; ita ſupernaturali in Eccleſiaſticis toſibus viſitur.

Tertius Modus. III. Quinquagenæ ad Chriſti Glorioſam Reſurrectionem orat decadatim mente, & ore: vt ſupra, Patres tantum conſiderationis hic ſunt iſtæ: Vt Myſterium Reſurrectionis 2. Aſcenſionis. 3. Sancti Spiritus Miſſionis. 4. Deiparæ in cœlos Aſſumptionis, & 5. Coronationis.

Hic



Hic in glorioſo Domino poſſunt attendi, inſpicique quoad licet, dotes glorificationis: in anima vero diuina Attributa, Sapientiæ, Scientiæ, Bonitatis, Veritatis, Miſericordiæ, Iuſtitiæ, &c. Quibus ſingulis aptè quadrat Angelica Salutatio; vt quæ originaliter per ipſam in Chriſto mortalibus fuerit collocata participationi. Sunt illa nuper etiam cuidam nouello Sponſo Mariæ diuinitus oſtenſa ſub diuerſis ſchematis, ac figuris. Vidit enim tres Ciuitates admirandas. Prima eſt auro obrizo, argentoque puriſſimo conſtructa. Et in ea ſingula quæ Chriſti attinent Infantiam. Altera ex gemmis pretioſiſſimis, priore altius eminente: Et in ea Paſſionis ſingula ab dictis, geſtiſque expreſſa; vt ſi geri modo cernerentur. Tertia ex Stellis compoſita præclariſſimis: editiſſimo ſita loco: in qua Diuina Dei, cœlitumque procul vitia iuſta ducebat per altiſſima intervalla, perque Scalas Tres: quarum cuique Gradus erant quinquaginta: Et hos inter denos ſingula caſtra muniitiſſima, & elegantiſſima, numero quina. Has per Scalas, perque Caſtra ſua, deque commeantes cernebat innumeros Angelos, Menteſque ſanctas in numerum, & tactum modificatum illorum motus edebat in imo, medio, ſummo ſcalarum, & caſtrorũ, ineffabilem melodiam. Dum viſu in medio, audituque talium ſtat raptus: vox ad eum accidit: *Hoc age, & tu quotidie tres Pſallens Quinquagenas; & verum in te fiet iſtud: Noſtra converſatio in cœlis eſt.* Et iſtud: S. Catharina Senenſis egit, S. Auguſtinus vſitauit, S. Hieronymus frequentauit, S. Ambroſius obſervavit, & plerique Sancti.

Sunt igitur, Dominica Oratio, & Angelica Salutatio, duo Euangelia, omni creaturæ cum ſignis magnis prædicata ſemper, & prædicanda. Sunt ea, vt lapides pretioſi; ad Domum Dei ædificandam. Sunt, & vaſa Domini ſancta, quibus deuota Deo ſacrificia offeruntur: Sunt vt Arma Ioſue, Gedeonis, Samſonis, Dauidis, & Ioſiæ, ad partes adverſas debellandas.

## CAPVT XXXIII.

### *De Ariditate in orando: deque punctis meditandis ad Pſalterium.*

Miſericordiſſima Regina cœli vna inter Octavas omnium Sanctorum die novellum ſuum Sponſum clementiſſimè viſitare dignata

eſt:

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

eſt; cultu, vultuque ad vſque tueraui iam ſereno, et iucundo apparens videnti, ac vigilanti: verum non mediocri mentis ægritudine deiecto. Dolebat enim impenſe; quod ex aliquanto iam tempore tetro, ſine vllo ſucco, & guſtu: quin cum mæſto tedio, inſipidaque ariditate mentis quotidianum Pſalterij penſum devoluiſſet magis, quam perſolviſſet; nec aliter potuiſſet. Vnde puſillanimitas ipſius rebatur; operam Deo ſuam accidere gratã non valere. Hiſce acceſsit veteratoris callidi ars fraudſque maligna; qua poſitũ inter malleum puſillanimitas anxia, & aridi incudem tedij, cimmerijs involuit tenebris, ſua mentem ei obſcurans faſcinatione. Quibus intus, foriſque preſſus diu, demum victus abiecta velut haſta fugere ex Eccleſia meditantem opprimit ex improuiſo Dei Virgo apparens atque retentat auerſum talibus affata *Quo te, fili, pelles? Non ita feceris mihi.* Dictoque in ipſo ſtetit fixus, humique immobiles adhæſere plantæ; Vt laxu obriguit. Sed hic corporis: maior erat animi ſtupor ancipitis: Verane facies hæc Virginis; an phantaſtica Sathanæ foret illuſio? Senſit Deipara, *Et ſi de me, inquit, meiſque dubitas puellis? Ago, ſigna mei omneſque circum Virgines, ſigno S. Crucis: ſi quidem ex parte malignisſimus, diffugiemus: ſi fortius & clarius refulgebimus.* Paruit ſana inquenti iactaque Cruce cum SS. Trinitatis appellatione, reſpondit effectus; ſimul illi nota redit ſub pectora virtus.

Tunc Regina: *Quid, Sponſe, dubitaſti? Vbi tua lux, menſque priſtina? Memento: 1. Militia eſt vita hominis ſuper terram. & Filius meus tentatus per omnia: probatus inuentus eſt. Et tu, quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, vt tentatio probaret te. Et nunc miſit me Dominus, vt curarem te. Nec ego immunem tentationis vitam egi mortalem. Optimi ſunt & maximi quique Sancti, qui tentationibus probatiſsimi. Tu igitur fide armatior & patienti, ad fortiora te inſtrue. Non ego te delegi, vt ignaua deſpumes tædia: ſed vt in acie bella fortia belles: vincas Te fortius auſis.*

*Itan' putido cedere tædio, aridaque ſuccumbere menti? o dulcium aſſuetum! Non ſic amabo; ſ.item volo ideo non ſine me iſta tibi tentatio venit Quam te in ſatisfactionis meritum, & virtutem pati mea vertiſſe oportuit: Quin & hac vſus recte purgatorij afferre lucem pacemque poteras. Quid cogitas, Sponſe mi? Corporis aut morbum, laboremve ſubire Dei amore, dignum cæ-*



*cœli corona noſti, & nimi deprorare faſtidium, ac languerem ſuſtinere maioris eſſe virtutis ac præmij nil recordaris? In te, quod fuerit, facito feceriſque ſatis abunde Deo. Qualiſcunque ſis, aridus abſque guſtu, an madidus ex Deo: dummodo extra lethalis noxiam peccati.*

Exemplo diſce: *Eiuſdem medicina virtutis eſt ſiue ab ignorante, & ruſtico, ſiue medico ſciente ſumatur. 2. Sic & gemma, ſiue manu geratur noſcentis, ſeu neſcientis vim eius. 3. Sic ignis, flores, aurum, pari pollent efficacia: Scias eam neſciaue licet. Ita quoque orationi ſuũ conſtat & pretium, & præmium an ex arido, pinguine cordis ſenſu promanet: dummodo forti animo emiſſa feratur in Deum. Nõ orantis impetrat ſenſus aut guſtus delitioſus, ſed fortis animus, & ſpiritus conſtans: in proſperis, aſperisque idem. Quin vti difficilia, quæ pulchra: & gaudet patientia duris: ita deuotio Luctatrix fit glorioſior victrix. Operis facilitas eſt gratia; at gloriæ difficultas. Quo magis de ariditate irruente gaudet, & fauſto patientiæ die lucta coronam. In patientia poſſidebis animam, non deſpondebis. Scias, quod oratio aridi, nec tamen puſillanimi, eſt medicina Dei vinum ſolacij, robur auxilij, ſol Eccleſiæ, campus florum, denarius regni.*

*Fac eſſe matrem; & illi tres filios maior natu ſit eloquens: minor, balbutiens, infans tertius, vagiens; ſingulorum illa petitiones audit perinde, ac intelligit; proque facultate ſubuenit Infanti tamen prius, & affectuoſius. Ita Deus exultantes Spiritu & pſallentes audit, pro re, & vſu: ſimplices, amat & procurat gementes, nec ſeſe ſat intelligentes, miſeratur etiam ac in humeros ſuſcipit gaudens. Quare ſi attentius orare non poſſis: fac vellis, hocque ipſum offeras Velle Deo. Hoc tuum eſt. iſtud Dei. Te poſcit, tuaque Deus; et hoc cum agit: ſua recipit cum lucro: at eo tuo.*

*Ergo ſta, perſta, & tanto in ſtatu, inſta: quo ſupplicas difficilius Nam regnum cælorum vim patitur: & violenti rapiunt illud.*

*Caueto Pſalterium vnquam omiſeris: quia frigidus, inuitaſque eras; ſed eo fortius vrge, Eſto, ſis inuitus, at non involuntarius es. Quia inuite invitus es, acceptior Deo es: & ego tibi proprior, pro te preces offero, ac precium precis confero.*

*Verum vt ex hoc orare queas attentius: Articulos vitæ mei Filij diſtincte tibi pandam, mentique imprimam totidem, quot in Pſalterio repetitas Deo conſecratas Salutationes. Sic autem habeto: Filium meum eoſdem olim S. Dominico Sponſo meo viſibili-*

*ter item revelaſſe: Addita viſione perfecta, de totius Paſsionis ordine ac ſerie. Atque cum miraculoſa eiuſdem paſsionis, in Dominico ſuſceptione. Deinde poſtea, Ego ipſa eidem rurſus id ipſum, aliiſque Sanctis cum pluribus, oſtendi.*

*Ipſos autem illos Articulos quotidianus vocaliter orabat S. Dominicus: & alias ſæpe alta meditabatur attentione, & cum acerbiore compaſsione. At vero tu ſimiles: ſed confuſe nimis, ordineque nullo meditaris, & turbaris; Hinc attædiaris.*

*Quiſquis ijs inſtiterit meditatiunculis. 1. Sanguine mei Filij non poterit non expiari, ac ſalvari. 2. Ideoque viuens in virum alium immutari ſecundũ cor Dei. 3. Meque ſibi Patronam demereri, ac Sponſam ſempiternam.* Dixit: Articulos Sponſi animo impreſsit; & ab oculis receſsit in cœlos.

Notat: hic Tranſcriptor Alani poſthumus: quod in M. S. Alani repererit Articulos hos prolixe, illos breviter perſcriptos: ſe verò inæquales ad æqualem brevitatem revocaſſe, vt ſequitur.

# ARTICULI Meditandi ad Pſalterium.

## PRO QVINQVAGENA I.

### Decas I.

AVe Maria, Gratia plena, Dominus tecum Benedicta Tu in mulieribus, & Benedictus fructus ventris tui Jeſus Chriſtus.

1 Amabiliſsimus, qui ab æterno à Deo Patre ſuo eſt genitus, & pro nobis ſecundum hominem prædeſtinatus, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vnus eſt Deus, & Dominus par in gloria, æqualique in eſſentia. Amen.

2. Amabiliſsimus, qui in principio cœlum creauit & Angelos, quos in nouem ſapientiſsime diſtinxit ordines, ſuæque æternæ beatitudinis, ac gloriæ fecit eſſe participes. Amen.

3 Amabiliſſimus, qui Luciferum cum ſuis Angelis de cœlo eiecit, quia Creatori ſuo ſimilis eſſe voluit, bonoſque à Deo in ſua charitate ſolidauit, quod ex tunc vſque in perpetuum manebunt, quales eos creauit. Amen.

4 Amabiliſsimus, qui potenter mundum creauit, & elementa cuncta, ſolem, ſtellas,



las, lunamque ſua produxit omnipotentia, imponens ſingulis ordinem proprium, & officium: Amen.

5 Amabiliſſimus, qui terram ſuper maria fundauit, mirabiles, & diuerſas creaturas in eis creauit quas ſapientiſſime gubernat, prudentiſſime diſponit, ac potenter in eſſe conſervat. Amen.

6 Amabiliſſimus, qui paradiſum voluptatis in Oriente plantauit, arborem vitæ ſcientiæque boni & mali in eius medio locauit, in quo pimum hominem poſuit, quẽ poſt præcepti prævaricationẽ inde eiecit. Amen.

7 Amabiliſsimus, qui ſanctos Patriarchas elegit, de quorum ſemini homo fieri decreuit, quibus notitiam ſui, ac timorem inſpirauit, & multa de futuris re uelauit. Amẽ.

8. Amabilſsimus, qui ſuam ex te incarnationem, paſsionem, reſurrectionem, & in cœlum aſcenſionem, per Prophetas mundo denunciauit quos ad hoc diuina prouidentia præordinauit. Amen.

9. Amabiliſsimus, qui in Matrem ſuam dignifsimam ab æterno præelegit, & ſponſam, conceptionemque tuã ac ſanctam natiuitatem parentibus tuis per Angelum nunciauit, & vitæ ſeriem Amen.

10. Amabilſsimus qui te præſentatam in templo, omni gratia repleuit ò digniſsima Virgo, ac omni virtute decorauit: Sic quod in templum ſuum digniſsimum mirabiliter conſecrauit. Amen.

### DECAS II.

*Pater Noſter. Aue* Maria.

1 Benigniſsimus, qui te per Angelum ſuum Gabrielem reuerentiſsime ſalutauit, qui ſuum in te advent um tibi pronuntiavit, dicendo voce ſerena, *Ave gratia plena.* Amen.

2 Benigniſsimus, cuius Angelus te turbatam animabit, & concipiendi modum indicauit, virtuſque altiſsimi te tunc obumbrauit, & ad cõſentiendum inclinauit. Amen.

3 Benigniſsimus, cuius conſenſum præbuiſti: *Ecce Ancilla Domini*, dum dixiſti, quẽ mox Virgo permanens concepiſti, & centum, & quinquaginta gaudia tunc habuiſti Amen.

4. Benigniſsimus, qui conceptus ſtatim in anima pænam infinitam ſenſit, atque triſtitiam, quæ etiam erat tanta, vt omnia excederet Inferni tormenta. Amen.

5 Benigniſsimus, qui exiſtens in vtero tuo Ioannem



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Baptiſtam viſitauit, quem nō dum natum ſanctificauit, & parenti illius loquelam reddidit, ac Eliſabeth ſpiritum præbuit. Amen,

6. Benigniſsimus, cui Angelus in ſomnis Ioſeph apparuit, ne te repudiaret, admonuit, quem etiam nouem mēſibus in thalamo Virginali fouiſti, & portando nullum onus ſenſiſti. Amen.

7 Benigniſsimus, cum qui in Bethlehem perexiſti, & viliſsimum ſtabulum pro hoſpitio elegiſti, vbi Virgo permanens Dei filium peperiſti, & centum & quinquaginta gaudia tunc iterum habuiſti. Amen.

8. Benigniſsimus, quem pannis involuiſti, ac in præſepio humiliter reclinaſti; flexiſque genibus reuerentiſsime adoraſti, quia eum Dei filium eſſe cognoviſti. Amen.

9 Benigniſsimus, cuius natiuitatem Angeli paſtoribus nunciauerunt; quem paſtores ſollicitè quæſierunt, inuentumque adorauerunt, viſaque, & audita ab Angelis retulerunt. Amen.

10 Benigniſsimus, cui caput tuum Virgineum ſæpius inclinaſti, & oculis caſtiſſimis frequenter inſpexiſti fragrantiam ſui corporis in naribus ſenſiſti; & labijs frequenter oſcula impreſsiſti. Amen.

## DECAS III.

*Pater noſter. Ave Maria.*

1. Clementiſsimus, quem vberibus tuis virgineis ſæpiſſime lactaſti, & amore ardentiſsimo ſemper adamaſti, manibus mundiſsimis humiliter tractaſti, veſtiti, atque cibaſti. Amen.

2. Clementiſsimus in carne pro nobis circumciſus, mandatiſque legalibus per omnia ſubiectus, cui flenti, & dolenti es compaſſa, atque more Matrum es piè lacrymata. Amen.

3. Clementiſsimus, cuius natiuitatem ſtella magis indicavit, atque ad quærendum vehementer inſtigavit, quam præeuntem vſque Ieruſalem ſequebantur, & vbi natus eſſet Rex Iudæorum ſciſcitabantur. Amen.

4 Clementiſſimus quem tecum in ſtabulo vili invenerunt, in terraque proſtrati reverenter adoraverunt, munera etiam myſtica deuote præbuerunt, nam aurum thus, & myrrham Domino obtulerunt. Amen.

5 Clementiſſimus quem in Templum præſentaſti, vbi Deum Patrē ſuppliciter adoraſti, vnigenitumque ſuum ſibi obtuliſti, & immenſo gaudio repleta tunc fuiſti. Amen.



6 Clementiſſimus quem ſenex Simeon per Sanctum Spiritum cognouit eſſe Filiū, pro redēptione cuius parturiturum obtuliſti, & ſic ad Civitatem tuam humiliter redijſti. Amen.

7 Clementiſsimus quem Herodes interficere voluit, ſed ipſe aliter diſpoſuit, Angelus Sanctus in ſomnis Ioſeph apparuit, vt tecum fugeret in Ægyptum admonuit. Amen.

8 Clementiſſimus, cum quo nocte media fugiſti cum anxietate ſumma, famem, ſitim in itinere patiendo, ac corporis defectum præ teneritudine incurrendo. Amen.

9. Clementiſſimus cum quo caſtiſſime, & humilime, laborioſiſſime, & pauperrime, verecundiſsime, ac ſanctiſsime inter paganos, in Ægipto habitaſti per ſeptem annos. Amen.

10 Clementiſsimus quem ad terram tuam ex admonitione Angeli reduxiſti, vbi vna cum ipſo dulciter vixiſti, in ſumma ſanctitate, ac morum gravitate. Amen.

## IV. DECAS.

*Pater noſter. Ave Maria.*

1 Dulciſsimus qui tecum annis ſingulis in Ieruſalem aſcendit, vbi pro redemptione mundi tecum exorauit itaque ſalutem plurimorum à Patre impetrauit. Amen.

2 Dulciſsimus quem ſemel in Ieruſalem per triduum perdidiſti, & inter notos, & cognotos lacrymoſè quæſiviſti, quibus diebus nec bibere, nec comedere, nec dormire potuiſti: ſed diebus ſingulis incōſolabiter fleuiſti. Amē.

3 Dulciſsimus quem inveniſti poſt triduum, ſedentē in templo in medio Doctorum audientem illos, ac interrogantem, ſacramque ſcripturam eis exponentem. Amen.

4. Dulciſsimus qui tibi ſemper in omnibus fuit obediens, ſurrexitque de medio tecum revertens, quem cum lacrymis per gaudio, amplexabaris, & oſculo virgineo. Amen.

5 Dulciſsimus qui tibi & Ioſeph obſequioſiſsimus erat ſemper & familiariſsimus, tecumque quotidie de cœleſtibus loquens, ac diuina ſecreta tibi plurima pandens. Amen.

6 Dulciſsimus, qui anno ætatis ſuæ duodecimo, revelavit tibi ore ſuo diuino maximam animæ ſuæ pœnam, quam à ſua conceptione ſuſtinuit, & vſque ad mortem continue pati habuit. Amen.

7. Dulciſsimus qui tibi etiam

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

etiam omnem numerum Salvandorum, mirabiliter revelavit, & damnandorum, qui vnquam fuerunt, ſunt & erũt à mundi initio, quos congregabit, ac ſeparabit in extremo iudicio. Amen.

8 Dulciſsimus quẽ Ioannes in Iordane baptizavit, vbi Sacramentum Baptiſmi inchoavit ſuper quem tunc Spiritus Sanctus de cœlo venit, & cui Patei teſtimonium verum dedit. Amen.

9 Dulciſsimus qui quadraginta diebus ieiunauit, & ſine cibo corporali in deſerto perdurauit, & iugiter ſuum Patrem pro peccatoribus interpellauit. Amen.

10 Dulciſsimus quem diabolus ter tentauit, ſed ipſe ſapienter eum ſuperauit, primo in deſerto, ſuper pinaculum templi ſecundo, tertio in mõte excelſo.

## DECAS V.

*Pater noſter. Ave Maria.*

1 Elegantiſſimus cui Ioannes teſtimonium perhibuit, ac digito ſuo demonſtrauit, dicens: Ecce Agnus Dei ſummi, qui tollit peccata mundi. Amen.

2 Elegantiſſimus qui ſibi duodecim elegit Apoſtolos, Petrum, & Andream, ac decem alios, qui deuote cuncta, quæ habebant, propter amorem Ieſu prompte relinquebant. Amen.

3 Elegantiſsimus qui vocatus eſt ad nuptias in Galilæa, vbi matrimonium ſua præſentia confirmauit, ibique primum ſignum fecit, mutans aquam in optimum vinum. Amen.

4 Elegantiſsimus qui de templo potenter eiecit ementes & vendentes cum flagello quod fecit, & cathedras vendentium columbas evertit, ac numulariorum æs audaciter effudit. Amen.

5 Elegantiſſimus qui & alios 72 ſibi elegit diſcipulos, quos ante faciem ſuam miſit binos & binos, dans illis poteſtatem, vt dœmonia fugarẽt, ac cunctas infirmitates in ſuo nomine curarent. Amen.

6 Elegantiſſimus cuius pedes Magdalena cum lacrymis rigauit, ac capillis ſui capitis deuote terſit, quæ omnium ſuorum peccatorum accepit veniam à Domino propter veram pœnitentiam. Amẽ.

7 Elegantiſsimus, qui per triennium cum diſcipulis Iudæis prædicauit nequiſſimis, quibus multa, & varia oſtendit ſigna, quæ nunquam fuerunt audita. Amen.

8 Elegantiſsimus qui leproſos multos mundauit: cæcis viſum, claudis greſſum reparavit, mortuis reddidit vitam, infirmis ſanitatem, a dœmonibus obſeſsis plenam libertatem. Amen.



9 Elegantiſſimus qui multas fatigationes ſuſtinuit in corpore, ieiunando, vigilando à ſua iuventute, prædicando, laborando, & orando, Iudæorumque inſidias frequenter patiendo. Amen.

10. Elegantiſſimus cui occurrebant in die Palmarum, ſternentes in via veſtes & ramos olivarum, quem cantantes & laudantes Ieruſalem introduxerunt: ſed paulo poſt cum opprobrio ingenti eiecerunt. Amen.

# II. QVINQVAGENÆ

## DECAS I.

*Pater noſter. Ave Maria.*

1 Familiariſsimus, qui cœnam ſuam vltimam cum diſcipulis comedit, quos antea de mundo ſibi elegit, veſteſque ſuas poſt cœnam confeſtim depoluit, & linteo ſe præcingens aquam in peluim miſit. Amen.

2 Familiariſsimus qui genua flexit humilime, pedes diſcipulorum, lauit, terſit oſculatabaturque lacrymoſe, atque poſt ſuam traditionem diſcipulis revelauit, quos vt permauerent in fide præavisavit. Amen.

3 Familiariſsimus qui tunc conſecrauit panem, & vinum, in verum corpus & ſanguinem ſuum diſcipuliſque omnibus illud dedit, quos tunc in Sacerdotes, & Pontifices ordinauit. Amen.

4 Familiariſsimus qui poſt cœnam pulcherrimum fecit ſuis diſcipulis longum, & profundum ſermonem; qui deinde Ieruſalem exiuit triſtiſsime in hortum vbi orare conſuevit ſæpiſsime. Amen.

5 Familiariſsimus qui in horto ter cum lacrymis ad Patrem orauit, vt calicem ab eo auferret ſuppliciter Patrem rogavit, ſed tamen vt fieret patris voluntas non ſua, orationem concluſit cum anxietate, & triſtitia ſumma. Amen.

6 Familiariſsimus qui in oratione tertia vſque ad mortem agonizauit, guttaſque ſanguineas tunc abundanter ſudavit, quem tunc Angelus ſanctus confortauit, vt mundum redimere ſua paſsione animauit. Amen.

7 Familiariſsimus qui ab oratione ſurrexit, & ad diſcipulos dormientes iterum perrexit, quos admonuit vt vigilarent & orarent, vt tentationes diaboli fallentis intrarent. Amen.

Fa-

8 Familiariſsimus qui Iudæos quem quærerent interrogauit, quos tunc virtute diuina ter in terram proſtrauit, & alia ſigna ibi oſtendit mirabilia fortiſſima poteſtate diuina. Amen.

9 Familiariſsimus qui à ſuis diſcipulis flebiliter eſt derelictus, & à Iudæis impijs cum immenſo ſtrepitu comprehenſus cum catenis in collo, & brachijs, & funibus in corpore dire eſt ligatus. Amē.

10 Familiariſsimus qui ſic ad Ciuitatem pœnaliſsime eſt tractus, per vicoſque, & plateas confuſibiliter ductus, & Annæ Pontifici primo eſt præſentatus, à quo de doctrina ſua fuit interrogatus. Amē.

## DECAS II.

*Pater noſter. Aue Maria.*

1. Gratioſiſsimus quem Annas de multis interrogavit, cui ad interrogata manſuete reſpondit, vbi à ſervo graviſſime eſt alapatus, irriſus, illuſus & contumelioſe iniuriatus Amen.

2 Gratioſiſsimus qui Petrum ſe negantem humiliter reſpexit, & ad flebilem pœnitentiam fortiſsime commovit, quem deinde ducebant ligatum de domo Annæ, cum ſtrepitu horribili vſque in domum Caiphæ. Amen.

3 Gratioſsimus quem Caiphas doloſe examinauit, & Dominum reſpondentē morte dignum pronunciauit, vbi iterum à Iudæis multa ſuſtinuit opprobria, irriſiones, ſubſannationes, & graviſsima verbera. Amen.

4 Gratioſiſsimus quem Caiphas hora prima miſit ad Pilatum, per ſanctiſsimas manus ſuas pœnaliſsime ligatum, vbi iterum à Iudæis maligne eſt accuſatus: ſed à Pilato in nullo culpabilis notatus. Amē.

5 Gratioſiſsimus quem Pilatus miſit ad Herodem, qui tunc præſens erat in Ieruſalē, à quo de multis eſt interrogatus iterum, ſed Iesvs nullum penitus dedit ei reſponſum. Amen.

6 Gratioſiſsimus quem tunc Herodes cum ſuis conſpuebat, ſubſannabat, & illudebat, ei veſtem albam induebat, & confuſibiliſſime ad Pilatum remitebat. Amen.

7 Gratioſiſsimus qui in reductione ad Pilatum, ſæpius ad terram corruit in plateis propter longum veſtimentum quem Pilatus denuo examinabat, & à morte liberare cogitabat. Amen.

8 Gratioſiſsimus cuius corpus Deificum, à miniſtris confuſibiliter fuit denudatum & in collo & brachijs & tibijs adſtrictus, ad columnam fuit dire ligatus. Amen.

9 Gratioſiſsimus qui fuit cum virgis plumbatis, atque ſcorpionibus vſque ad mortē flagellatus, adeo quod miniſtri eum dimittebant, quoniam præ fatigatione amplius flagellare non valebant. Amen.

10 Gratioſiſsimus, cuius corpus Sanctiſſimum vulneribus erat plenum, à vertice capitis vſque ad plantas pedum, ex quibus ſanguis ſacratiſſimus copioſe manauit, & vſque ad terram guttatim diſtillauit. Amen.

## DECAS III.

*Pater Noſter. Aue Maria.*

1 Humillimus, quem de columna tunc ſoluerunt, & ſuper cathedram ignominioſe poſuerunt, veſtem coccineam, & purpuream eum induerunt, flexiſque ante eum genibus vellut fatuo illuſerunt. Amen.

2 Humillimus, quem cū corona ſpinea pœnaliter coronabant: cuius ſpicula acuta vſque ad cerebrum penetrabant, atque arundinem pro ſceptro illi dederunt, cum quo eius caput ſpinoſum frequenter percuſſerunt. Amen.

3 Humillimus, quem Pilatus ſic caſtigatum foris eduxit *Ecce Homo*, ac Iudæos malignos dixit. Sed Iudæi peſſimi de hoc non contenti *Crucifige, Crucifige*, cum clamabant voce ingenti. Amen.

4 Humillimus, quem cū ingenti ſtrepitu ad domum iudicij trahebant, & cum latronibus impijs ante Pilatum ſtatuebant, voce tunc terribili furioſè clamaverunt, *Sanguis eius ſuper nos, atque noſtros filios* impiè dixerunt. Amen.

3 Humillimus, qui fuit iniuſtè à Pilato ad mortem condemnatus, qui verè erat Rex, & dominantium Dominus, creator omnium, ac conditor legis, & filius Dei Omnipotentis. Amen.

6 Humillimus, qui Crucem per plateas laborioſè portauit, & ad terram ſæpius ſub Cruce ſe poſtrauit, tandemque ſub Cruce totaliter defecit, tunc Simon Cireneus ad Crucem manus adiecit. Amen.

7. Humillimus, qui cum ineffabili pœna, & labore, cum latronibus pervenit ad montē Calvariæ, vbi veſtes eius per caput ſpinoſum detrahebant, & omnia corporis ſui vulnera pœnaliter renovantur. Amen.

8. Humillimus, quem ſic nudatum cum videbas, confeſtim velamen de tuo capite ſumebas, cum dolore immenſo, & lacrymis acceſſiſti, lumboſque eius virgineos cum iſto præcinxiſti. Amen.

9 Humilliſmus, qui ſuper Crucem fuit tunc flebiliter poſitus, & cum funibus in membris crudeliter extenſus, cuius manus benedictiſſimæ, fuerunt cum clauis obtuſiſæ, Cruci affixæ. Amen.

10. Humillimus, cuius pedes ſanctiſſimi, cum clauo groſſiſsimo fuerunt transfixi, ſicque eius membra virginea potuerunt cuncta dinumerari. Amen.

## DECAS IV.

*Pater noſter. Ave Maria.*

1 Innocentiſſimus, quem cum Cruce in altum elevabāt, & ſic ſua vulnera pœnaliter dilatabant, quæ de nouo ſanguinem fundebant; qui ſuper tuam veſtem, & faciem copioſe diſtillabat. Amen.

2 Innocentiſſimus, cui Mater lacrimoſa dolenter aſſiſtebas, pendentem in Crucem Filium cum ſummo dolore aſpiciebas, & vſque ad mortem tunc doluiſti, quod in tātis pœnis auxilium illi nullū ferre potuiſti. Amen.

3 Innocentiſſimus, qui te ſub Cruce ſtare videbat, & cū immenſa compaſſione diſcipulo commendabat, vbi pro filio ſummi Dei tibi dabatur Ioannes filius Zebedei. Amen.

4 Innocentiſſimus, qui fuit in Cruce à Scribis, & ſenioribus, à Pontificibus, & Miniſtris multipliciter illuſus, ſed ipſe fuit in omnibus patientiſſimus, ebnixè etiā orauit pro ſuis crucifixoribus. Amen.

5 Innocentiſſimus, qui latroni in Cruce in Paradiſum promittebat, & omnia eius peccata ibidem remittebat, vt nemo de ſuis deſperet peccatis, cum Regnum cœlorum videat latroni dari gratis. Amē

6 Innocentiſſimus, qui in Cruce eſt locutus, *Hely, Hely, lamazabatani?* quæ verba lacrymoſa, in lacrymas convertunt etiam corda ſaxea.

7 Innocentiſſimus, qui etiam in Cruce vſque ad mortem ſitivit, ſitioque cum rauca voce clamauit, cui acetum amarum in ſpongia, præbebāt impij cum virga arundinea. Amen.

8 Innocentiſſimus, qui iterum in Cruce locutus eſt in ſumma pœna, dicens *Conſummatum eſt*. Et vltimo clamabit tam validè: quod omnia cum terra tunc cæperunt tremere. Amen.

9 Innocentiſsimus, qui in Cruce ſpiritum ſuum Patri commendabat, quando tam altè, & flebiliter clamabat. Et inclinato capite, cum anguſtia tradidit ſuum ſpiritum ineffabilem. Amen.

In-



10 Innocentiſſimus, qui permiſit Sathan ſubtus Crucem ſedere, qui obſeruabat ſi poſſet aliquid in eo habere, vt animam eius raperet, & vſque ad tartara perduceret. Amen.

## DECAS V.

*Pater noſter. Ave Maria.*

1 Cariſſimus, in cuius morte pœnaliſſima, dolebant cuncta Elementa. Terra horribiliter tremebat, arbores, & reliqua in ea ſe movebant. Amen.

2 Cariſsimus, in cujus etiam morte ſaxa ſunt ſciſſa, & monumenta defunctorum perſpicuè patefacta. Velūque Templi pretioſum fuit diviſum à ſummo vſque deorſum. Amen.

3 Cariſsimus, propter quē Sol eſt obſcuratus, quando in altum cum Cruce fuit Deus elevatus, & multa ſigna alia tunc fuerunt facta, quæ ab Euangeliſtis non ſunt omnia notata. Amen.

4 Cariſsimus, cuius latus Longinus in Cruce aperuit, ex quo ſanguis, & aqua largiter manauit. Quod cum piiſsima mater vidiſti, præ compaſsione valdè doluiſti. Amen.

5 Cariſsimus, quem de Cruce depoſuerunt Ioſeph, Nicodemus, cum nonnullis alijs præſentibus. Et ſuper tua genua ipſum reclinauerut, & cum lacrymis vbberrimis tecum tunc planxerunt. Amē.

6 Cariſſimus, quem dum triſtitia ineffabili in gremio tenebas, cuius vultum, & pectus cum lacrymis rigabas. O Mater doloroſiſsima quot quærimonias, & gemitus tunc dabas, quando filium tuum dulciſſimum ſic mortuum cernebas. Amen.

7 Cariſſimus, cuius corpus Sanctiſſimum plenum cruore, cum aqua lavabant. Et coronam ſpineam de capite trahebant, quod Nicodemus vnguento precioſo perungebat, & S. Ioſeph ſyndone munda involuebat. Amen.

8 Cariſſimus, quem ad ſepulchrum cum infinitis lacrymis portabant, & dolore ineſtimabili cuncti, qui aderant. Quem tunc ſequebaris cum infinita triſtitia, poſitūque in ſepulchro adoraſti cum ſumma reuerentia. Amen.

9 Cariſſimus, ad cuius ſepulchrum lapidem aduoluerunt, quem poſtea Iudæi cum cuſtodibus ſignauerunt. Deinde tecum ad ciuitatem cuncti remeabant, in viaque continue vberrime plorabant. Amen.

10 Cariſsimus, in cuius paſ-

paſſione ô Virgo, & Mater doloroſiſſima, centum & quinquaginta dolores ante eius mortem, & centum poſt tui reverſionem in Ieruſalem es paſſa. Amen.

## III. QVINQVAGENÆ

### DECAS I.

*Pater noſter. Ave Maria.*

1 Laudabiliſsimus, cuius anima ad infernum deſcendit, & portas illius potenter confregit, Luciferumque in abyſſum religauit, alioſque damnatos auſterè increpauit. Amē

2 Laudabiliſſimus, qui deinde ad Patres detentos in Lymbo venit: illorumque tenebras ſuo fulgore abegit. Cuiuſque pedibus omnes ſe ſtrauerunt, & lætitia lacrymoſa reuerenter adorauerunt. Amen.

3 Laudabiliſſimus, qui cum Patribus in Lymbo tam diu permanſit, quouſque tertia die à mortuis reſurrexit. Quos Patres die tertia de Lymbo eduxit, & corpus ſuum glorificans à morte reſurrexit. Amen.

4 Laudabiliſsimus, qui cum claritate ineffabili, & gloria inenarrabili, cum caterva Angelorum, & cuneo Patrum Sanctorum, tibi primum apparuit, & dulciter te ſalutans ab omni triſtitia liberauit. Amen.

6 Laudabiliſsimus, qui ſecundo Mariæ Magdalenæ, tertio apparuit Mariæ Salome, & Cleophe, quarto Petro Apoſtolo ſe manifeſtauit, hinc Diſcipulis in Emaus pergentibus mirabiliter ſe revelavit. Amen.

6 Laudabiliſſimus, qui ſexto apparuit vndecim Diſcipulis, in monte Sion in cænaculo clauſis, ſeptimoque apparuit Iacobo Minori, à cæna Domini vſque tunc ieiunanti. Amen.

7 Laudabiliſsimus, qui apparuit Ioſeph ab Arimatia, octauo, Thomæ in fide fluctuanti, nono, decimo piſcantibus Diſcipulis, vndecimo in monte Thabor ibidem congregatis. Amen.

8 Laudabiliſsimus, qui cum Diſcipulis edebat, eodem die, quo in cœlum aſcendebat, vltimo in monte Oliveti apparuit, coram omnibus Diſcipulis, quos elegit. Amen.

9 Laudabiliſsimus, qui elevatis Diſcipulis benedixit manibus ſuis, & vt nomen ſuum mundo denuntiarent illis præcepit. Et poſt ad te ſuam Matrem dulciſsimam acceſsit, cum amplexu deifico, & oſculo *vale* dixit. Amē.

10 Laudabiliſsimus, quē cum lacrymis præ gaudio, humi-



liter adoraſti, cordeque virgineo, rogans nec diu differre; qui te ad ſe aſſumeret. Amen.

### DECAS II.

*Pater noſter. Ave Maria.*

1 Miſericordiſsimus, qui in cœlum aſcendit cum Sanctis animabus, & cunctis Angelis ad cuſtodiam hominum deputatis: cum gloria inæſtimabili, & gaudio ineffabili. Amen.

2 Miſericordiſſimus, cui tota Curia cæleſtis Paradiſi, occurrebat cum reverentia decenti, in organis, & citharis, pſallendo cum infinitis gaudijs. Amen.

3 Miſericordiſſimus, quem Chori Angelici cum tripudio ducebant, quo vſque ad Summæ Trinitatis Thronum perveniebat, cum quanto gaudio hoc fiebat: & tripudio, nullus poterit explicare eloquio. Amen.

4 Miſericordiſſimus, quem Trinitas æterna, cum gloria intronizabat infinita, coronam dans illi Maieſtatis poteſtatemque ſuper omnia, quæ ſunt in cœlo, & in terra creata. Amen.

5 Miſericordiſsimus, qui in inmenſa ſua poteſtate, regnat ſuper omnia cum ſumma maieſtate. Ipſe enim eſt æterna beatitudo, Sanctorum omnium, & Angelorum, qui ſunt in cœlo. Amen.

6 Miſericordiſsimus, cuius claritatem inſpicere deſiderant, ſine fine omnes qui cum eo regnant. Eſt enim immenſa, & infinita, illuminans ſingulos ſecundum ſua merita. Amen.

7 Miſericordiſsimus, cuius dulcedine infinita perfunduntur, quotquot vnquam ad cælum aſſumuntur. Eiuſqua infinita fragrantia totum replet cœlum, durans per cuncta ſæcula vſque in æuum. Amen.

8 Miſericordiſsimus, cui ſummum, & æternum eſt gaudium, cunctorum ſupernorum ciuium. Quem honorant trementes, & adorant, & *ſine fine Sanctus, Sanctus, Sanctus di entes* honorant. Amen.

9 Miſericordiſsimus, cuius charitas eſt immenſa, laus continua, & æterna. Cuius maieſtas eſt tremenda, maxima, infinita, ac inæſtimabilis eius gloria. Amen

10 Miſericordiſsimus, cuius nomen eſt tam magnum, virtuoſum, fecundum, atque dignum, *quod omne genu tunc flectatur quando Ieſus nominatur*. Amen.

(✠)

DE-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## DECAS III.

*Pater noſter. Ave Maria.*

1. Nobiliſsimus, cuius pulchritudo eſt mirabilis, ſapientia ineffabilis, cuius in cœlo facies coruſcat, cunctoſque beatos dulciſsime illuminat. Amen.

2 Nobiliſsimus, cuius corpus glorioſum eſt deitatis templum, qui in throno ſummo regnat, cuius regnum finem neſcit. Amen.

3 Nobiliſsimus, qui humanam naturam in cœlo ſublimavit ſuper omnia, quæ vnquam creauit, quique Patrem petiuit, vt Spiritum Sãctum diſcipulis daret, quem promiſit. Amen.

4 Nobiliſsimus, qui in quinquageſima die miſit Sanctum Spiritum, diſcipulis in terra promiſſum, qui ſuper ſingulos in ſpecie ignis apparuit, & linguarum, ſicut ipſe voluit. Amen.

5 Nobiliſsimus, qui ſuos Diſcipulos per mundum vniverſum miſit, quos per Spiritum Sanctum ferventer ignivit, qui vbique prædicabant, & in nomine Ieſu miracula immenſa faciebant. Amen.

6 Nobiliſsimus, qui poſt ſuam in cœlum Aſcenſionem, te reliquit in terris ad Diſcipulorum conſolationem, cuius amor te vrgebat, & ad videndum eum in ſua gloria incitabat. Amen.

7 Nobiliſsimus, qui preces tuas exaudiuit, & Angelum ſuum ad te miſit, vt ſuum adventum tibi nuntiaret, & quod in Chriſto te glorificare vellet. Amen.

8 Nobiliſsimus, qui ſuos Apoſtolos per mundum diſperſos congregavit, vt intereſſent tuis exequijs ordinauit, & Angelos cunctos convocavit, quos ad hominũ cuſtodiam deputauit. Amen.

9 Nobiliſsimus, qui deſcendit tunc de cœlo, cum Sãctorum, & Angelorum infinito numero, cum ſumma maieſtate, & immenſa gloria, tibique apparens ſalutavit te voce dulciſsima. Amen.

10 Nobiliſsimus, quem tunc in ſua gloria vidiſti, & tuum illi reddens Spiritum præ amore defeciſti, quem aſſumens, & aſtringens frequenter deoſculabatur, & velut Sponſus ſuaviſsimus illi iungebatur. Amen.

## DECAS IV.

*Pater noſter. Ave Maria.*

1 Omnipotentiſsimus, qui cum corpore, & anima te ſecum tulit, & ad portas cœleſtis



Paradiſi ſurſum aſcendit, cum gloria te illuc introducens in enarrabili, & gaudio ineffabili. Amen.

2. Omnipotentiſſimus, qui cunctos ſuos Angelos præcipit advnari, honore nempè digno te voluit honorare, vt cũ canticis Angelicis introducereris, & æterna gloria ſemper fruereris. Amen.

3 Omnipotentiſsimus, cuius ſancti Angeli te deuotè ſalutabant, flexiſque ſuis genibus reventer adorabant, in tympanis, & choris te magnifice collaudabant, & immenſis vocibus lætanter perſonabant. Amen.

4 Omnipotentiſsimus, qui te cum infinita gloria, ac tota cœli curia ad ſanctam perduxit Trinitatem quam humillime adoraſti, & te illi totam deuote obtuliſti. Amen.

5 Omnipotentiſsimus, qui te cum Patre ſuo, & Spiritu Sancto glorioſe intronizabat. Et corona gloriæ tê Sanctiſſimam coronabat. Teque Reginam Cœli, & terræ tunc conſtituit, & ſuper omnem creaturam potenter ſublimavit. Amen.

6 Omnipotentiſsimus, qui te Matrem ſuam digniſſimam nihil negans honorat. Sed quidque petieris promptiſſime tibi donat, ſuaque ſapientia æterna te illuminat, & claritate perpetua præ cunctis te illuſtrat. Amen.

7 Omnipotentiſsimus, qui te omni beatitudine, impleuit, & dulcedine, teque ſecum regnare fecit, & cuncta creata tibi ſubiecit. Amen.

8 Omnipotentiſsimus, qui te omni gloria, & gaudio, omni honore, & gratia replevit, & omnẽ theſaurum regni cœleſtis tibi commiſit, vt quantum placet inde ſumas, noſque cum illo ditare valeas. Amen.

9 Omnipotentiſsimus, cuius es Mater, & filia, nec non ſoror, & ſponſa, templum, & habitaculum, ac totius Trinitatis digniſsimum Triclinium. Amen.

10 Omnipotentiſsimus, qui nullum ſalvare ſtatuit, niſi tibi devotus, aut tuus amator eſſe voluerit, quare ad tantam Reginam recurramus, eiuſque interventum deuotè poſcamus. Amen.

## DECAS V.

*Pater noſter. Ave Maria.*

1 Pulcherrimus, qui ſuos Apoſtolos, in terra ab eo electos, per martyrij palmam, aſſumpſit ad gloriæ ſuæ aulam. Amen.

2 Pulcherrimus, qui Martyres ſuos in fide confortauit, &

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

& in pœnis roborauit, & ſic cum mundi victoria cœlorũ intrauerunt æterna Regna. Amen.

3 Pulcherrimus, qui Confeſſores Sanctos ſua ſapientia illuminauit, ac virtute omni decorauit, & ſic cuncta temporalia pro nihilo duxerunt, & Regna cœleſtia dignè promeruerunt. Amen.

4. Pulcherrimus, qui Virgines caſtiſsimas de mundo elegit, ſuæque æternæ gloriæ participes effecit, cum quo etiam vtriuſque ſexus Sancti, in cœlis regnant infiniti. Amen.

5 Pulcherrimus, qui in extremo Iudicio cuncta diſtrictè iudicabit, vbi omnes ab Adam natos congregans malos à bonis ſeparabit, electos ſalvabit: reproboſque in æternum damnabit. Amen.

6 Pulcherrimus, qui eſt Verbum Patris, Filius Virginis, Agnus Dei, ſalus mundi, hoſtia ſacra, caro viua. Amen.

7 Pulcherrimus, qui eſt laus Angelorum, gloria Sanctorum, viſio pacis, flos, & fructus Virginis Matris. Amē.

8 Pulcherrimus, qui eſt ſplendor Patris, Princips pacis, Panis vivus, Potus beatus, Vaſque diuinitatis. Amen.

9 Pulcherrimus, qui eſt lumen cœli, pretium mundi, gaudium noſtrum, Panis Angelorum, Iubilus cordis, ſpes ſalutis, Rex, & Sponſus virginitatis. Amen.

10 Pulcherrimus, qui eſt præmium noſtrum, & gaudiũ æternum, fons amoris, dulcedo pacis, requies vera, vitæ perennis. Amen.

Finis Sermonum B. Alani.





# PARS QVINTA COPPENSTENIJ B. ALANI DE RVPE REDIVIVI. DE EXEMPLIS

## CAPVT I.

*De Adriano Archidiacono lapſo: ſed ex incitis erepto per vſum Pſalterij.*

ADrianus genere nobilis: corpore iuxta ſcientia, & eloquētia excelſus, in Archidiaconum Cæſarauguſtanæ ciuitatis in Hiſpanijs mirifice eſt ſublimatus. In quo dignitatis gradu mirum in modum Eccleſiaſticos cæpit reformare defectus, & verbum Dei, vbique diſcurrēs, ſeminare. Quod videns diabolus, eidem tentationes carnis erga quandam Comitis filiam, Ioannam, vehementiſſimas immiſit. Sic res agebatur, vt illa ſemper confiteri, & eius conſilijs, tanquam deuoto, velle obedire.

Verum poſt ventum verborum, venit pluvia carnis, & qui vitam ducebat Apoſtolicam.

Heu! tunc cum præfata, quaſi in dies per Semiannum vitam agebat impudicam, & brutam. Moxque ab eo devotio diſceſſit, cœpitque vehementius riſibus, locis, rumoribus, ac ſpectaculis delectari, officiumque ſuum negligere, parum prædicare, ac remiſſe non rigide, contra vitia, ceu prius, ſed omnino tepide. Ceruice elata, & oculis ſubli-

& in pœnis roborauit, & ſic cum mundi victoria cœlorũ intrauerunt æterna Regna. Amen.

3 Pulcherrimus, qui Confeſſores Sanctos ſua ſapientia illuminauit, ac virtute omni decorauit, & ſic cuncta temporalia pro nihilo duxerunt, & Regna cœleſtia dignè promeruerunt. Amen.

4. Pulcherrimus, qui Virgines caſtiſsimas de mundo elegit, ſuæque æternæ gloriæ participes effecit, cum quo etiam vtriuſque ſexus Sancti, in cœlis regnant infiniti. Amen.

5 Pulcherrimus, qui in extremo Iudicio cuncta diſtrictè iudicabit, vbi omnes ab Adam natos congregans malos à bonis ſeparabit, electos ſalvabit: reproboſque in æternum damnabit. Amen.

6 Pulcherrimus, qui eſt Verbum Patris, Filius Virginis, Agnus Dei, ſalus mundi, hoſtia ſacra, caro viua. Amen.

7 Pulcherrimus, qui eſt laus Angelorum, gloria Sanctorum, viſio pacis, flos, & fructus Virginis Matris. Amẽ.

8 Pulcherrimus, qui eſt ſplendor Patris, Princips pacis, Panis vivus, Potus beatus, Vaſque diuinitatis. Amen.

9 Pulcherrimus, qui eſt lumen cœli, pretium mundi, gaudium noſtrum, Panis Angelorum, Iubilus cordis, ſpes ſalutis, Rex, & Sponſus virginitatis. Amen.

10 Pulcherrimus, qui eſt præmium noſtrum, & gaudiũ æternum, fons amoris, dulcedo pacis, requies vera, vitæ perennis. Amen.

Finis Sermonum B. Alani.





# PARS QUINTA COPPENSTENIJ B. ALANI DE RVPE REDIVIVI. DE EXEMPLIS

## CAPVT I.

*De Adriano Archidiacono lapſo: ſed ex incitis erepto per vſum Pſalterij.*

ADrianus genere nobilis: corpore iuxta ſcientia, & eloquẽtia excelſus, in Archidiaconum Cæſaraugustanæ ciuitatis in Hiſpanijs mirifice eſt ſublimatus. In quo dignitatis gradu mirum in modum Eccleſiaſticos cæpit reformare defectus, & verbum Dei, vbique diſcurrẽs, ſeminare. Quod videns diabolus, eidem tentationes carnis erga quandam Comitis filiam, Ioannam, vehementiſſimas immiſit. Sic res agebatur, vt illa ſemper confiteri, & eius conſilijs, tanquam deuoto, velle obedire.

Verum poſt ventum verborum, venit pluuia carnis, & qui vitam ducebat Apoſtolicam.

Heu! tunc cum præfata, quaſi in dies per Semiannum vitam agebat impudicam, & brutam. Moxque ab eo devotio diſceſſit, cœpitque vehementius riſibus, locis, rumoribus, ac ſpectaculis delectari, officiumque ſuum negligere, parum prædicare, ac remiſſe non rigide, contra vitia, ceu prius, ſed omnino tepide. Ceruice elata, & oculis ſubli-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

mibus incedere, veſtimentis ſe nimium prætioſis induere: mirabantur, & dolebant cuncti, qui eum agnoſcebant, de tanta mutatione.

II. Poſt hæc profana gaudia, mox advenit eorum cognita triſtitia. Cum enim affatibus mulierum, & cantilenis & choreis in ſonitu tympani, & cytharæ gauderet, iam aluus tumeſcere Ioannæ. Quo viſo Pater, minis & flagellis à filia caſum expreſsit. Quæ præfatum accuſat grauiſſime Archidiaconum, tantoque odio Ioanna in Adrianum eſt Debachata, vt cum omni malignitate, & aſtutia in plurimis illum accuſaret, nouos modos fingens ſuæ ab eo deceptionis, vt etiãm magica ſe faſcinatam arte affirmaret.

Mox armati milites ad Adrianum comprehendendũ mittuntur, Comprehenſus eſt ſummo cum dedecore, & cõfuſione: ligatur coram omni populo Ciuitatis Cæſaraguſtanæ: ad Epiſcopum deducitur. A quo protinus excommunicatus incarceratur. Sed die poſt quarto per ementitos habitum Clericos, ipſius affines, inde eijcitur; eiectuſque in grauiora incidit pericula. Nam fugiens, à præfato Comite cognitus, & iterum cõprehenſus ad Regios carceres pertrahitur, tanquam qui Regis Neptem violaſſet, & Nobilem parentelam regni infamaſſet. Quinimo, tanquam Reipub. perduellis in lacum vinctus ad ſerpentes, heu, miſer ille deijcitur. Ibi victurus in vltima miſeria frigoris, famis, ſitis, ac veſtimentorum tegumentis priuatus, fuit annis tribus continuis.

III. Ad hæc in iſto carceris lacu ſex mala quædam incurrit. Primum fuit maledictionis, & excommunicationis ab Epiſcopo intortæ. Secundum, perditionis omnia ſcientiæ, præ triſtitia. Tertium amicitiæ omnis, & gratiæ apud Principes, & Dominos. Quartum amiſſæ eloquentiæ in prædicationibus, & vocis in converſationibus. Non enim valebat loqui aliter quã leproſus. Quintum, perditionis omnis Dominij Eccleſiaſtici, & temporalis. Sextum amiſſæ libertatis in tentatione. Quibus ſex malis intolerabiliter, & immenſum affligebatur.

IV. Cum autem in terra Sanctiſsimus Dominicus ijs in partibus prædicaret, ſcandalum audiuit maximum per Adrianum patratum. Cognoſcenſque ſpiritu Prophetico, eum adhuc in viuis degere, licentia à Dominis accepta, ad eum intrat ſalutatoque, & ad patientiam, & pœnitentiam monito, cœpit de Domino Ieſu Chriſto, ac de Sanctis multis plurima prædicare.

Sed quanto ampliora de illis dicebantur, tanto impatientior reddebatur. Quod cernens Beatus Dominicus, ad fontem miſericordiæ eum deducens, cœpit de fructibus Pſalterij Mariæ prædicare, promittens illi: quod ſi vellet Pſalterium tale dicere in dies ſingulos, & recipere Confraternitatem, quæ eſt per communicationem ſingularẽ omnium meritorum: quod haud dubie ab omni adverſitate liberaretur. Credidit ille, & Dominico facta in ſequentis litteræ Papales confirmationem ipſius in Epiſcopum afferebant. In fine ſexti menſis Virgo Maria apparuit, ei ferens virgam auream in manu, qua caput eius leui tactu percutiens ait: *Exi ab eo*, moxque ab eo draco ignitus exiuit. Sicque ab omnibus phantaſijs tentationum factus eſt liber. Deinde Domina Maria eum ad renes rurſus eadem virga tetigit dicendo: *Exi ab eo* ſtatimque ſerpens per eius virilia exiens, eum à tentationibus carnis reddidit liberum. Nam in carceribus annorum trium ſpatio ſemper vexabatur mollitiei peccato: qua tentatione maximè gravabatur. Et per *Dominus* factus es Dominus: & per *Tecum* factus eſt liber à tentationibus inimicorum. Sic itaque poſtmodum diu viuens, totam Eccleſiam iſtius patriæ reformauit, & Pſalterium cum præfata Cõfraternitate Beatæ Mariæ vbique diſſeminans, Beatam Mariam quam plurimum honorari fecit. Denique ipſa ei apparente ante mortem ſuam, deuotiſſimè diſpoſuit ſe ad mortem. Et tandem dies ſuos compleuit in bono, & annos ſuos in multa gloria.



## CAPVT II.

*De quodam Rectore Scholarium mirabiliter à carcere liberato.*

ERat quidam Rector Scholarium, vitæ perverſæ qui per filios, ciuium ſcholares ſuos omnes ferè pulchras Matres ſcholarium ſuorum corrumpebat, per filios poſcẽs crines Matrum, & ſic magicis ſuis artibus, inclinabat ad ſe quas volebat. Interea, cum magni viri coniux prudenter adverteret ſollicitum filium ſuum pro crinibus ſuis: inquirit à filio, qua de cauſa hoc poſceret. Negat ille dicere, ſed tandem verberibus à filio extorſit, vt veritatem confiteretur. Dat illa crines de cribro, quibus receptis à Magiſtro



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tro, cœpit is incantatione cribum quaſi à dæmonibus agitari, & tumultum domi mirabilem excitare. Advertit vxor, refert viro ſuo capitur Rector pro ſcelere: & carcere damnatur perpetuo: in pane, & aqua. Erat autem in illa cataſta, alter captivus, quondam etiam, vt patuit ex ipſius narratione neſandus: & enutritus ibidem, Qui dum audiret ſibi ſocium adveniſſe, conſolabatur eundem, & ad patientiam prudenter exhortabatur. Quæſiui ergo Rector, quomodo patientiam obtinere poſſet: Ille verò refert ſe, & hanc, & alia bona obtinuiſſe, per orationem quæ dicitur Dominæ noſtræ Pſalterium: Et ad hanc hortatur ſuum concaptivum: obedijt ille dicens: *Si, vt eam prædicas, tam vtilis eſt, quomodo nondum liber hinc es?* Ille ait: *Fuiſſem, iam pluries: vtique requiſitus, ante triginta annos, ſi exire vellem; ſed nolui, & necdum volo pœnitendum enim primum eſt mihi. Et item, Timeo: ſentiens inclinationes meas malas: in priſtina me relapſurum. Sed & panis, & aqua, quibus ſuſtentor, gratiſsima ſunt mihi ſuper omnia cibaria, per hanc S. Mariam, cui ſervio: & ago pœnitentiam.* His talibus auditis, inclinatur ad Pſalterium Magiſter ſcolarium: & alter orabat pro ſocio. Ille verò Rector orans, toto anno murmurabat, & impatiens fuit. In ſecundo autem murmurabat magis. In tertio vero amplius. Tandem fatigatus in carcere, ad Benedictam Mariam ſic dicebat: *Si me, Domina, liberare digneris ſervum tuum, totam vitam meam tuis voluntatibus trado, & devoueo.* Mox aſtitit illi miſericordiæ Mater: & an, quod dixit, minimè adhuc pigeat, ſciſcitatur. Permanebat ille conſtans in voto. Et illa liberatum ad longè diſtantem locum populoſum tranſpoſuit liberum: quo ſuum illud obſequium, vt ſpopondit, perficeret. Rexit itaque ibi ſcholas, & ſcholares docuit orare Pſalterium Mariæ. Et ſic ſcholarium ferè tria millia infra breve tempus idem frequentare cœperunt. Mane enim ante, quam ſcholas intrabant Magiſtro orante, & ipſi Pſalterium orabant. Sicque ad parentes traſiuit hæc devotio. Et dum à ſchola recedebant, iterum deuotiſsimè ſe commendant Virgini Mariæ eius Pſalterium replicando. Evenerebant ergo duo caſus eodem in loco. Primus ignis conſumpſit omnes ferè domos, præter huius Magiſtri: cæterorumque quorum filij pſallebant Mariæ Pſalterium: & inter medios ignes ſchola ipſa poſita, permanſit illæſa, ad Pſal-



Pſalterij virtutem declarandā. Secundus caſus fuit ex diſcordia. Cum enim prædictus locus ab armatis captus fuiſſet, & in prædam datus hoſtibus per Virginem Mariam ſervabantur huius Rectotis domus, & cæterorum dicentium Pſalterium. Nemoque illos prædabatur: nec fores, neque feneſtras invenire potuerunt prædones, ſiue vllum aditum, ſed & quaſi nihil, aut parum ibi eſſet, vacui receſſerunt. Tandem per B. Virginem ſæpè dictus Magiſter, vt alibi ſimiliter fructificaret, traſponebatur longè ab eo loco, & ſimiliter inter numeroſos ſcholares ibidem Virginis Mariæ cultum vehementer exaltabat. Eratque ſchola in maioris Eccleſiæ gremio, vbi de moro ſuo faciens ſcholares ſuos pſallere Virgini Mariæ Pſalterium, convocabat popularem frequentiam, maxime iuvenum parentes, vt ſic per parvulos dilataret hoc Virginis placitum obſequium. Aliquando illis pſallentibus, ſuper quoddam altare apparuit pulcherrima Domina, pulcherrimuſque vir conſidentes ſuper ſedem Angelici operis, expectantes finem Pſalterij. Quo finito deſcendit Domina noſtra Mater Maria, & genua flectens, popoſcit ab eo (qui ſuus erat filius, & Salvator mundi) benedictionem ſervorum, & Pſaltarum eius. Conſentit ille, deditque benedictionem: quam ſtatim mira inſolita ſequebatur deuotio, & commotio cordium, & dicta ſuavitas devotionis ſuccendebat omnes, clamabantque ſinguli [illegible], & pulchram Dominam ſe vidiſſe. Tandem Ordinem intrans Prædicatorum, præfatus Magiſter, ſanctiſſimeque illic viuens, prædicator magnus effectus hoc Pſalterium iugiter prædicabat: Virginemque Mariam colendam, laudandam, extollendam ſolicitè procurabat, fineque ſancto quievit in pace.

## CAPVT III.

*De quodam Bellatore Britone fortiſsimo.*

QVibus temporibus B. Dominicus, cum in terra Albigenſium Chriſtianis prædicabat, bella itidē exercebantur contra infideles. In caſtris fidelium plurimi militabant Britones, inter quos miles bellicoſus, & fortis, ſed vita nefandus. Hos ergo Britones mouebat S. Dominicus, vt inter tot pericula commendarent ſe Virgini glorioſæ, pſallendo eius Pſalteriū. Cæpit ergo miles ille cum alijs dicere Pſalterium Virginis, por-

portans Patriloquium, intentione tamen magis evadendi periculum, quam alia ſancta: vt patebat ex vita eius. Et verò in periculis bellit evaſit plurimis. Contigit aliquando, vt iter agens nemus intrare, incidit in latrones multos, qui exclamantes cogerunt eum ad defenſionem: Ille concitè extraxit gladium, cui appendebat eius patriloquium: quia id ex more equitando dicebat. Eximens igitur gladium (ſimul appendit, & illud) cœpitque percutere latrones. At illi fugere, & clamare, nec audere diutius dare. Quod miratus multum, illis fugientibus, gladium repoſuit in vaginam. Et cum primum advertit hærere, & Patriloquiũ. Accipiens igitur quod reverenter ad brachium ſuum ſuſpendit. Latrones iterum congregati veniunt ad exitum nemoris, eodemque milite illic veniente inſurgunt iterato in eum. Qui evaginato gladio, multos, & ferè omnes vulnerauit. Contingit, vt vnus atrociter vulneratus pergeret ad oppidum pro medicina vulnerum, quo idem miles ibat, & agnoſcens militem, cum reverentia locutus eſt ei, dicens: *Parce mihi, ſi aliquid magni de te dicam: Tu es ille vtique, qui hodie effugiſti; & ſic vulneraſti nos? ſed vidimus ipſi, quando primum fugaſti nos gladium tuum quaſi totum ignitum, & territi nimis non audebamus ſtare, nec appropinquare: & ſic attoniti tam inſolito fulgore, fugimus clamantes. Et quando iterato aggreſſus es nos: vidimus te habere ſcutum ſuper brachium, in quo depictus erat Crucifixus, & B. Virg., & Sancti multi, propter quod non, poteramus te lædere, ſed bene ſentimus ictus tuos. Et ecce adhuc ipſum ſcutum video ad brachium tuum.* Miratur ille ad vtrumque valdè, negans quod ille aſſerebat tam de gladio, quam de ſcuto. Tandem Brito ille miles orauit, vt ſciret, quæ hæc eſſent, cum ipſe aſſereret, quia adhuc videret. Vidit tandem, & ipſemet ſcutum tale quale is dixerat, & miratus eſt, cum tamen ſuum eſſet patriloquium. Et intellexit hoc propter virtutem Pſalterij Mariæ Virginis fieri miraculum. Contigit quoque, vt idem miles in taberna exiſtens, obſervaretur ferè à triginta hæreticis armatis: cui dictum eſt, iam mortem illi imminere propter illos. Negauit ille: ſed adhuc ſe victurum aſſerebat. Et poſuit ſuum patriloquium ſuper caput ſuũ & exiuit imperterritus ad eos, confidens de B. V. Et occurrẽs illi; omnes territi fugerunt, & corruerunt plurimi ex illis. Propter quod admirabatur, & alloquebatur eos, quare intacti ſic fugerent, & corruerent ſolo timore? Et arrodentes tres de melioribus ex illis, videntes prædicta, ruerunt ad pedes eius, laudantes eius fidem & poſtulantes eunde pro eis orare. Quod ille recuſabat, nihil boni de ſe ſuſpicans, ſed dixit ſe ceſſaturum à verberibus. Tunc narraverunt illi quod vidiſſent, & cauſam huiuſmodi formidinis, & fugæ, dicentes: *Vidimus te armis igneis armatum, & Chriſtum vulneratum te protegentem, ex cuius vulneribus ſpicula procedebant, quæ nos terrebant. Et in alia parte vidimus B. Virginem cum funiculo terribili fugantem, & terrentem nos, vnde non audebamus reſiſtere nec in nobis manſit aliqua fortitudo. Vidimus etiam Angelos, te cuſtodientes; propter quod nunc convertimur ad fidem.*



Tertiò contingit, quod quidam Comes committeret bellum: hunc militem præfecit in Capitaneum ferè mille armigeris, ipſe in armis, & in vexillo ſuo, & ſingulorum ſuorum poſuit, pro ſigno Pſalterium Manuale: confidens de B. Virginis auxilio. Multi autem erant ex adverſo hæretici circiter vigintimillia. Congreſſione autem facta ad invicem ferè omnes de viginti millibus interrempti ſunt. Princeps autem militiæ hæreticorum fugit ad prædictum Capitaneum, petens gratiam, & narrauit ei, quæ viderat cũ ſuis in hoc bello pro parte ſua, & ſuorum, & dixit: *Quia vidimus te armatum igneis armis.* Dixitque rurſum, quod in parte dextera ſui exercitus vidiſſent B. V. Mariam, gladiũ vibrantem ſuper eos, quo deijciebantur, & terrebantur. Sed magis, quia videbant ante exercitum Chriſtianorum Chriſtum vvlneratum ex cuius vulneribus ſpicula ignea procedebant, eos vulnerantia. Sed & multitudinem viderunt virorum, armis igneis armatorum, qui eos protegebant, & cœteros terrificè poſternebãt; propter quod fugerunt, & corruentes interfecti ſunt. Nullus autem de dicti Capitanei exercitu cecidit. Quod videns ille Capitaneus hæreticorum, conuerſus eſt ad fidem. Hac victoria mirabiliter obtenta, B. Dominicus cœpit eum monere ad pœnitentiam, vt confiteretur, cognoſcens tanta mirabilia circa ſe facta: Vultum auertit ille dicens: Nondum ſe ſatiatum de mundialibus, ſed adhuc ſupereſſe ſibi tempus pœnitendi, prius velle amplius bellare poſtea pœnitere. Inſtabat tamen S. Dominicus, vt ſaltem confiteretur. Et annuit ille, cæpitque B. Dominico confiteri, au-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

audiebat vocem ad aures ſuas, dictantem ſibi quæcumque prius feciſſet, in quibus etiam locis, cum omnibus ſuis circumſtantijs. Propter quod miratus conuertit ſe retrò, vt videret ſibi hæc ſuggerentem, & inſinuauit hæc etiam Dominico, ſed ipſe neminem videbat. B. tamen Dominicus orans, vidit B.V. Mariam eidē peccata ſua dictantem; & ſic eum confiteri monentem. Finita verò confeſſione conuerſus B. Dominicus ad Beatam Virginem, quæſiui de pœnitentia ipſi iniungenda. Et illa dixit, vt ei bonam pœnitentiam iniungeret. Per annum ergo cilicium portauit, circulo ferreo præcinctus, & armatus permanſit ſine exutione. Tandem factus eſt Conuerſus in Ordine Prædicatorum, & Beatiſſimum individualiter ſequebatur Dominicum vſque ad mortem S. Dominici, etiam alijs recedentibus. Et Dominico interrogante, an ne ipſe etiam vellet recedere? Dixit, non: ſed in omni loco ſequi velle eum, quocumque iſſet. Sanctiſſimo verò Dominico defuncto, in bona vita perſeverans, ſine ſancto conſummatus eſt etiam, & ipſe.

(✠)

## CAPVT IV.

### *De quodam Epiſcopo hæretico, per Pſalterium Mariæ converſo.*

CONtigit tempore S. Dominici ipſo prædicante in Albigio, cum non proficere prædicando, conquerebatur de hoc B. Virgini, quod ea dirigente illuc venerat, nec tamen proficiebat. Oranti apparuit B. Virgo Maria intimans ei cauſam: *Non eſt mirum, quod non proficis prædicando, quoniam aras in terra non madefacta, nec compluta: ſcire enim debes*, ait: *Quod quando reformaturus erat Deus mundum, miſit pluviam gratiæ ſuæ Salutationem ſc. Angelicam. Nam per eam reformauit, quod prius formauerat, ſic igitur prædica meum Pſalterium cum orationibus, & viſis ſcientialibus, & de cætero proficies.* Quod audiens B. Dominicus lætus ſicut ill propoſuit, ſic fecit, & profecit. Percæpit igitur poſt huiuſmodi prædicationem ſtatim ſequi, fructus Verbi, ipſaque glorioſa V. Maria cæperit fama celebrarit, ſimulque, & ipſe. Cuius famam audiuit quidam Epiſcopus vir Magnæ litteraturæ, & is hæreticus. Hic propterea quod Dominicus prædicaret huiuſmodi, quæ ſibi videbantur quaſi puerilia, & muliebria, ſcilicet *Ave Maria*, cum magis ipſe cuperet audire alta, & inſolita, contempſit hanc prædicationem, ſimul, & Prædicatorem, vt qui prædicaret ſecundum ſuam opinionem, non niſi orationes vetularum. Quare commovebat, alios contra eum, ita vt etiam verberaretur B. Dominicus per eundem Epiſcopum ſatis atrociter; ſed diuinitus ſanatus eſt. Brevi poſt, dum idem Epiſcopus oraret, rapitur per viſum, & obdormiens videbatur ſibi è terra inundationem videre, abyſſalem aquam inſurgere, omnia obruentem, & ad ſe appropinquantem. Circumſpiciens igitur locum ad fugiendum, vidit quendam ſcilicet Sanctum Dominicum, prout ipſum prædicantem viderat ſuper aquas illas pontem ædificare, in quo ponte erant centum & quinquaginta Turres, & quotquot fugiſſent ad pontem, ſalvabantur, ipſo Dominico accipiente eos, & dirigente altrinſecus. Alij verò ſubmergebantur. Acceſſit antem & ipſe, vt ſalvaretur, verſus pontem ad B. Dominicum petens humiliter recipi. A quo correctus, tandem tamen receptus, & vltra, pergens, pervenit in fine pontis ad quendam hortum plenum floribus, & omni amenitate conſpicuum. In quo vidit Dominam quandam ſedentem in ſolio Regali, cum parvulo, quæ erat Beata Virgo Maria, ad quam cum cæteris ingrediens, cæteris dabantur ſerta de floribus.

Illi enim ſalutabant Virginem ſalutis, regratiantes eidem de ſalvatione per pontem, & Pontificem ſcilicet Sanctum Dominicum, quod Epiſcopus videns ſimiliter egit. Cui Domina Regina dixit increpando, quod non eſſet dignus evadere, conſolabantur tamen eundem alij dicentes: Ne timeret, ſi tantum vellet ſe emendare. Accepitque ab eadem Regina ſignum, ſive ſertum ſicut cæteri, & humiliter inclinabat. Qua viſione diſparente redijt ad ſe multum conſolatus, & cœpit voluere, quod eſſet admonitio ad credendum prædicationi, quam cōtempſerat tàm famoſi prædicatoris. Incæpit igitur dicere Pſalterium, quod audierat, & continuauit diu. Venerunt interim tribulationes guerrarum in ſuum populum, propter quod cogitavit ſe totum conferre ad prædicandum, & laudandum B. M. Virginem. Quo vt prius obdormiente habuit viſionem huiuſmodi. Invenit ſe inter montes in loco lutoſo cum plu-





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

pluribus valdè infixum, & cum conarentur exire quibuſdam exiſtentibus, vſque ad genua, alij exire poterant. Et cum non potuiſſet, nec ipſe, nec alij exire, intuens ſurſum, vidit quandam Reginam in monte cum viro vno ſcilicet Sancto Dominico proſpicientem, & luto infixis catenam de centum, & quinquaginta annulis aureis, & quindecim aureis lapidibus mittentem: per quam multos extrahebat, & extractos in monte ſalvabant, lavabant, & cibabant. Petijt igitur & ipſe adiutorium: qui etiam liberaliter cum cæteris extractus eſt, & lotus. Quo facto dixit eidem Regina illa: *Ecce prius in diluvio aquarum te liberaui, & in luto hoc infixus remanſiſſes, ſi te per meum adiutorium non liberaſſem.* Erat. n. adhuc infirmus in fide huius Pſalterij, & ſine perfecta emendatione ſui. Et ait Regina: *Eſto ergo firmus, & perſeverans in ſervitio meo:* & diſparuit hæc viſio, manſitque multo conſolatus, & etiam pax reddita eſt. Igitur terminatis guerris, & tribulationibus, ex eo magis devotè, continuauit Pſalterium Mariæ Virginis. Ad fortiorem equidem confirmationem ex benigna dignatione Mariæ, contigit poſtea: vt Epiſcopo orante tertia quædam viſio ei demonſtraretur. Videbaturque ei dum eſſet in Eccleſia quandam, orans, ſe videre iuvenem quendam, Angelum ſcilicet facientem corrigiam, & accepit ab eo Patriloquium ſuum, quod vertebatur in lapides pretioſos, ex quibus confecit plurima Patriloquia habentia lapides adeo claros, vt illuſtrarent ſuo lumine totam Eccleſiam. Qua corrigia perfecta, præſentauit eandem B. Virgini. Quam ipſa accipiens, & laudans eidem dixit: Quia ſibi valde grata eſſet, monebatque, vt plures ſimiles mitteret, corrigias plenas, ſimileſque, & ab alijs ſibi fieri procuraret, quo ſic ſua amicitia dignior eſſe poſſe. Ex qua viſione ſubtracta, confirmatus manſit, & conſolatus, hæreſi omni derelicta penitus, & malis rumoribus poſtpoſitis, Beatæ Virg. deuotè ſerviens: eandem præ omnibus exaltabat. Aqua, & ipſe bonum finem potitus eſt, & in gloria ſempiterna fæliciter exaltatus.

## CAPVT V.

*De Iacobo quodam vſurario.*

ERat in Italia quidam vſurarius maximè famoſus, & nominatus habens villas, ciuitates, & caſtra. Quid multa? Comitibus fuit potentior.



Similiter in plurimis Villis, & Terris, paucos habuit. Qui quodam tempore audiuit prædicari Pſalterium B. Virginis à S. Dominico, & proponens ipſum legere acquirebat ſibi ad legendum Patriloquium pretioſiſſimum, quod non ſolum deuotionis cauſa, ſed forſam magis cauſa oſtentationis portauit, & triennio continuauit. Contigit, vt tactus aliquando deuotione quandam capellam intraret, vbi modo inconſueto audivit vocem Imaginis Mariæ terrificam, ſibi dicentem: *Iacobe, Iacobe, redde rationem mihi, & filio meo, ſicut exigis diſtinctè à tuis ſubditis, etiam de minimis.* Hoc autem audiuit pluries. Vnde tandem adeo territus fuit, vt fugeret de Eccleſia. Ipſo veniente domum, terror ille cordis ſui non ceſſauit. Inquirentibus autem vxore, & filijs, cur turbaretur. Cui rem narranti, dixerunt fantaſiam eſſe. Et quid facerent ſi hæc omuia redderentur interrogabant. Propter quod non habuit cor reddendi, ſed ei ſuadebant, vt ſe, & omnia ſua Beatæ Mariæ commendaret. Contigit deindè poſt duos annos, ipſo equitante cum multa comitiua, quaſi potens in diuitijs ſuis, ecce Lupi, & Vrſi inuaſerunt eum, aliis non videntibus, ſed ſolum vocem audientibus, & rumores. A quibus ex æquo tractus, æquo ſtrangulato, miſerabiliter mordebatur, & vulnerabatur in capite, brachijs, & per totum corpus à beſtijs. Alij, qui cum eo erant, hortabantur, vt clamaret ad Beatam Virginem quod & fecit proponens ſe emendare, & ſic liber ad minus à morte evaſit corporis. Eum ſic grauiter vulneratum, in Villam deduxerunt, & curam eius egerunt. Redeunti igitur illi domum, volentique ſe emendare, obuiauit amor mulieris, & filiorum, nec vitam ſic mutauit, vt propoſuerat. Qui poſt duos annos iterum æquitauit cum magna comitiua, & ecce ſtatim fulgura, & tonitrua ſonare cœperunt horribiliter. Et mox ipſe ſolus à turbine abreptus eſt, & de portans ſurſum à dæmonibus cum æquo ad ſex miliaria? At ille clamabat ad B. V. Mariam promittens emendationem Cui mox Maria adfuit, cum Patriloquio fulmineo, & cunctis qui aderant ad nocendum fugatis dæmonibus reduxit eum, in æquo ſedentem propria manu ad terram. Quo facto Virgo Maria diſparuit. Territus verò æquus viſione dæmonum, quaſi furioſus per diuerſa prata currebat. Domú intrauit domunculam quandam

dam in via, & valde ſunt territi illi ad quos declinabat ex viſu terribili equi, & inſidentis. Et ſic euaſit iterum. Non tamen adhuc habens cor reddendi, ſed propter infamiam ſui, & ſuorum diſtulit promiſſum implere. Cõfeſſus eſt non tamen habens cor reſtituendi per vſurã ablata. Super quod ipſo dolente Confeſſor abſoluit eum admonuitque ne ipſum ſaluberrimum ſervitium Mariæ Virginis deſereret. Poſt hæc multa bona faciebat, & in diuerſis locis Monaſteria conſtruxit, & eleemoſynas largiebatur abundantiſſimè. Apparuit poſt hoc eidem B.V. Maria viſibiliter, & interrogans eum, an ne vellet adhuc reſtituere non ſua? Ipſo reſpondente, quia non haberet cor ad hoc faciendum, B. Virgo dulciter interrogavit, an reddere vellet ſi ipſa daret vnde ſatisfaceret. Annuit ille, & ecce dabantur illi per Imperatricem cœleſtis Paradiſi dona innumera. Mox ille conſpexit domum plenam diuitijs, quas attentè contemplans cupiditate tentatus eſt, & adhuc per Virginem ſic indulta retineret cum ſuis. Affuit tamen Virgo Maria comminans ei, quod datam ſubſtantiam, ſimulque & ſuã auferret cum ipſius vita, niſi acquieſceret, & votum adimpleret. Propterquæ territus cœpit vbique terrarũ ad ſuos bancos ſcribere, & publicare reſtitutionem, & reſtituere ſingulis. Quod & factum eſt. Et ecce evacuata ſunt omnia bona illa; remanſuerunt autem ſolum ille cuncta priora, de quibus faciebat multa bona. Appropinquante verò eius vitæ termino, intimauit eidẽ Virgo Maria vt ſuæ domui diſponeret, quia ab hac luce eſſe migraturus. Fuit enim annoſus ſatis. Qua diſpoſita moritur Eccleſiaſticis munitus Sacramentis. Adſtabant illi innumeri dæmones, miſerabiliter eius animam ſuſceptam diſcerpentes; Clamante ipſo itaque miſerabiliter: at illis portis infernalibus appropinquantibus apparuit quædam Regina pulcherrima cum Michaele Archangelo arreſtãs eos, quærenſque, quare ſic ſervum ſuum deportarent? Allegant ipſi, cum eſſe ſuum. Proponentes peccata omnia. Quibus Virgo Regina reſpõdit: *Suſcipite ſtateram, & ponderentur mala omnia contra bona; aliqua enim bona fecit.* Quod factum eſt. Sed mala ſtatim deorſum deſcenderunt, bonis aſcendentibus, Tunc B. Virgo ſuis bonis appoſuit vnum parvum Patriloquium, & mox pars bonorum deſcendit præpon-



derando omnibus in altera parte iacentibus malis. Dixitque glorioſa Virgo Maria, quod maioris eſſet meriti ſuũ Pſalterium, quam omnia ſua mala. Sic igitur datus eſt, & redditus Virgini Mariæ. Quod videntes Dæmones numeroſi (& non audentes accedere: ſed B. Virginem blaſphemantes, & ſe invicem ververantes) fugerunt. Atrociſſimè tamen cuſtodem illius Vſurarij omnes impetunt clamoribus. Et verberibus improperantes, quod cum eum tandiù habuiſſet tot vinculis ligatum, & tamen evadere permiſiſſet. Et ſimiliter quare ei dicere Pſalterium permiſiſſet. Et confuſi redierunt cum ſtrepitu mirabili in Infernum. Ipſe vero liberatus à Dæmonibus aſcendit cum Virgine Glorioſa ad ſuperna, & ſyderea Regna, quod & nobis ſuis, concedat famulis Iesvs Chriſtus cum Virgine Maria Amen.

## CAPVT VI.

*De quodam Pagano Eliodato, per glorioſæ Virginis Mariæ Pſalterium mirabiliter converſo.*

ERat quidam Paganus nomine Eliodatus, qui primo ſex mala Evæ incurrit, & poſtea ſex bona Mariæ habuit. Fuit quoddam bellum contra Paganos, in Partibus Hiſpaniarum .ſ. in Regno Granatæ, in quo Chriſtiani inter cæteros captivos, quendam militem potentem oum ſua vxore, & prole cæperunt, qui adducti in terram Chriſtianorum, fuerunt venditi. Filius qui cum eis erat captivus, iã annorum viginti, mox incæpit maximis tribulationibus aggrauari. Primo enim accepit triſtitiam, ita magnam de ſua comprenſione, vt deſperans, ſe ipſum ſæpius vellet occidere. Secundò, ad hanc deuenit miſeriam, vt perderet omnium membrorũ ſuorum vſum. Tertio deuenit ad tantam miſeriam & calamitatem, vt panem, & aquam atque veſtimenta viliſſima vix poſſet habere, qui tamen antea, cum eſſet liber inter paganos, & Filius magni, & potentiſſimi militis nutriebatur. Quarto, habuit iſtam calamitatem, quod vulnera, quæ in bello ſuſceperat ſic putruerunt, vt fœtore & vermibus corridis replerentur quam plurimum, ita vt tam quam à cloaca fætor ab eo euaporaret. Quintò, vt præſuria à Dæmonibus quam plurimis in corpore ſuo vexabatur. Sextò, venit ad hanc furiam vt per immaginationem videret apertum Infernum, & ſemper diceret ſe illuc iturum, & numquam ab illo liberandum. Sem-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Semper in illis malis invocavit diabolum, Chriſtum verò, & Matrem eius Mariam totis viribus blaſphemavit. Et hæc ſex mala rectè ſunt contraria ſex verbis in hoc vltimo puncto ſalutationis *Mariæ* poſitiſ. ſ. *Fructus, Ventris, Tui, Ieſus Chriſtus, Amen.* Sanctiſſimus Dominicus per Hiſpanias prædicans, audit de tanta illius pagani miſeria in Compoſtella, vbi tunc prædicabat, venienſque ad eũ, ſciens quod eſſe peganus, ait: *O fili, vis ſanus fieri?* Cui ille. *Ita Domine.* Et Dominicus: *Eſto Chriſtianus, & mox eris in toto ſaluus.* Hic paganus ille exclamabat, dicens: *Abſit hoc à me, vt dimittam legem patrum meorum. Non, etiamſi deberem habere omnia bona mundi.* Cum igitur S. Dominicus nihil ſi proficeret cum eo, ait ad eum rurſus. *Fili, ſcio duas cantilenas virtuoſiſſimas, quas ſi centum, & quinquaginta vicibus qualibet die decantaveris, in brevi totus eris curatus.* Paganus ait: *Vt que dicere volo, dum tamen non fuerint contra legem meam.* Ad quem S. Dominicus ſancta verboſitate, & fraude reſpondit. *O fili, hæc carmina non ſunt contraria diuinæ legi, imo ſunt pro ipſa, nec ſunt, quæ tibi repugnabunt, ſed te potius adiuvabunt.* Cui Eliodatus: *Vtique hæc iam dicere cupio dum tamen non fuerit de Chriſto veſtro, & Maria.* Et Dominicus: *Carmina, inquam, illa ô fili, quæ dicam tibi ſunt valdè gaudioſa, fructuoſa, & vtilia contra omnia adverſa, quæ non ſolum proficiunt in ore Paganorum, & Iudeorum, quin à quocunque dicantur, eandem ſemper retinent virtutem.* Sic igitur Sanctiſſimus hic Pater Dominicuspie decepit iſtum miſerum paganum, ita vt ad votum Dominici dederit conſenſum. Docuit igitur B. Dominicus cum orare *Pater noſter* ex integro, & Salutationem Angelicam, celatis nominibus *Maria, & Ieſus Chriſtus*, explicitè, quamvis in verbis poſitis habeantur implicitè. Cum igitur Paganus ille cœpiſſet dicere illas cantilenas, & dicere ſe neſcire retinere, Dominicus pro eo orans, eas protinus retinere perfectiſſimè, eundem fecit, dicens: quod in hoc poſſet perpendere quantæ virtutis eſſent tales cantilenæ, quæ ita in momento ei dediſſent ſcientiam, & perfectam memoriam, homini penitus ignaro. Itaque Pſalterium ille Eliodatus cœpit pſallere Virginis Mariæ, non tamen intentione Chriſtiana: imo contraria omnino, & affectione mundana ſemper plus petendo ſalutem corporis, quam mentis. Mira res! S. Dominico ſi diſcedente, Paganus ille orans modo, quo dictum eſt, mox poſt comple-

tio-



tionem. Primi Pſalterij ſui, miram cæpit intus ſentire iucunditatem, ac ſi Paradiſi delitijs intereſſet. Secunda autẽ die poſt Pſalterij decantationem mox diuina virtute recepit vigorem membrorum ſuorum. Tertia die ſub lecto ſuo invenit magnum theſaurum, & ſic ſe redemit, & in poſterum. ſ. poſt ſuſceptionem Baptiſmatis plurima ex illis fecit bona in Eccleſijs, & domibus pauperum. Nam ibi erant vltra centum millia aureorum antiquorum, eratque theſaurus abſconditus vnius Regis Pagani. Quilibet autem aureus ſex, vel ſeptem valebat aureos modernos. Erat etiam ibi argenti quam plurimum in caverna ſubterranea quadrata, quam Eliodatus ſub ſtrato ſuo in Tugurio, quod volens aptare ſuum locum, caſu diſcooperuit. De quibus S. Dominico diſponente plurima bella contra Paganos fuerunt perſoluta. Quarto verò die poſt Pſalterij perſolutionem. Dæmones, qui eum vexabant, clamando, & vlulando per aera, eum dimiſerunt. Quinto die Domina noſtra cuncta eius vulnera ſanauit, dixitque ei, quod oporteret eum in fonte vitæ lauari, ſi optaret ab omnibus plenè curari. Sexta die dicto Pſalterio ſuo, raptus fuit in viſione cæleſti, vbi vidit Sãctorum gloriam, apparebatque ei, quod cuncta à Chriſto diiudicabantur, quorum plurimi ad damnationem perpetuam ibant, pauciſſimi ad gloriam deputabantur. Cum antem ipſe cum alijs deberet accipere damnationem, aduenit Regina pulcherrima, quæ pro ipſo orauit, vt illi parceretur. Cui Iudex, *nunquam ait, iſte aliquid boni fecit*, cui Domina. *Imo Domine, nam ſex Pſalteria nobis decantauit.* Cum hæc ille Paganus vidiſſet, poſtea ad ſe reverſus, ſe baptizare curauit, & in Chriſtum, & Mariam firmiter credidit, & multa bona fecit, vitam in ſervitio glorioſe Virg. Mariæ finiuit, & ſic ab eo aſſumptus eſt in cœlum. Amen.

## CAPVT VII.

*De Cardinali quodam deuoto.*

*Inquit Virgo Maria.*

O Dulcis Sponſe exemplũ tibi dico, de quodam Cardinali S. Dominici contemporaneo: qui prius fuerat ſocius Dominici in Scholis Oxoniæ, poſtmodum vero deuotus S. Dominici, & familiaris erat, & ita eius meritis, & precibus Ordinem Ciſtercienſem intrauit in Hiſpanijs?

Hic

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Hic igitur poſtmodum Card. S. Mariæ Tranſtyberim factus: cum aliquando Romæ Dominicum meum de Pſalterio meo prædicantem feruétiſſimè audiſſet mirabiliter compunctus, & allectus ſuavitate fructuum Pſalterij accerſito Dominico modum ſpecialem illud orandi didicit. Talem. ſ. vt quinquagenam diceret ad honorem Incarnationis filij mei parvuli. Aliam ad honorem Chriſti Paſſionis, & meæ ad eum cõpaſſionis. Tertiam verò ad honorem ſeptem Sacramentorum Eccleſiæ, quæ derivata ſunt à Chriſti Paſſione, è Incarnatione, & ad honorem ſibi devotorum, & contra peccata ſua, quæ in ſæculo commiſit, & in officio tali, & dignitate propter varias occupationes ſeculares. Ipſam quoque primam Quinquagenam diceret ad honorem, vt Deus daret ipſi gratiam bene viuendi, per Incarnationem Chriſti. Secundam, vt daret ei benè mori per Chriſti Paſſionem, & mortem. Tertiam vt donaret illi perfectè honorare Sacramenta, & ſignanter Sacramentum Euchariſtiæ, & Pœnitentiæ in contritione, confeſſione, & ſatisfactione, vt ſic non guſtaret mortem ſine perfecta, & devota perceptione Sacramentorum, omniaque debebant fieri cum diſciplinis. Et hos modos me docente ſæpius B. Dominicus prædicauit, qui ſunt modi optimi contra omne malum, & pro omni bono. Sic igitur Card. ille mox Sancti viri dictis obediens, viribus totis cœpit dicere Pſalterium, & conſulere alijs, prædicare. Tandem procurauit, vt in Ordine ſuo Ciſtercienſe à multis diceretur. Cum igitur poſt annos quinque (diabolo cooperante) contra Summum Pontificem penè vniuerſi, vno animo cauſa recuperandi Dominium Imperiale (quibuſdam Nobilibus ad hoc populum Romanum incitantibus) inſurrexiſſent, ipſum Summum Pontificem cũ omnibus Cardinalibus fugere latenter coegiſſent ad quoddã Caſtrum propè Romam, inſequebantur eum, & obſidione fortiſſima vall uerunt. Cum ergo alimonijs carerent, & indies deficerent, nimia potus, & ciborum penuria, vt multi Eccleſiaſticorum ſummaegeſtate compulſi, carnes comederent equorum, & mulorum ſuorũ. Præfatus Cardinalis ſe cum tota Eccleſia Romana, in tanto periculo cernens eſſe poſitum, confidenter Pſalterium meum prædicauit omnibus in Caſtro incluſis, promittens eis, & affirmans, quod ſi hoc dixerit, mox auxilium ad fore non dubitarent. A ſummo Pontifice vſque ad minimum Caſtri famulum



lum omnes dixerunt Pſalteriũ meum, modo nunc dicto ſummis cum fletibus, & gemitibus. Res autem ſtatim magnæ pietatis meæ tunc ſecuta eſt. Nam die tertia Romani obſidentes caſtrum, ſic terrore fuerunt percuſſi, attonitique, & compuncti ad pœnitentiam, vt armis obiectis multi fugerent. Nobiles autem, & principales depoſitis armis, & ſolis camiſijs acceptis, nudi cum capiſtris collo alligatis ad Caſtrum properabant miſericordiam poſtulantes, & pacem. Qua lætius, & f. ſtinantius conceſſa, qui prius erant hoſtes, Summũ Pontificem Romam perduxerunt, maxima cum gloria, atque eum in ſedem ſuam collocaverunt. Nec de hoc ſatis eſt. Nam præfatus Cardinalis legatione fungens miſſus ad fideles, qui bellabant contra impios Saracenos in Terra Sancta, cum prædicaſſet ibidem Pſalterium meum, de hoſtibus mirabiliſſima obtinuit victoriam. Nam tantum tria millia Chriſtianorum tunc habuerunt victoriam, contra pluſquam centum millia infideliũ. Nam omnes alij Chriſtiani qui illuc venerant, aut à Paganis erant captivati, aut occiſi, aut peſtilentia erant conſumpti. Et quamvis Chriſtiani erant valde pauci, & hoſtes vndique quaſi innumeri indubiè tamen Terram Sanctam illa hora recuperaſſent, ſi manſiſſent conſtantes, & bellaſſent, ſed conſilio habito, & deſſidentes, poſt victoriam prædictam ad propria redierunt. Nam audierunt Soldanum cum omnibus Regibus ſuis, & infinita multitudine contra eos velocius properare. Quid vltra? Cardinalis ille poſt hæc, in incepto perſeveravit vſque ad finem vitæ, qui admonitus, à me ipſa, per dies 150. ante mortem ſuam maximam fecit pœnitentiam ieiunando, flendo, ſe diſciplinando, vigilando, & peccata ſua confitendo. Sed contigit ei in fine trium dierum, quod os ſuum aperire non valeret. Cũ igitur cuncti deſperarent illũ poſſe Euchariſtiam ſuſcipere, die tertia B. Virg. Maria illi apparuit, & manu Virginea linguam eius contigens, eidem & ſenſum, & Perfectum reddidi eloquium. Ob hoc quoque Sacramentis deuotiſſimè ſuſceptis, in tantum fleuit in ſuſceptione Corporis Domini filij Dei, vt nullus præſentium, tantum vnquam vidiſſet fletũ ab vno homine morti proximo. Nam oculi eius videbantur quaſi duo riuuli parvi aquã ſtillantes. Cor verò eius præ nimia contritione intus vehementiſſimis agitabatur motibus, vt longius à cubili eius, ſonus motionis cordis ipſius

Ss per-

Penderetur. Mira res? Sic ſingultibus filius ille ſalutis æternæ nimijs agitabatur, & ſuſpirijs immenſis præ peccatorum ſuorum contritione, & amore Chriſti, & deſiderio cœleſtis Curiæ, quod cor ſuum quaſi vas plenum mero optimo, & recenti eſt fractum, & contritum. Sicque cum fracto ſanguine cordis per os emiſſo Spiritum inter manus filij Dei aſſiſtentis efflauit, & ad gaudia æterea ipſo perducente peruenit. Propterea ò viri Eccleſiaſtici, hanc hiſtoriam notate, & ad Confratriam Pſalterij Virginis gaudenter redite, vt per hanc ciues efficiamini Curiæ Cœleſtis. Amen.

## CAPVT VIII.

### *De Alano Britanno Milite deuoto.*

Miles quidam deuotus, nomine Alanus de Valle Coloram Galliæ prope Dinanuum in Britannia, ibat ad terram Albigenſium cum Comite Montis fortis, & multis alijs de Britannia ad expugnandos, tempore, quo B. Dominicus ibidem contra hæreticos ſpiritu bellando, prædicabat mirabilia de Pſalterio Virginis Mariæ, per quod multo plures ad fidem Chriſti, quam per quaſcunque alias prædicationes convertebat, Hic ergo deuotus miles ex Doctrina, & admonitione B. Dominici Pſalteriũ Virg. Mariæ omni die dicebat, deuote meditando articulos Chriſti Incarnationis, & Paſſionis, & genibus flexis infallibiliter orauit. Huic ergo militi Chriſti, & Virg. Mariæ, Nam cum aliquando comparuiſſet in campo, ac acie, cum paucis valdè, maxima multitudine cõcluſus hæreticorum, iam fatigatus reſiſtere non valebat Domina noſtra Dei Mater miſericordiſſima Virgo Maria apparuit, 150. lapides terribiliter, & viſibiliter in hoſtes proiecit, ſicque hoſtibus in terram proſtratis, cum ſuis liberatus eſt. Et alia multa ſimilia ibidem contigerunt. Alia verò die, cum in terra ſua naufragium paſſus eſſet, Regina quædam pulcherrima viſibiliter paſſagium, & pontem ſibi faciebat ex 150. monticulis, ſicque illæſus per ambulans ad terram deductus eſt. Tandem iſte Alanus ad propriam terrã rediens fundauit Conuentum Dimenſivus Fratrum Ordinis Prædicatorum B. Dominico adhuc viuente, factuſque eſt Prædicator maximus in eodẽ Ordine. Cumque qui totam Franciam prædicando circuiſſet, & ad diem dum ex deuoto orandum Pſalterium B. Virginis multos edocuiſſet, Aureliānis ſanctiſſimè obijt. Sepelieruntque eum ex cauſa ſingulariſſima coram Altari Virginis Mariæ ibidem in Conventu eiuſdem Ordinis. Cuius os, & ambæ manus propter Virginis Mariæ Pſalterium, nimio ſplendore, & candore poſt eius mortem ad modum chryſtalli claruerunt.



## CAPVT IX.

### *De Bartholomæo Comite Italiæ.*

Fuit in Italia Comes quidã Bartholomæus nomine, potentia, vitijs, & iniquitatibus famoſiſſimus, qui ſemel confeſſus B. Dominico ibidem prædicanti, ſolebat autem cõfiteri magnis viris, & Doctoribus, fortè propter iactantiam, vel quandam curioſitatem, qui ei applaudentes, non quo iam faciunt Confeſſores magnorũ Dominorum, & Principum, proh dolor? de factis ſuis ipſum minimè reprehendebant) cognouit ſe nunquam benè fuiſſe confeſſum. Nam conſueverat dicere alijs Confeſſoribus, niſi tantum ſpumam ſuorum peccatorum ( vt multi nunc faciunt ) Beatus autem Dominicus, qui hanc ſpecialem gratiam à Deo habebat, quod omnium ſibi confitentiũ conſcientias, & peccata omnia, & eorum gratias cognoſcebat, ſentiebat, & clariſſimè videbat innumerabilia peccata in eius conſcientia, de quibus nunquam fuerat confeſſus, & de quibus antea nullam ſibi faciebat conſcientiam. Huic igitur compuncto valdè, & pœnitenti, & bonum propoſitum habenti B. Dominicus, vt in poſterum perfectè poſſet conſcientiam ſuam examinare, iniuxit quotidie dicere Pſalteriũ Virg. Mariæ, modo, quo ſolebat magnis, & nobilibus hoc injungere. Danſque ei Pſalterium 150. ſignorum paruũ, & 15. groſſorum inter quaſlibet denarias poſitorum ( ſive tria ſerta ) pro exemplari iuſſit, vt curaret ſibi fieri pulchrum Pſalterium, ſiue Patriloquium, cuius groſſa quindecim ſigna eſſent varia, ad quæ legi *Pater noſter* conſuevit, ex quorum viſu Pſalterium dicendo poſſet totam vitam ſuam, & peccata revoluere, Dei gratias, & beneficia recolere, Chriſti Incarnationem, & Paſſionem, Beatorum gloriam, & pœnas damnatorum meditari, & recogitare. Quinque prima groſſa ſigna primi ſerti debebant eſſe talia. Primum varijs coloribus depictum, ſignans eius varia peccata, & 150. mundi peccata, & totidem pœnas, & miſerias. Secundum pallidum, deſignans mortem, & 150. eius pericula. Tertium rubeum, deſignans iudicium, tam particulare,

lare, quam vniverſale, & 150 eius horribilia. Quartum nigrum, deſignans infernum, & eius 150 generales pœnas. Quintum aureum, deſignans gloriam Paradiſi, & eius 150 gaudia generalia. Alia autem quinque groſſa ſigna, quæ fieri curarat, pro ſecundo ſerto talia erant. Primum fuit imago Crucifixi, deſignans Chriſti Paſſionem cum 150 fructibus eiuſdem nobis inde venientibus. Secundum imago Mariæ, cum Chriſto, deſignans Chriſti Incarnationem habentem 150 gaudia Virginis Mariæ. Tertium fuit annulus, deſignans deſponſationem Mariæ Virg. cum Deo Patre, & per iſtam animæ devotæ cum Deo, quæ habet etiam totidē priuilegia. Quartum fuit agnus deſignans Dei miſericordiam præſtandā omnibus Pſalterium Mariæ Virg. orantibus 150 globos. Quintum fuit lapis ad modum Solis cum multis radijs, habens Chriſti faciem ad modum Veronicæ, deſignans 150 benedictiones, quæ provenient Beatis ex Chriſti clara viſione, & ſignanter Pſallentibus hoc Pſalterium Virg. Mariæ. In tertio autem ſerto erant alia, quinque groſſa ſigna admirandæ ſignificationis. Primum fuit ad modum pomi pulcherrimi, deſignans 150 fructus Paradiſi, qui dabuntur Pſallentibus hoc Pſalteriū. Secundum fuit quoddam poculum vacuum ad modum alabaſtri, in quo intus erant Sanctorum reliquiæ, deſignās 150 auxilia, quæ dabuntur Pſalterium orantibus. Tertiū fuit ad modum clauis, deſignans, quod claues Inferni elōgabuntur à talibus, & claves cælorum 150 modis cum theſauris cœlorum illis conferentur. Quartum fuit denarius, in quo fuit Nomen Ieſus, deſignans Sanctam Euchariſtiam, cum qua decedent Oratores Pſalterij Virg. Mariæ. Quintum fuit quadratum intus vacuum ad modum alabaſtri factum, deſignans Sacramenta Eccleſiæ, quibus anima iniungitur, & in his ſunt 150 beneficia, ſecundum hominis quindecim potentias multiplicatas per decem Dei mandata, & totidem merita, & præmia, vt alibi dictum eſt expreſſius. Sic itaque Comes iſte infra annum tantum profecit, vt diabolum ſibi inuidentem, & inimicantem, & cum vigilare volentem, cum iam vlterius reſiſtere non valeret, proiecto Pſalterio ſuo ad collum diaboli, ipſum ad nutum ſuum captivum traheret. Quem ad terram deijciēs, & pedibus proculcans, clamantem, & horribiliter vlulā-

tem



tem, cum promitteret is, ſe nunquam ei nociturum, dummodo iam eum abire pemitteret, cæſum ad placitum dimittens nunquam ad eum redijt. Videns præfatus Comes virtutem Pſalterij glorioſæ Virg. Mariæ, per quod ſic diabolum arctauerat, cum habere quoddam Caſtrum pulcherrimum inhabisabile omnino propter dæmonia ibidem inhabitantia, horribiles inſolentias facientia, fecit ibidem in parietibus, & cameris per totum Caſtrum patriloquia multa depingi. Et ſi dœmones more ſolito de nocte venientes, & horribiliter vlulantes, ingredi de cæterò nullatenus auſi ſunt. Tandem autem Dominam noſtram rogauit, vt gaudium aliquod cœleſte ſibi dignaretur oſtendere. Paulò poſt cum deuote orandum Pſalterium ſuum legeret, vidit Augelum Dei de manibus ipſius patriloquium ex 150 lapidibus pretioſis accipientem, & in cœlo cum gaudio magno deferentem, quod dabat B. Virgini. Moxque illud in manibus eius, iſti 150 lapides creſcebant in montes lapidum pretioſorum, ex quibus ipſa conſtruebat Palatium magnitudinis, & pulchritudinis propemodum infinitæ. Quod videns Bartholomæus, ſtatuit apud ſe, non iam vnum tantum dicere Pſalterium, ſed multa, ſic vt in omni loco, & tempore, tam ſtando, quam aliud faciendo, ſemper oraret, quo in cœlo plura conſtrueret Palatia. Poſt modum verò Domina noſtra ei apparente, & ſuum obitum denuntiante, cum deuotione maxima, deceſſit. Amen.

## CAPVT X.

*Quam vtile ſit ſolum portare Pſalterium Mariæ Virginis.*

REx quidam magnus volens familiam ſuam inducere ad orandum Virg. Mariæ Pſalterium, portabat in zona ſua magnum patriloquium, quod tamen non orabat. Sic videntes vniuerſi Regem ſuum hoc portare, fecerunt & ipſi ſimiliter, & quod magis eſt illud orabant. Quid amplius? Rex iſte raptus ad Iudicium Dei, ſe pertrahi ſibi videbantur, condemnandus ad tormenta inferni, quoniam vix boni aliquid fecerat, ſed mala plura in bellis rapinis, blaſphemijs, ſuperbia, gula, & ſic de alijs perpetraverat. Cumque contra eum daretur ſentencia damnationis. Virgo Maria adſuit, dicens, ſe habere pro eo aliquid boni, ſimul porrexit in medium

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dium illud *Pater noſter*, quod Rex iſte portaret, non tamen ipſum orarat. Itaque in ſtateram ſum poſita mala ſumma, & de parte alia Patriloquium ſuum. Mira res? Tunc dæmones contra Virg. Mariam furentes, & blaſphemantes, cœperunt ſummam partem ſtateræ velle gravare, dicentes, *Maria iniuſte feciſti illa qualitatem.* Quid plura? Conversa Maria ad Regem, ait: *Ecce tibi impetraui a filio meo propter illud modicum ſervitium, quod exhibuiſti mihi, vt redeas ad vitam & ad ſtateram de parte tua apponas.* Interim Rex in domo ſua mortuus iacebat ad ſepulturam mox efferendus. Et ecce ſubitò cunctis videntibus, ſurrexit, & ait: *O benedictum ſit Pſalterium Virginis Mariæ, per quod ſum liberatus à damnatione gehennæ.* Itaque in cunctis emendatus, nec nunc de cætero Pſalterium Mariæ portauit: verùm etiam devotiſſimè oravit. Iſtud putatur accidiſſe, cuidam Regi Hiſpaniarum, tempore S. Dominici Prædicatoris.

## CAPVT XI.

*De R. P. Fr. Petro Chartuſiano Priore.*

PRimam Chartuſiam, quæ eſt ſita in Diœceſi Grationapolitanæ, eſtque Mater, & origo omnium Monaſteriorum Ordinis Chartuſienſis, tranſibat quidam Prior Ordinis eiuſdem, & cauſa devotionis ibidem moram trahebat, nam fuit deuotiſſimus Domino Ieſv. Hic quadam vice coram altari ſe proſternens diutiſſimè orauit pro liberatione ab adverſis, ſuum Monaſterium grauiſſimè inſectantibus. Nam ſuum Monaſterium in partibus Regni Hiſpaniæ grauiſſimè fuit à guerris infeſtatum, & à Potentibus oppreſſum, in tantum vt omnes redditus, & Monaſterij bona in rappinam eſſent conversa. Illo ſic diebus ſingulis diutiſſim, ſpatio dierum 15. in oratione perdurante, tandem ſubitò raptus in Spiritu non ſicut ſolebat (erat enim eius totius deuotionis) ſed altiori modo, vidit manifeſtiſſimè Dominum Ieſu Chriſtum in gloria mirabili Paſſionis apparentem, & quindecim arma miri decoris geſtantem, hoc eſt, quinque tela, quinque haſtas, & quinque lanceas: quæ omnia Chriſti ſanguine rutilabant, & veluti ſydera micabant. Cui ait pijſſimus Mariæ filius: *Non timeas Petre, his enim armis uncta vinces adverſantia.* Cui ille cum tremore: *O Domine quid deſignant hæc arma tam glorioſa? Ad quem Dominus ait: Sunt,* inquit, *quindecim orationis Dominicæ excellentiæ, quæ, à cunctis repugnantibus valent liberare. Vade ergo, & prædica ſalterium meum, & cum tuis perora; & mox ſenties auxilium meum.* Quæ autem ſunt hæ virtutes tam mirabiles, & quantæ patuit in effectu. Nam cum hoc prædicaſſet, rediens ad terram ſuam infra breve tempus, vniuerſi corruerunt hoſtes, raptores reddiderunt ablata, Religioſi ipſius convaluerunt in cunctis: In tantum vice alia raptores pro præda intrantes eorum agros, & vineas, ac Monaſterium: ſubitò facti ſunt furioſi, aut Dæmoniaci, vel paralyſi reſoluti, vt non poſſent exire nec, ſe movere de loco, niſi pœnitentia facta, & petita cum humilitate ab eodem Priore indulgentia, qui tamen erant pluſquam quingenti equites. Hæc narrat Ioannes de Monte, qui aſſerit Chartuſienſem hunc, carnalem fuiſſe cognatum ſuum.



## CAPVT XII.

*De Chartuſiano vidente Ieſum iratum orbi telis feriendo, ni B. V. interceſſiſſet.*

SEquentis exempli non auctor eſt Alanus, ſed eius Collector, ſeu tranſcriptor poſthumus, id huc inſeruit, occaſione Carthuſiani, accidit que recens anno 1479. quo exeunte hic liber impreſſus eſt: Alano annis quatuor ante, fatis perfuncto.

Carthuſienſis quidam glorioſiſſimæ Dei genitrici, valde deuotus, & amabilis erat, eo quod ſingulis diebus temporibus congruis Pſalterium glorioſiſſimæ ſemper Virginis Mariæ cum certis meditationibus eidem deuote diceret. Quam obrem quadam vice, dum poſt horam completorij, eius Pſalterium, cum ſuis meditationibus valde deuote cōpleuiſſet, illico oculi eius ſomno gravantur, & in Spiritu aliquandiu raptus ductus eſt in regale, ac ſolemne Palatium vbi vidit maximam turbam, varijs ornamentis ornatam.

Inter cætera vidit Regem cunctis decoribus redimitum, cui infiniti aſtiterunt famulātes. Ipſa etiam aſtitit Regina venuſtiſſima à dextris eius, tenens dexteram Dei plenam, ignitis, & flammeis telis, qui ad modum iaculaturi deſuper in terram manum leuarat. Ad quem Regina: *Noli,* ait, *mi fili amantiſſime, noli, ſed parce miſeris peccatoribus, vt pœnitentiā agant.* Tunc Rex ait Reginæ: *Nunne iuſtus in omnibus vijs meis*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

meis appellor? Cur ergo non iuſtitiam operer? Nonne vides quid mundus agit? Nonne iniquitas in omni ſtatus primatum tenet? Tu igitur noli impedire iuſtitiæ opera. Cui Regina: Verum fat or, mi amantiſsime fili, ſed nonne miſericordia ſuper omnes cœlos elevata eſt? Et ideo miſericordiã negare non poteris. Nonne ſcriptum eſt: Cum iratus fueris miſericordiæ recordaveris? Reſpondi Rex: Verum dicis, quia miſericordiam volo, & non rigidam iuſtitiam, ſed miſericordiam nemo petit; ergo iuſtitia recte operatur. Reſpondit Regina: licet homines miſericordiam non poſtulent, optant tamen, vt eis tribuatur. Et noſti carnem humanam ex corrupta materia propagatam, idcirco ſemper magis tendit in corruptionem, quam in perfectionem. Et quia reſurgere non poterit, niſi mediante iuvamine gratiarum. Idcirco ego, quæ Mater miſericordiæ, & gratiarum dicor, quam negare nequaquam potero, quia plena ſum, quã plenitudinem ante tui conceptionem Angelus mihi annuntiauit, inquiens: Ave Gratia Plena Dominus tecum. Eandem igitur gratiæ plenitudinem in miſeris egentibus effundam. Et hanc vnã mihi petitionem exaudire velis peto. Reſpondit Rex matri: Pete, & filius nihil tibi negat. Tunc Mater Regina ait: Quamquam mi fili totus mundus à capite vſque ad pedes langueat, & non ſit ſanitas à maiore, vſque ad minorem, & quamvis tua Catholica S. Eccleſia valde periclitetur, & coinquinatis membris regatur; Nihilominus ego Mater gratiarũ vnam gratiunculam in mundum tanquã dulce electuarium effundam, vt quicunque ſumpſerint, & debito modo vtentur, integrè curentur. Et adiecit Regina dicens: Ecce eſt hic homo, qui me ſpeciali ſervitio in tribus Quinquagenis, Ave Maria, & quindecim Pater noſter, loco Pſalterij venerari ſolet, & in eis meam Conceptionem, Incarnationem tuam, Natinitatem tuam, Humanitatem, Vitam, & Paſsionem tuam, meamque compaſsionem vſque ad tuam Mortem; inſuper de gaudijs tuæ Reſurrectionis, meditari devotè ſolet. Nunc igitur peto, vt quicunque meum Pſalterium cum his meditationibus devote ad me flexis genibus competenti tempori dixerit, vt ille ſalvus ſit, & nulla mala morte moriatur, neque alio aliquo periculo deprimatur, O tuam indignationem ab eo avertas, quæſo. Tunc Rex depoſitis ignitis, & flammeis telis, amplexatus eſt, Reginam dicens: Tu Mater amantiſsima, non eſt fas tibi negare ſalutis fuæ exordia. Quicumque igitur ea ſic, ut petis devotè ſine culpa mortali impleverint à me miſericordiam, gratiam, & vitã æternam conſequentur. Et cunctam

gra-



gratiam, qualemcunque etiam tu, tuis famulis, in tui Pſalterij ſervitio, & eiuſdem meditationibus tibi famulantibus optaueris eandem eis benigno favore indulgere poteris. His dictis Regina Regem amiciſſimè eſt amplexata, & humiliter inclinans, iterum reſidebat apud Regem in ſede deaurata, multis adiunctis Choris Sanctorum. Et ſtatim reductus eſt Spiritus huius hominis ad corpus. Qui quidem bonus vir, quaſi graui ſomno ſoporatus, evigilabat, & hanc viſionem mente voluebat. Et ecce hora matutina, cum iam iterum compleſſet primam Quinquagenam Pſalterij glorioſæ Virginis Mariæ cum conſuetis meditationibus, apparuit ei B. Virgo Maria viſibiliter in maxima claritate. Qua viſa Frater ille valde turbatus eſt. Cui B. Virgo Maria dixit: Amice, ne paveas, ſum inquit illa Regina, quam hac nocte in ſpiritu vidiſti. Ecce vidiſti tunc Regem potentem tela ignita, & flammea tenentem, vidiſti, & me tenentem eius manum paratam iaculari ea in terram. Tu igitur diligenter auſculta, & quæ mandavero imple, & plures tecum ſalvabis, qui alias valde periclitarentur. Per tela ignita, & flammantia, quæ vidiſti in manu Regis fuerant deſignatæ diverſæ plagæ horribiliſsimæ; quibus filius meus iuſtiſsimè propter peccatorum enormitatem mundum plagare decrevit. Sed ego, quæ Mater gratiarum, & miſericordiæ vocor, retraxi manum eius, ne in furore ſuæ indignationis hoc ageret, & miſericordiam obtinui. Tu igitur eo modo, quo me in meo Pſalterio venerari ſoles, hoc diuitius ne differas apud te, ſed in publicum edoceas ſcriptis, & verbis. Adde etiam quamvis ad meum Pſalterium, multa conceſſæ ſint Indulgentiæ, ego tamen vltra illas devotè ſine culpa mortali, & flexis genibus Pſalterium meum orantibus, pro qualibet Quinquagena multò maiora addam. Rurſum Quicumque in hoc Pſalterio, cum prænominatis articulis perſeveraverit, in extrema hora ipſius pro fideli ſervitio, Plenariam remiſsionem à pœna, & à culpa omnium ſuorum criminum ei indulgebo. Hoc autem auribus tuis incredibile non videatur: Quod ſi hoc licet filij mei Vicario terreſtri. ſ. Papæ, cui hanc poteſtatem dedit, multò magis licebit mihi, Regis cœleſtis Matri, quæ Gratia Plena, appellor, & ſi plena, ego largiſsimè meis charis gratiam effundam. Idcircò vt fidelis miles perage negotium Reginæ cœleſtis, vt errantes per me ad viã vitæ reducantur, & vt tu in illa die recipies coronam lætitiæ, quam iuſtus Iudex daturus eſt tibi. Et his dictis euanuit.

Conſiderans deuotus vir rem geſtam, & negotium Reginæ ſibi commiſſum, docuit, & ſcripſit quantum potuit, emmittens ſcripta ſua ad diuerſa loca, quibus tam ſpirituales, quàm ſæculares ſe emẽdare poſſint, vt miſericordiam, & gratiam in præſenti, & gloriam in futuro conſequi valeant. Amen. Reuelata ſunt hæc huic Patri Carthuſienſi in die Annuntiationis glorioſiſſimæ Virg. Mariæ hora Completorij. Anno Incarnat. Dom. 1479.

## CAPVT XIII.

*Gratum Deo. Cælitibuſque vtile eſſe Pſalterium, oſtenditur.*

QVidam de Patribus, qui obierunt Anno 1431. in domo Treuirenſi Carthuſienſis Ordinis in ſcriptis reliquit, qualiter onus illorum, qui ſe in Roſario exercere conſueuit; deductus fuit in ſpiritu vſque ad cœlum empyreum, vbi inter multa arcana vidit, & audiuit, etiam clariſſimè vidit, quod idem Roſarium præſentabatur Altiſſimo, & quod B. Virgo Maria, cum Virginibus ſuis, & omnes Angeli, & Sancti vniuerſi ab Adam, vſque ad illud tempus acceſſerant, & Omnipotenti Deo gratias egerunt, & benedixerunt, pro ſanctis exercitijs, quæ fiunt circa illud Roſarium in cœlo, & in terra. Et orauerunt pro cunctis Religioſis, & deuotis hominibus: qui ſe in illo exercent, vt gratia, & pax eis adiungatur in terris, & gloria accreſcat in cœlis. Idem vidit, & audiuit quod prædicti omnes Sancti, & Angeli Dei ipſum Roſarium deuotiſſimè decantabant cum ſuis meditationibus, addentes ad quamlibet meditationem, ſeu clauſulam ibi additam *Alleluia*, iucundiſſimo cum cantu. Quoties etiam nomen B. V. Mariæ ibi nominabant humiliter ſe inclinabant. Ad nomen verò Ieſu Chriſti genua deuotiſſimè ſinguli flectebant, iuxta dictum Apoſtoli: *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Dictum fuit etiam illi clara, & aperta voce, quod quoties quis dictum Roſarium compleret, cum ſuis meditationibus adiunctis toties plenam perciperet omnium peccatorum remiſſionem. Vidit etiam innumeras, pulcherrimas, lucidiſſimas immarceſcibiles odoriferas coronas; quæ reſervantur his, qui ſe deuotè exercent in eodem. Et toties additur illi huiuſmodi corona in cælo, quoties quis ſertum huiuſmo-





di ad laudem Dei, & eius genitricis dixerit. Idem Pater nõ ſemel, ſed pluries aliquando vna die gaudia cæleſtia vidit, & audiuit. Et quandoque etiam in corpore conſolationem magnam, ac confortationem percipere ſolebat, ſecundum quod ſe in ipſo Roſario deuotè exercere poterat. Et licet ſe in ſuis ſcriptis non nominarit, ipſum; tamen eundẽ qui hæc ſcripſit, fore minimè dubitamus. Talis enim conuerſationis fuit inter fratres, tantæ deuotionis, patientiæ, litteraturæ, gratiæ, & fortitudinis etiam in corpore licet rigidè vixerit, & prè cunctis cæteris meritò huiuſmodi meruerit habere revelationes. Sic tamen eadem, quæ diuinitus cognouit, prudenter occultare ſciuit, vt communi Fratrum converſationi non oſtenderit ſingularitatem, ſed ſolatioſus, & conſolatus cunctis exiſteret.

## CAPVT XIV.

*Pulchra viſio B. Alano ſponſo nouello Mariæ Virginis Facta.*

QVidam deuotus Beatiſſimæ ſemper Virg. Mariæ, in Pſalterio, in quodam feſto Magno Virg. Mariæ fuit raptus veraciter ad ſuperna. Videbaturque ſibi; quod ex omni parte voces audirentur terribiliſſimè clamãtes: *Vindictam, vindictam, vindictam, de habitantibus in terra.* Poſt iſtos autem cernebat, quod è cœlo erumperent tanquam flumina ignea ſupra terræ habitatores. Illicoque perijt hominum innumerabilis multitudo, ad clamorem autem pereuntium cæteri cœperunt clamare pro auxilio. Subitò de cælis aduenit nauis ſyderea, ſtellis ornata, multiſque alis albis alata, & hæc per aëra ferebatur; miro modo deſuper tecta. Erat autem tantæ magnitudinis, & innumeri in eam intrare potuiſſent. Quid vltra? Cernebat L. de parte vna nauis, & L. de parte alia, & L. ſupra tectum, qui cum vrnis aquam infundebant, extinguentes horribiliſſimum, quod ardebat incendium. At in capite nauis tanquam Patrona reſidebat quædam Domina, tam mirabilis, vt ſit inexplicabile. Iris Dei ambiebat nauem illam. Porrò Regina hominibus periclitantibus, ſic ait: *O miſeri filij hominum ad me confugite, ne præſenti in hoc diluuio pereatis. Et ſicut dudum mundus a diluuio peccatorum eſt liberatus per Salutationem Angelicam, ſic & nunc venite ad me per eandem ſalutationem.* Quid amplius? videbat

quod vniuerſi, qui hanc Salutationem accipiebant haberent auxilium. Veniebant autem Columbæ candidiſſimæ, quæ eos ad arcam deportabant. Et Beatiſſima Maria conuiuiū magnum in eſcis totius iucunditatis, & in vino diuino inebriationis eis faciebat. Poſt hæc mandabat hæc Domina Angelis triuṁ Quinquagenarum, qui incendium extinguebant in monte altiſſimo, & in breviſſimo tempore ædificauerunt Ciuitatem, miræ magnitudinis cum Turribus C. & L. vbi omnes Pſalterij Virg. Mariæ Oratores fuerunt poſiti, vt præſervarentur ab incendio, quo nunc pænè totus mundus in omni ſtatu devoratur. Et ait Benigniſſima Maria: *Sicut qui Nauim Noe cōtempſerunt, omnes in diluvio perierunt, ſic omnes qui me, & Pſalterium meum contemnunt, temporibus noviſſimis, proculdubio in iſto peribunt.* Et heù, heù, quis dicere poſſet quantum, & quale fuit hoc diluvium? Non enim puto humana lingua id exprimi poſſe. Nam vt brevius concludam, tanquam alter Infernus videntur. Nullibique miſericordia apparebat, niſi vbi Maria invocabatur. Et heù, heù, qui dicam? Perſona quæ hæc vidit plurimos vidit, qui debuiſſent ex officio ad Mariam confugere: tali in tempore diluvij, qui tamen magis eam blaſphemabant, & cum blaſphemijs ſuis turpiſſima morte, tali in diluvio ad tartara decurebant. Plurimos autem vidit viros, ac mulieres ſimplices, qui in ſimplicitate ſua ad Mariam, cum Pſalterio ſuo confugientes, ab ea habebant benedictionem, & præſervationem. Inter quos vidit quoſdam Eccleſiaſticos, quoad primum genus; & quoſdam laicos, quoad ſecundum, qui eadem die ſunt mortui rumpere peſtis, Eccleſiaſtici quidam duo, aut tres. Laici verò quinque, vel ſex, quos nouit maxima cum deuotione decedebant. Et hoc eſt, quod dicit Dominus in Euangelio: *Servus ſciens voluntatem Domini, & non faciens plagis vapulabit multis; neſciens verò plagis vapulabit paucis.* Luc. 12. Propterea, & conſcientiæ noſtræ puræ habeantur, tempore iſto periculoſiſſimo Virgo Mater, cum filio, in eorum ſalutentur Pſalterio.

## CAPVT XV.

*Exemplum de Monacho facto repente docto.*

DEvotiſſimus quidā Monachus in Pſalterio B. Virginis Mariæ, poſt tempora longa, merito huius Pſalterij, fuit raptus ad ſuperna, vbi vidit Regem Angelorum in gloria ſuæ Maieſtatis, in cuius conſpectu fuit liber infinitæ Magnitudinis, in quo omnis ſcientia ad plenum deſcripta erat. Iſtum ergo famulum Mariæ Virginis, Maria perducens ad filium, obtinuit ab eodem filio ſuo: vt legeret in eo libro. Legit, & ſecundum diuerſa folia, plenitudinem ſcientiæ habuit. Sicque rediens ad ſe ipſum, mirabatur, & ſcire cupiebat ſi hæc vera eſſent. Itaque libros intuetur; & omnia intelligit pleniſſimè, cum alijs loquitur Monachis, & omnes ſuperabat, in tantum, vt putarent eum dæmoniacum, qui ſummus dæmonum fuit inimicus. Poſtmodum autem, vt antea viuendo, docebat, & prædicabat ſemper, & frequentius de Virgine Maria ſibi in ſuo Pſalterio quotidie pſallendo meruit hæc dona, & poſtmodum ad Regna ſempiterna pervenit.

(✠)



## CAPVT XVI.

*Fructuoſum eſt orare Pſalterium Virginis glorioſæ, cum receptione diſciplinæ.*

### PRÆFATIO.

L*Audate eum in Pſalterio, &c* Pſalm. 150. Quoniam in laudibus ſponſi, & ſponſæ Ieſu Chriſti, & dulciſſimæ ſemper Virginis Mariæ, tota eſt hominum ſalus; dicente S. Bernardo in ſermone quodam de Sponſo, & Sponſa: *Bonus enim in terris eſt Pſalmus, ideo iucunda, decoraque laudatio. Propterea lauda anima mea Dominum, quam diu vita te comitatur.* Sed quid tantis ſalutatoribus noſtris pro immenſis beneficijs referam gratiarum actiones? Proculdubio: *Cantabo Domino Canticum novum,* ſcilic. Angelicum, & laudabo eos in Pſalterio Virg. Mariæ, ſcilicet Ave Maria. Nam ſalutatio Angelica eſt ſummum Euangelium, quoniam eſt caput, & origo, & Mater Domini Ieſu, ac vniuerſorum Euangeliorū. Per quod Deus eſt Incarnatus, ſecundum Anſelmum. 2. Maria Dei Mater effecta, quod Deus nihil maius facere poteſt in pura creatura, ſecundum S. Thomam. 3. Diabolus eſt ſuperatus, ſecundum S. Au-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

S. Auguſtinum. 4. Mundus renovatus, ſecundum B. Hieronymum. 5. Infernus evacuatus, ſecundum Baſilium. 6. Peccata remiſſa, ſecundum Gregorium. 7. Virtutes reparatæ, ſecundum Remigium. 8. Sapientia mundo præſtita, ſecundum Fulgentium. 9. Infirmi ſunt ſanati, ſecundum Damaſcenum. 10. Mortui ſunt ſuſcitati, ſecundum Didimum. Quid amplius? 11. Sanè per hoc Pſalterium, quod dicitur quaſi ſalutarium à Salutatione, ſalus æterna eſt mundo condonata, iuxta Nazianzenum. 12. Cœleſtia reparata, iuxta Gregorium. 13. Trinitas Beatiſſima placata, iuxta Ambroſium. 14. Imo captiui ſunt liberati, & ſervi redempti, ſecundum Oroſiū. 15. Sedentes in tenebris, & vmbra mortis, viderunt lucem humanæ ſalutis, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum iuxta Ioannem Chryſoſtomum. 16. Exules quoque, & pauperes reducti ſunt in Regnum proprium, & Paradyſum deliciarum, ſecundum Haymonem. Quid vlterius? Dico quòd omnes mundi creaturæ ſimul ſumptæ nequeunt comprehendere ſufficienter Salutationis Angelicæ laudes inerrabiles. Solus ipſe poteſt, qui ſolus per hanc eſt natus de Intemerata Virgine ſemper Maria. O igitur omnes laudate Deum in Pſalterio, ideſt, in Pater noſter, & Ave Maria, ſecundum numerum Pſalmorum Dauidicorum, quia hæc ſunt Cantica Canticorum Noui Teſtamenti. Sicut fecit quidam Religioſus nuper, vt ſequitur.

## HISTORIA.

CVm quidam Religioſus Spiritu Sancto inſpirante, diù Pſalterium Mariæ Virg. oraſſet, & flagellis, ac virgis ſe acriter diſciplinaret, die quadam inſtantiſsime cœpit Mariam Virg. rogare, vt ſibi dignaretur viam oſtendere, per quam omnes homines ad eam, & filium ſuum poſſent citò, & feliciter inter tot mala, & adverſa, in quibus nunc totus mundus immerſus eſt, pervenire: Cui ſic feruentiſſimè oranti apparuit B. Virgo Maria peccatorum advocata, & dixi ei: Hæc eſt cariſſime Sponſe vera ſalutis via omni ſpecie lapidum pretioſorum fundata, omni ſpecie Florum decorata, & omni ſpecie Stellarum ſeminata, videlicet: Quotidie, vel pluries filio meo, & mihi Pſalterium meū offerre, veſperè, mane, & meridie, vt quindecim Pater noſter, & totidem Ave Maria, addendo horum cuilibet decem Ave Maria, ſic erunt in toto 150. Ave Maria, ſicut ſunt in Pſalterio 150 Pſalmi, in quibus Pater noſter, & Ave Maria ſunt figurata, & implicitè contenta. *Et cum quæſiſſet, quare in tali numero ſibi magis placebat? plures ei rationes pulcherrimas aſſignabat alibi poſitas. Dixit igitur:* Hæc eſt vera ſalutis via, quam ob dilectionis meritum tibi oſtendi, per quam poſſunt omnes venire ad me in gratiarum benedictionem, ſi dicatur cū diſciplina centum, & quinquaginta ictuum, cum virga, aut per compreſſionem, vel punctionem carnis, in femore, in manibus, in cruribus, in pectore, ſive alibi. Quæ diſciplina punctionum eſt Regia diſciplina. Nam poteſt fieri vbique, ſemper, facillimè, ſecretiſſimè, & pro omni bono faciendo, & omni malo fugiendo. Nam ſicut cuidam heſternis temporibus revelavit famulo meo, qui quondam flagellis ſe acriter diſciplinare ſolebat, ſed tandem cum locus ſuus eſſet in medio Fratrum multorum ſui Ordinis, & præ verecundia flagellis ſemper ſonantibus, ſe cedere non auderet, ob hoc tentationibus fugatis per priores diſciplinas, innumeris redeuntibus, carnis, diaboli, & mundi, adeò, vt penè in omnibus deficiens propè, heù, deſperaret, dignata ſum ego Mater miſericordiæ ipſi apparere. Cumque trepidaret, ipſi aio: Non dubites fili, nam ego ſum Mater Dei. Ac ille inquit: Si Mater Dei eſtis, ſupplico propter merita veſtra. Filijque veſtri, ac totius Eccleſiæ militantis vt liberare me dignemini ab iſtis tentationibus, per omnia mihi importabilibus, & damnabilibus. Ad quem ego: Hæc, inquam, ò fili tibi contigerunt, quia arma tua proiecciſti, & mundum rapidis hoſtibus te expoſuiſti. Arma dimiſiſti, filiam iuſtitiæ, ſororem Religionis, amicam pœnitentiæ, Dominam humilitatis, Duciſſam fortitudinis, Magiſtrā Caſtitatis, Fabricatricem devotionis, Amicam Sanctorum, Nutricem omnium bonorū, Medicamque omnium malorum, Domicellam meam chariſſimam, & devotorum mihi ſponſam, videlicet, diſciplinam quam abire, deficere, & turpiter perire permiſiſti. Quod enim ictus tibi dabas, tot muros ferreos tentationibus obijciebas: Quot verbera ſuſcipiebas, tot ſcuta cœlica contra dœmonum tæla apponebas. Quot vlterius ictus tibi conferebas, tot arma Angelica recipiebas, tot turres aureas,

&c.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

& caſtra argentea tibi fabricabas. Quot ictus recipiebas, à tot ictibus pœnarum viuentes, & defunctos liberabas, tot gaudia mihi, omnibuſque Sanctis, & Angelis generabas, totque triſtitias ad te deponebas, totidemque carnis ſpurcitias, ac tot mentis concupiſcentias à te depellebas, quinimo tot triſtitijs, ac vinculis, atque carceribus dæmonis cuncta afficiebas, vinculabas, & incarcerabas. At ille ait: O Domina mea, iam pro certo, per omnia veriſſimum eſſe, comperi, quod narraſtis. Nam cum dudum infinitis peccatis, etiam graviſſimis, repletus eſſem, & horribiliſſimis, vt iam nullo modo à peccatis abſtinere poſſem: poſt huiuſmodi diſciplinas, mox ſtatim ſupra meam ſpē, & omnium meorum Confeſſorum reſurrexi, & mox omnes alios, etiam deuotiſſimos in oratione, vigilijs, abſtinentijs, ieiunijs, cæteriſque exercitijs deuotionis ſuperaui, adeo, vt maximum videretur mihi martyrium ſufferre potuiſſe. Ob hoc funibus, cordis, & flagellis duriſſimis ſæpius corpus meum cruentabam, maximo cum fervore, & poteſtate. Sed quando diſciplinas huiuſmodi dimiſi, omnia etiam facillima, fuerunt mihi difficillima. Quamvis autem in principio difficile erat minimum ictum recipere tamen paulo poſt facillimum fuit etiam horrendas ſuſcipere percuſſuras, imo etiam gaudioſum, adeò vt quandoque, quando triſtijs magnis, & tentationibus eram afflictus, per huiuſmodi diſciplinas redderem me lætum præ omnibus alijs, fortemque cōtra peccati temperamenta, ſic vt maluiſſem pati omnia mūdana ſupplicia, quam vnum ſolum peccatū mortale committere ex certa ſcientia. Sed heù, me miſerum, de omni bono ſpirituali nauſeam nunc habeo, & tædium, & omni malo præſſus ſum, & immerſus in profundum. Veruntamen ò Regina miſericordiæ ſuper hoc miſero mihi indulge, quia vt melius noſti, verecundia has dimiſi, & pudore. Cui illa: Fili da mihi manum tuam. Quia humiliter oblata, apprehendit dexteram, & ait: Fili, Regiam nunc tibi oſtendo diſciplinam, facillimam, generaliſſimam, & fructuoſiſſimam, ſicque digitis ſuis pellem manus ſuæ, ictibus paucis cæpit comprimere loquenſque ei, dixit: Sentiſne fili à me iſtas puncturas? Tunc ille clamans præ dolore: ò ò ò Domina, inquit, & ſentio, & ſcio, quod ſecretius, & humilius me iſto poſſum



cruciare modo quam flagellis multis. Et ego ad eum: Redi ergo, ad priora, & contra omnia mala, & tui, & tuorum, & pro te, & pro tuis, hanc facito pœnitentiam ſecundum Pſalterium, vt ad minus quinquaginta ſuſcipias puncturas de ſero ante lectū, poſt matutinas totidem, & in die etiam totidem. Sicque diſparui. Et ille, vt docui, fecit, & nunc facit, & ad priora, imo etiam ad multo maiora ſanctiora deuenit.

Sponſus: O Domina ſupplico, quatenus brevi compendio intimeris, quid vobis ſit faciendum, à cunctis peccatoribus pauperculis. Maria reſpondi: Audi Auguſt. diſcipulum meum loquentem: Inquit enim: Si volumus Ieſu Chriſto, & Mariæ eius Matri dulciſſimæ ſumme placere, totum noſtrum eius offeremus corpus, & animam, interiora, & exteriora. Propterea parum placent Deo oracula, quæ ſunt ſine pœnitentia, nec pœnitentia placet, corporis pœna, ſimulque diſciplina. Hæc ille de quodam ſermone de me.

## CAPVT XVII.

*Schemata Pſalterij, eius meritum deſignantia in Cælis.*

SPonſus nouellus glorioſiſſimæ Virginis Mariæ fuit aliquando raptus in ſpiritu, poſtquam diu Pſalterium Virginis Mariæ orauerat: in quo raptu vidit ſibi aſſiſtentem Beatiſſimam Virginem Mariam, totius mundi Reginam, quæ ſic eum allocuta eſt: *Cur*, inquit, *more ſolito non deſervis mihi in Pſalterio meo? Recte incepiſti, ſed acedia multum tepeſcis, cum deberes de die in diem proficere orando. Et ne modicam putes mercedem eſſe, quam tibi dabo ſi fideliter mihi in Pſalterio meo ſervieris, vltra eam quam accepiſti: veni mecū, gloriam, & excellentiam tibi manifeſtabo ampliorem.*

Sic itaque Maria Virgine ducente ad cœleſtia pervenit pallatia. Vbi primo vidit Civitatem, in gloria inenarrabilem, ex argento, auro, & cryſtallo, ac margaritis miro modo compoſitam. In cuius muro altiſſimo erant 150 turres gloriæ ineffabilis, in quibus Angelorum erant excubiæ, & epithalamium cœleſte, ſc. Ave Maria concinnebant in immenſum dulcius ſuper omnem mundi harmoniam.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Poſtmodum infra Ciuitatem erat *Caſtrum* infinitæ gloriæ, magnitudinis, & altitudinis immenſæ, ex omni lapide pretioſo confectum, in quo erant 150. propugnacula pulcherrima, in modum turrium. Ibique erant Patriarchæ, Prophetæ, ibi etiam Apoſtoli, Martyres, Confeſſores, Virgines, gaudentes inenarrabili lætitia.

Atque infra hoc Caſtrum Hortus fuit paradiſi amœniſſimus 150. habens diſtinctiones. Ibi erant lilia, ibi roſæ, ibi arbores, ibi vniuerſi fructus deſiderabiles, odorque ſuperans omnem hic deſiderabilem fragrantiam. Atque in illis arboribus erant auiculæ ex omni ſpecie, quæ omnes concinnebant Pſalterium V. Mariæ, dicendo *Pater noſter, Aue Maria*; cum tanta ſuavitate, vt hæc melodia potuiſſet omnem mundi fugare miſeriam.

Quid amplius? In huius paradiſi medio Pallatium fuit Imperiale Trinitatis, ex ſtellis radioſiſſimis miro modo fabricatum, ibique erant 150. thalami, cum totidem admirandis tabernaculis, in quibus Virginum, & Sanctorum innumerabilis aderat multitudo qui aſſidue decantabant ſalutare Angelicum, cum gaudio inæſtimabili, & inenarrabili, Aderantque Angeli in Pſalterijs ſuauiſſime ſonantes, totuſque mundus reſonabat in vocibus eorum.

In medio autem Pallatij fuit Tribunal, ſive thronus infinitæ gloriæ, vbi reſidebat ille ſponſus animarum, Dominus Ieſus Chriſtus. Qui Matri, & Virgini advenienti aſſurgens, eam conſidere ſecũ fecit. Tunc illa Virginea voce ait illi: *O fili dulciſsime, quæ Sponſo meo promiſi, placeat quæſo tuæ pietati confirmare.* Tunc ille ait: *Mater, & ſponſa chariſſima quæ poſtulas impetraſti, voluntas tua fiat.* Tunc ſubridens Maria ait: *Ego promiſi ſponſo meo totam hanc Ciuitatem cum omnibus habitantibus in ea, & ſimiles ſpopendi cunctis ſervientibus mihi in Pſalterio meo.* Tunc piiſſimus Sponſus Ieſus Chriſtus ait: *Et ego, ô ſponſa chariſsima, tui amore me eis cũ omnibus poſtulatis in æternum condono, ſi perſeveraverint in Pſalterio noſtro, vt de his omnibus ſuam faciant voluntatem.*

Et tunc videbatur præfato Sponſo, quod Maria Virgine apprehendente manum eius, ducebatur ad amplexus dulciſſimi Ieſu, bibitque de omnibus vulneribus eius ambroſiam æternorum gaudiorum, ſecreta Dei ibi cognovit admirabiliſſima. Atque ei Dominus Ieſus Chriſtus: *Adde, & fortius orare memento, & attentius ſi Ciuitatem tuam volueris facere ampliorem, & ſuaviorem.* Sic volens, nolens cæleſtia dimiſit, & in terra ſe triſtem reperit, de tantæ gloriæ dimiſſione.

Vt ergo reſolvantur dubia torpentia excitentur, & cœleſtia acquirantur palatia, nos more ſolito ſalutemus Mariã, & Filium ſuum in eorum Pſalterio, dicentes ſemper mente ſerena. *Aue Maria gratia plena, &c.*



## CAPVT XVIII.

*Breviſsima miracula moderna circa Orationem Dominicam.*

### PRÆFATIO.

Qvemadmodum leges, & ordinationes Sanctorũ abierunt in oblivionẽ; ſic fidelium negligentia, & mundi tanta Pſalterij Mariæ Virgine indigne ſepeliuit bona, quod non ferens pia Dei genitrix, hæc reformari noſtris temporibus ſæpius præcepit, multis cum ſignis & prodigijs dicens ſuo nouello ſponſo.

Sicut mundus per Aue Maria fuit renovatus, infernus evacuatus, cœlum reparatum, ſic & nouiſsimis his temporibus peſſimis tali ſuffragio, ipſa eadem piiſsima Deigenitrix Maria mundum iterum ad ſanctas Dei leges reformari intendit.

Addens plurima ſe gratiarum genera collaturum his, qui Pſalterij huius cultores erunt, & prædicatores. Qui verò eius erunt depravatores, aut impugnatores, non dubitent, quia contra ſe prouocent Regiuam miſericordiæ: quod ſæpius iam heu! heu! expertus ſum. Nam omnes pene tales hoc impedientes, aut conuerunt in maximum peccatum, aut ſcandalum, vel graviſsimum damnum, aut in mortem peſſimam.

Quapropter vos vniuerſi fideles Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Mariæ Virginis filij attendite quæſo fidem veſtram, conſiderate mortem veſtram certam, & horam incertam, temporaque in præſenti periculoſiſsima, nec non & futura ſupplicia æterna. Pro quibus bonis acquirendis, & malis fugiendis accipite, & orate Pſalterium V. M. laudando Sanctam Trinitatem ſemel ad minus in die in hoc beatiſsimo Pſalterio. Ad quod & ſi non moueant prædicta, ſaltem moderna provocent exempla.

Nec enim dicere auſi eſſemus, niſi certificati indubie pe-

penitus fuiſſemus. Tanquam enim Doctor veritatis loquor, pro diuina veritate, pro naturali, pro moribus quoque, ac pro totius militantis Eccleſiæ vniuerlali ſalute.

## NARRATIO.

AGnovi in Vvaldenshuſen quendam, qui homagiũ diabolo fecerat, Chriſto & Baptiſmo negato, ſed miro modo per Pſalterium hoc acceptum, filiationem recuperauit divinalem. Quia *Pater noſter*; Inde etiam poſtmodum promeruit, vt Pater eſſe multorum aliorum Deo ſervire volentium. Vidi etiam mortuos hoc ſuffragio eſſe reſuſcitatos. Quinimo & morti quaſi condemnatos in peſtilentia, hoc ſalutari antidoto à morte vidi eſſe ereptos, quia *Qui es*: in Pſalterio repetebat.

Conſequenter perpendi proprijs oculis, aliquos Religioſos omni vanitati deditos, qui ſalubri hac medicina prorſus cæleſtiales ſunt effecti, quia *In cœlis*.

Deinde meretrices & vſurarios per hoc caſtimoniæ vinculum ſæpius pendi de no o eſſe ſanctificatos: quia *ſanctificetur*.

Exinde blaſphemos, & omni malignitate plenos, incorrigibileſque per hoc fidei oraculum, ſcio perductus ad omnimodam nominis Dei reverentiam: quia *nomen tuum*.

Fuit etiam quidam Rex privatus ſuo regno proprio, tempore noſtro, qui per hoc Pſalterium acceptum propriũ recepit regnum. Quia *Adueniat regnum tuum*.

Gaudium habui aliquando ſummum, quia perpẽdi quoſdam Apoſtatas à Religione, & à S. Dei Eccleſia apud Infideles metu pœnarum converſantes: ſed gaudioſo hoc ſuffragio, ſic ad diuinam rediere͂t voluntatem, vt martyrium fortiſsime pertulerint. Inter quos quidam Antonius fuit de ordine Fratrum Prædicatorum temporibus noſtris: quia *Fiat voluntas tua*.

Habui prodigium inſigne per hoc oraculum ſalutare in clara experientia, quod in quibuſdam terris, vbi fuit auræ per maxima intemperies, nociva ſupra modum hominibus, atque omnibus, ſed prædicato hoc cœleſti ſuffragio, optata cunctis redit ſerenitas: quia *ſicut in Cœlo*.

Inde experimento probavi ſterilitatem in quibuſdam terris, & peſtiferam cladem horribiliſsime graſſantem, ſed ſtella hac adveniente amanda, ſcil. Pſalterio B. Virg. Mariæ, terrigenis, terriſque illorum eſt benedictio collata; quia *& in terra*.

Pretioſiſsimam Euchariſtiam, noui multos, præ peccatorum ſuorum pondere habere in nauſea, & in irreverentia, ſed habito hoc remedio deuotionis in toto ſingularem ſenſerunt in tam mirabili Sacramento ſuavitatem, adeo vt ſæpius vellent communicare, eo quod ibi videbant ſenſibiliſsime ingentia opera Dei. Cuius clementia diuinitus illuſtrati, Chriſtum Ieſum ibidem ſenſibiliter intuebantur: quia *Panem noſtrum quotidianum*.

Læta etiam mente aliquoties perpendi, quoſdam immiſericordes, & feroces tanquã Leones, vt in quodam milite, quem non noui nomine, ſed fama, qui acceptis armis Pſalterij huius, ſic dabat, & abundanter erogabat, vt datores omnes clementia in terris illis ſuperabat, quia *Da nobis hodie*.

Miro modo virum cognovi, qui in tantam corruit deſperationis voraginem, vt nemo, agnoſcens eum, poſſet aliquid de eius ſalute ſperare, ſed accepto huius Pſalterij ſpei bravio, in ſpe ſuperabat, & opere multos etiam deuotiſsimos, quem agnoui: quia *& dimitte nobis debita noſtra*.

Noui etiam præpotentem in mundo Baronem, & Comitem qui immortale odium gerebat, contra ſimilem ſibi in potentia Principem, & propterea mala contigere innumerabilia, ſed accepto, pacis oraculo, pax tanta eſt firmata inter eos, vt hi duo putarentur, tanquam Auunculus, & Amicus, quia *ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*.

Oculis etiam proprijs vidi quendam à diabolo poſſeſſum, ſed cum portabat onus Pſalterij huius Euangelicum, continuo liberabatur: Cum autem illud dimittebat, ſtatim ab inimico vexabatur, & ſimilia plurima ſæpius vidi & audiui, quia *Et ne nos inducas in tentationem*.

Præterea conſpexi viros & mulieres, qui mihi dixerunt defunctos ſibi apparuiſſe, ſub veriſsimis fidei indicijs tanquam cruce ſignatos, qui dicebant quod cito eſſent liberati à pœnis, quia pro eis Pſalteria hæc dicebantur à quibuſdam deuotis mulieribus, religioſiſque viris, quia *ſed libera nos à malo. Amen*.

Hæc idcirco dixerim XV. exempla ſuper Dominicam orationem, quoniam ſi verba Sanctorum, & Doctorum, ac Prædicantium, & conſilia dantium maximæ ſunt efficaciæ in quam plurimis, nulli dubium, quin per verba Dominicæ orationis, æqualia poſſunt fieri & maiora. Quod libet autem XV. horum verbo-

Pre-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

borum, ordinatur ad decem Dei mandata iure diuino, vt merito tali iure etiam in oratione Dominica numerus Sãctus Pſalterij Trinitatis ſanctiſsimæ habeatur.

Et pari modo quindecim verba ſequentia Annuntiationis Dominicæ ordinantur, iure naturali & diuino ad Chriſti decem mandata, quindecies autem decem ſunt centum quinquaginta. Ex quo patet quod duæ hæ orationes duo deuotiſsima in numero, & virtute includunt Pſalteria, vt merito ſint Pſalteria nuncupanda.

## CAPVT XIX.

*Exempla Quindecim breviſsima circa Ave Maria.*

VIrginis quoque Mariæ Epithalamium (ipſa Regina Clementiæ cooperante) ſignis plurimis nedum antiquis, verum etiam novis eſt ſupra modum magnificatum.

Nec immerito, cum ex tali exordio ſit verbum Dei factum caro. Aſpexi aliquoties quadam in Eccleſia peccatores hoc ſaluberrimo antidoto, talem habuiſſe contritionem tantamque lacrymarum copiam, vt non fuerit dubium quin Maria apparuerit ibi, & manum appoſuerit, quia AVE.

Beata etiam Maria cuidam indocto tali libro ſcientiarum copiam contulit, & ſapientiã, & intelligentiam, vt putares eum in ſcholis eſſe peritiſsimum, quia MARIA, quaſi illuminatrix.

Clariſsima etiam huius mundi Advocata Maria cuidam adhuc viventi, contulit pro gratiarum munere omni die ſentire in ſe aliquod gaudium paradiſi, excedens omne gaudiũ mundi: quia GRATIA.

Dulciſsima hæc Angelorum Regina, cuidam Matronæ valde miſerabili & egenti, temporibus noſtris in Francia, diuitiarum maximam copiam contulit, in tantum, vt poſtmodum eſſet Mater nutrix cunctorum pauperum, quia PLENA.

Emerita Maria Pſalterij huius medio his in diebus captivos plurimos, de carcere liberavit, quando votum fecerunt Pſalterij, quia DOMINVS.

Fœliciſsima præterea Maria Pſalterij iſtius virtute, quendam delirum & rapidum in tantum, vt alios laniaret, per appoſitionem Pſalterij in ipſius collo mox liberauit & tanquam agnum manſuetum effecit, in Picardia, me præſente, quia TECVM.

Glorioſa rurſus Maria Pſalte-

te-



terij huius medio cuidam non loquenti per tempora multa, reddidit loquelam. Cum enim Pſalterium oſcularetur, & collo ſuo aptaretur, mox perfectum ſuſcepit linguæ beneficium, quia BENEDICTA, quaſi bene dicens, & loquens.

Honorabiliſſima vlterius huius mundi Imperatrix cuidam cæco ab annis multis ipſius Pſalterij remedio, ſubvenit perfectum illi reſtituendo viſum, quia TV, quod eſt demonſtrativum, & relativum ſecundum Priſcianum.

Immenſæ etiam pietatis hæc Maria cuidam in Francia ad mortem condemnato, inauditam per Pſalterij huius votum præſtitit clementiam. Nam ille carceres & vincula talia confregit, quæ vix fabri frangere poſſent, multis diebus, & ſic evaſit. Quinimo, & alium patibulo affixum, huius Pſalterij voto Maria liberavit. Mox enim poſt votum de patibulo ſaltauit, & per medium ſtipatorum ſic cucurrit, quouſque libertatem in quadam Eccleſia acceperit, quia IN MVLIERIBVS, quæ ſunt naturaliter piæ, ſecundum Auguſtinum.

Chariſſima amplius hæc Domina, his in diebus cuidã pauperculæ Pſalterij voto ſe aſtringenti, in iudicio contra ditiſſimos ſententiam optimã conceſſit, nolente iudice.

Tribus enim vicibus cum ſe iudex æſtimaret contra eam proferre ſententiam, pro muliere cauſam approbavit per omnia, quia ET BENEDICTVS, Chriſtus enim ſecundum Auguſtinum eſt benedictus iudex omnium.

Laudabiliſſima hæc Maria Pſalterij huius fructificatione cuidam mulieri ſterili præſtitit filium, qui poſtea moriens Mariæ meritis iterum rediijt ad vitam, quem & vidi in partibus Hollandiæ, quia FRVCTVS.

Miſericordiæ conſequenter Regina huius Pſalterij virtute cuidam meretrici tantam contulit gratiam, vt nunc in Picardia ſtans, ſemper cum cilicio, & catena ferrea ad corpus, & ſupra terram dormiens, ieiunando in pane & aqua, horrendiſsimam cunctis faciat pœnitentiam quæ & Spiritum prophetiæ, & Sanctorum conſiliorum in multis dignoſcitur habere, quia VENTRIS, venter enim Mariæ ſecundum Ambroſ. eſt templum totius continentiæ.

Nobiliſſima ſimiliter hæc Maria temporibus nouiſſimis iſtius Pſalterij poteſtate, cuidam abiecto & ſpreto ab hominibus potentiam, ſuper omnes, tantam præſtitit, inimicos, vt ad ſuam voluntatem, vi-

vi-

viuerent, aut morerentur, quia Tvi. Qui enim eſt Mariæ teſte Anſelmo, de Mariæ participabit poſſeſſiva poteſtate.

Omnipotentis Dei hæc pijſſima Mater Pſalterij huius virtute conceſſit dudum S. Catharinæ Virgini, & Martyri, Sponſam eſſe filij Dei. Et idem, eadem pijſima S. Catharinæ Senenſi Ordinis Prædicatorum, innumeris cũ ſignis, & prodigijs, conceſſit, quia Iesvs qui eſt Sponſus animarum ſecundum Auguſt.

Pijſſima demum hæc Clementiæ Regina, alteri cuidam morienti, iſtis temporibus apparuit, qui hoc Pſalterium orabat, quæ dæmonia ab eo fugavit, ſupra modum lætificando eum, & horam mortis eidem denunciando: Qui cum devotione tanta obijt, vt non ſciam me audiuiſſe, aut vidiſſe, de tam deuote morienti noſtris in temporibus. Ipſe enim tanquam ſecurus dæmonia videbat, & eorũ parvipendens tentamenta, doctus è cœlo irridebat. Sicque videns Chriſtum advenientem libera voce dicit: *In ma us tuas commendo Spiritum meum?* & hoc dicto quaſi ridens expirauit, quia Christvs qui ſecundum Hieronymum habet dare vnctiones Sacramentorum, atque bene viuendi & moriendi poteſtatem. His cognitis laudate Mariam in ſuo Pſalterio, &c.

## CAPVT XX.

### *De Petro Barone.*

ERat quidam Baro nomine Petrus, Beatiſſimi Dominici conſanguineus, & cunctorum excellentiſſimus patrator flagitiorum, & ita obſtinatus in auiditate peccandi, vt omnino converti non poſſe videretur· In cuius preſentia dum plura de laudibus, & virtute Pſalterij B. V. Mariæ eiuſdemque Confratriæ, à quam pluribus recitarentur, ſic ait: Ecce iam deſperaveram, ſed tanta à viro Dei audire volo mirifica. Itaque Nobilium comitatus caterua ad Eccleſiam properat, nou pro ſua converſione, ſed tantum pro ſpectanda viri Sancti novitate. Cuius dum prædicatienè audiſſet, noudum converſus, ſed timore vehementer agitatus ad propriam domum redijt.

Altera ſequitur feſtiva dies in qua Eccleſiam iterum intrare pro conſuetudine cogitur, & neſcius Dominicum iterum reperit prædicantem. Quem cum Dominicus eſſet intuitus, ſciretque eum tantis ſceleribus obnoxium, vt





converti non poſſit, niſi exterior confuſio adiuuaret, oravit Deum magis voce *O Domine Ieſu, videant iſti ſi, placet tibi, qualis eſt iſte, qui intrat ibi.* Et ſubito Deo volente, viderunt hunc Baronem à Dæmonibus ligatum, & tractum horrendiſſimè. Clamor oritur in ſermone, abſcondunt ſe videntes non hominem, ſed Diabolum ſe videre æſtimantes· Cumque in populo clamor, & timor inualeſceret, agnoſcens D minicus horam divinæ clementiæ, ad hunc Baronem miſit Pſalterium B. M. Virg. pulcherrimum, ſivè Pa riloquium, per quendam Religioſum nomine Bertrandum, exhortans eum ad pœnitentiam, necnon ad legendum huiuſmodi. Mariæ Pſalterium. Accepit iſte Baro peccatorum Capitaneus omnium, ipſumque deuotè legit Pſalterium. Sed ſupra modum timens, petit à S. Dominico, pro ſe fieri preces apud Dominum. Deinde ſibi cõfiteri petit, auditur, & abſolvitur. Primo á plurimis ſententijs excomunicationis maioris, grauibus cum diſciplinis vt moris eſt. Secundo, ab irregularitabus quaſi innumeris. Et tertio, ab omnibus peccatis Et ex revelatione B. Mariæ facta Dominico, imponitur ei ab eodem pro pœnitentia, vt in dies legat vnũ Mariæ. Pſalterium. Quod cum humiliter acceptaſſet, & confratriam Pſalterij Virg. M. iuſſu Dominici aſſumpſiſſet, proprium nomen libro huiuſmodi Fraternitatis, propria manu dedit inſcrivendo dedit & ſubitò illi, qui viderunt illum facie Diabolica, cernebant divino nutu, aſpectum Angelicum, tribus ſertis Roſarum, pulcherrimis adornatum, propter tres Pſalterij quinquagenas, Suceſſu verò temporis meritis Glorioſiſſimæ Virg. M. conſecutus eſt gratiam, vt devotiſſimus efficeretur. Tádem in cunctis agendis benè illuminatus, ac proſperè agens, poſtquam vxorem, & totam familiam induxiſſet ad frequentationé, aſſiduitatem prædicti Pſalterij vnà cum illis perſeverando hoc Sancto in propoſito prænunciationem obitus ſui, & ſuorum, à Maria V. obtinuit. Et apparentibus ſibi Chriſto, & M. V. promeruit hic peccator penitens, per idẽ Pſalterium, inter manus eiuſdem Chriſti, & Mariæ Virg. Spiritum tradere, non ſine multorum, qui aſtabant ſingulari devotione, ex præſentia Domini Ieſu, & Virg. Mariæ.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## CAPVT XXI.

*Quidam Franciæ Comes flagitioſus converſus Virtute Pſalterij Virginis Mariæ.*

COmes quidam maximus fuit in Francia, qui totam vitam in adulterijs, & fornicationibus ducens ita in his obſtinatus, vt nec ſermonibus, nec conſilijs, nec exemplis, vllo modo converti valeret. Quod videns vxor eius Nobiliſſima (zelotipiæ agitata ardore) deliberavit etiam adulterari, ne dum propter libidinem, ſed etiam in adulteri vindictam mariti. Res ſtupenda. Vbi hæc animo firmavit, & cubile intrauit ſomni gratia, inter dormiendum ſubitò rapta eſt in viſione, & ecce oſtenduntur ei horribiliſſima tormenta, quibus in inferno puniuntur adulteri poſt hanc vitam. Vnde tanto horrore cuncuſſa eſt, vt penè amens efficeretur, frequenterque clamaret dicens: *Ibi eſt fornax, volens huc intrare, claudite domum.* Tandem ad ſe reverſa, mutavit propoſitum, & pro facienda confeſſione, ad S. Dominicum devotius properavit. Cui compatiens idem Dominicus, pro pœnitentia Pſalterium Mariæ Virginis iniunxit. Quod dum vna cum Confratria deuotè acceptaſſet, & Pſalterium ipſum per quindecim dies oraſſet, conſilio B. Dominici, qui dicti etiam mariti ſalutem zelabat ſub cervicali eiuſdem mariti Pſalterium, ſiue Patriloquium ipſum, tribus noctibus continuè poſuit, committens negotium Domino Ieſu Chriſto, & Reginæ continentiæ, & Virginitatis Mariæ. Et ecce prima nocte horrendiſſimis tremoribus offenſæ Dei agitari cæpit, ab vxore quoque magnis cum lacrymis auxilium petere. Secunda nocte videbatur ſibi in ſomnijs, quod ad Dei iudicium traheretur, & de omnibus peccatis ſuis accuſaretur. De quo cum euigilaſſet, vſque ad mortem territus fuit, cæpitque vxorem in reverentia, & amore habere. Tertia vero nocte trahitur ad pœnas inferni, & pœnas fornicantium intuetur, eaſdem ſcilicet, quas prius viderat ſua conthoralis, nec ſolum intuetur, ſed & illas parumper experitur. Venit igitur ad illum Angelus Domini, qui eum acriter corripuit, præcipuè de adulterio, & inter cætera dixit: *Veni, veni, & in poſterum emenda te; at Pſalteriũ Beatiſſimæ Virg. Mariæ, per quod converſus es, ſidelius ora, diligeque vxorem, & intra Confratriã eiuſdem Pſalterij cum omnibus tuis, vt quæ per te mereri non vales aliorum meritis accipias.*

Redijt igitur homo de inferno, & ab vxore veniam petit, eique perpetuam fidelitatis ſpopondit fidem; B. quoque Dominicum adijt cum ſuis, confitentur omnes, & Confratriæ inſcribuntur. Ipſe verò ſic converſus Pſalterium B. Virg. Mariæ, manibus ſuis vbique deferebat, non ſolum in Eccleſijs, verum etiam in bellis, in domo propria, & in Regali Palatio: omnibuſque frequentius eiuſdem Pſalterij, & Confratriæ excellentiam prædicabat. Sicque ex propria vxore multos habuit filios, Deo donante, cum qua diù vixit in proſperitate, ſanitate, fama, bonorum omnium opulentia, & ſanctitate eximia. Qui tandem Maria Virgine apparente eodem die, eademque hora devotiſſimè obierunt, atque Pariſijs in Eccleſia maiore (quæ in honore eiuſdem inviolatæ Virg. Mariæ, conſecrata eſt) in vno, eodemque tumulo ſunt humati.

## CAPVT XXII.

*De Nobili Prodigo Converſo.*

IVvenis quidam in Germaniæ partibus, mortuis parentibus, malorum conſortio depravatus, hæreditatem præclaram in ludo, in teſſaris, & tabernis totam diſſipauit: hinc poſtea vagabundus, & miſer per Patriam ferebatur. Qui etſi aliàs ſtultus, caſtitatem tamen corporis conſervavit. Cuius quidam Miles, patruus eius, non modicum miſertus, obviãque eum quadam die habens alloquitur dicens: Malè tibi competit, Couſobrine chariſſime, taliter, aberrare, qui clarus genere, in probum virum, & Magiſtrum evadere potuiſſes, niſi te talis inſania rapuiſſet. Cuius verba eum quaſi muliebria iuvenis derideret, ſubiunxit Miles: Eſt ne aliquid dilecte mi, quod in gratiam mei tu facere auderes? At ille. Eſt inquit vtique. Et Miles. Volo ergo vt glorioſam Dei Genitricem Mariam ſalutes Salutatione Angelica quinquaginta vicibus omni die. Cui, cum cachinnando reſponderet: vtinam hoc ſemel queo, omni die dicerem. Patruus inſtetit dicens: Hoc facere modis omnibus oportebit, ſi fortè oculis miſericordiæ te Virgo glorioſa reſpiciat, & pro tua miſeria Filium ſuum interpellet. Ad cuius verba iuvenis annuit, & receſſit. Inde poſt annum contigit Patruum videre Iuvenẽ, quem, ſi promiſſum ſervaſſet, interrogat. Et ille, ſeruavi, inquit & nollem vllatenus non ſervaſſe. Remiſſius enim eſt





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

mihi, quam ante ergà mundana. Cui Patruus, qui & ipſe Virgini glorioſæ in ſuo Pſalterio ſemper famulabatur? cum ingenti gaudio dixit: Ergo & ſic ſequenti anno ſervitium Matri Chriſti in Salutationibus duplicabis & iuvenis: fiat, inquit. Exacto autem ſecundo anno, reverſus eſt ad Patruum, dicens: iam ſuffragante Matre Chriſti, omnis vecordia, miſeriæque mei ſtatus, evanuerunt, & firmo beneficiandi propoſito voluntatis meæ conſtantia ſtabilitur. Cui Patruus devotiſſimus V. Mariæ Pſaltes, cum lacrymis dixit: Benedixit pietatis Mater, & tibi quoque chariſſime gratias refero, qui ſalubri conſilio credidiſti. Nihil ergo reſtat, niſi vt anno præſenti, propoſitum tuum fixum experiar. Et ſi dignum invenero, condignas tibi nuptias præparabo. Tu autem medio tempore auxiliatricem tuam in ſalutationibus ternæ quinquagenæ ſedulus honorato. Conſentit Iuvenis, & ſtabilis inventus eſt. Evoluto anno fecit Patruus, quod promiſerat Iuveni. Conſtituit nuptias, & inſtaurato conviuio, ex vtraque parte convenerunt parentelæ. Poſitis quoque menſis, & lotis manibus cum iam Sponſus, & Sponſa cõmeſturi; pariter conſediſſent, ex inopinato memor Sponſus, nondum Salutationes trium Quinquagenarum, ſe illa die, more ſolito dixiſſe, repente ſurgens, ſuſurrans Patruo, vt paulum induciaret fercula miniſtrando. Quo aunuente, Iuvenis ſolus intrat thalamum, ſoluit Matri Chriſti, quod voverat tantò deuotius, quantò clementius ſe probaverat exauditum. Nec mora, vti vltimam Salutationẽ tertiæ quinquagenæ iam compleuit, apparuit ei glorioſa Virgo Maria lucidior ſuper Solem, tres plicas in tunica ſua clariſſima Iuveni vnam anteriorem, & duas laterales, oſtendens, in quarum qualibet erant ſcriptæ quinquaginta Salutationes, litteris aureis. *Ecce inquit Salutationes tuæ litteris aureis ſcriptæ, quibus me tribus quinquagenis ſedulus honoraſti. Et quia corpore tuo, licet vanus, & vagus: tamẽ, virginitatis munditiam, ſervaſti, mox te lenta febris corripiet, & ad me tertia die, ſine vlla carnis corruptione pervenies.* Hoc dicto Virgo glorioſa diſparuit. Iuvenis autem egreſſus, hortabatur omnes lætari, & gaudere, ſe verè ab appetitu comedendi deſtitutum ad præſens, cum eis eſſe non poſſe excuſat. Singulis quoque ad menſam ſedentibus, Iuvenis interim lectum aſcendit. Et facto prandio Sponſam ſuam, & amicos in thalamum convocavit, & eis quid ſibi contigerat, indicavit. Mortuus eſt autem Iuvenis die tertia, vt prædixit. Sponſa verò eius, nulli poſtmodum nubere volens, in ſancta Virginitate, atque in ſervitio Virg. Mariæ vſque ad finem vitæ feliciter permanſit.



## CAPVT XXIII.

*Pſalterium ſervat pyratam. à familiari ſpiritu.*

MIles quidem habens Caſtrum, omnes prætereuntes ſine miſericordia ſpoliabat. Licet autem cunctis abundaret peccatis, glorioſam tamen Virg. Mariam quotidie in ſua Salutatione Angelica honorabat. Quadam vice ſanctus quidam Monachus pertranſijt, quem prædictus miles ſpoliari præcepit. Vir autem ſanctus rogavit prædones, vt ipſum ad ſuum Dominum deducerent, quia haberet ei aliqua ſecreta revelanda. Adductus autem ad militem, rogavit, vt totam familiam ſuam convocaret, & eum prædicantem audiret. Quod cum factũ eſſet, dixit: *Nequaquam hic eſtis omnes, ergo diligenter quærite, & invenietis adhuc aliquem.* Et invenerunt Camerarium Militis abeſſe, & adduxerunt eum. Tunc dixit Sanctus: *Verè ille eſt, quem quæro.* Cum ergo veniſſet ad medium, & videret vitum Dei, volutatis hinc inde oculis, & capite, ſicut inſanus, ſe agitabat, & accederè propriùs non audebat. Tunc vir ſanctus dixit: *Adiuro te in nomine Dei Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, vt qui ſis, dicas, & quare hùc veneris.* Cui ille *Heù! coger prodere ſecretum meũ. Ego non ſum homo, ſed ſum diabolus. Et quatuor decim annis cum illo Milite habitaui, quia Princeps noſter me hùc miſit, vt die qua miſer ſuæ Mariæ ſolitum non offerret honorem, in ſua Salutatione, diligentius obſervarem, eumque à Deo poteſtate accepta continuò ſtrangularem, & ſi noſtro conſortio perpetuo ſociaretur.* His dictis diabolus euanuit. Miles autem hæc audiens expavit, & ad pedes Monachi provolutus, veniam petijt, & vitam ſuam in melius commutauit, deuotiuſque, quâm ante glorioſam Virginem ſalutavit. Quapropter vniverſi, vt ab inſidijs dæmonum, per Virginem Mariam liberemini, in Pſalterio ſuo eam quotidie honorate.

## CAPVT XXIV.

*De F. Converſo, ſolum Ave orante.*

TEmpore S. Bernardi, venit quidam deuotus miles, devotionis gratia, ad Sanctum Bernardum, petens humi-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

militer ſe recipi ad Fratrum Congregationem. Quem ſtatim B. P. Bernardus gaudenter ſuſcepit, atque habitum Fratrum Laicorum eidem tradidit. Qui aliam Orationem in Monaſterio diſcere non potuit, quam Salutationem Angelicam, quam etiam frequenter cum mira deuotione ruminabat. Vidēs autem B. Bernardus hominis ſimplicitatem, & bonam converſationē, quāvis eſſet illiteratus, in Choro tamen Monachorum Sacerdotum more eum ſtare fecit. Qui bonus homo, Virginem glorioſam ſincero amore diligebat, atque ei devotiſſimè in ſua Salutatione ſerviebat. Tandem vocante Domino, diem clauſit extremum, atque ad gaudia æterna feliciter pervenit. Sepultuſque eſt in Cæmiterio, vbi alij viri Religioſi ſepulturam accipiebant. Poſt paucos autem dies ſuper ſepulchrum eius excreuit quoddam lilium pulcherrimum, & in quolibet lilij folio erat ſcriptum litteris aureis: Ave Maria: Sanctus autem Bernardus pręcepit eijci terram, vt viderent, vbi ſuas, lilium haberet fixas radices. Et eiecta terra, viderunt haſtile lilij ex ore defuncti procedere. Tandem iubente ſancto viro, inſciſus eſt defunctus, & viderunt lilij radices eſſe in corde fixas. Atque corde inſciſo, invenerunt ſcriptum in ipſo litteris aureis, Ave Maria. Quod cum vidiſſent, admirati ſunt vniuerſi, intelligentes ip: ideo accidiſſe indubiè, quia Salutationem Angelicam, cordiali devotione aſſiduè proferebat.

## CAPVT XXV.

### *De Principe Alphonſo.*

PRinceps quidam erat Nobilis, & potens, tantum plenus vitijs, quantum rebus, cuius vxor divino iudicio lumen oculorum amiſerat, eo quod virum ſuum ad mala facienda frequenter inſtigabat. Sed & propter amborum iniquitates Principes alij terram ipſius invadebant, omnia diripientes, omnia vaſtantes, ipſumque cum vxore ad quandā ciuitatem alienam fugere cōpellentes. Accidit autem vt B. Dominicus, ad hanc Ciuitatem prædicandi gratia declinaret, qui in die Natiuitatis Chriſti egregium Sermonem fecit in Maiori Eccleſia de Pſalterio glorioſæ Virg. Mariæ. Ad hāc etiam Eccleſiam eo die præfatus Princeps nomine Alphonſius, venit, tum propter ſolemnitatem diei, tum ad vitandum ſcandalum. Rarò enim, aut nunquam Eccleſiam frequentabat. Hic audiens in prædicatione Dominici mira de dignitate, & virtute Pſalterij Virg. Mariæ, præſertim, quia, quicunque hoc deuotè peroraret, Dominicum, Virgine Maria iuvante, & protegente, obtineret ſuper hoſtes ſuos: propoſuit orare Pſalterium Virginis glorioſæ. Prandio facto, accerſivit Beatum Dominicū, & ſi vera eſſent, quæ Pſalterij virtute, prædicaverat, interrogabat. Cui Dominicus: *Omnia, inquit, vera ſunt, quæ de virtute Pſalterij Virg. Beatiſsimæ prædicavi. Et tu, ſi ipſum orare volueris, & Confratriam eiuſdem Pſalterij recipere polliceor tibi, quod omnia, quæ de virtute Pſalterij prædicaui, ſentiet, immo maiora, quam à me audiſti.* Audiens Alphonſius hæc, & reddens, ſpopondit orare Mariæ Virginis Pſalterium, & illius Confratriam humiliter recepit. Poſt hoc Dominicus indè receſſit. Et Alphonſius quotidiè Eccleſiam frequentabat, ſuum Pſalterium, deuotè perſolvens, atque in tali Ciuitate, & in iſto Mariæ Virg. ſervitio, per integrum annū perſeverabat. Anno revoluto, eodem die, quo Pſalterium Mariæ, & Confratriam ipſius ſuſceperat, in Eccleſia more ſolito Pſalterium ſuum deuotè compleuit, petens miſericordiam, & gratiam à Virgine glorioſa. Finita autem Miſſa maiori, cum omnes ab Eccleſia ad prandium recederent, Alphonſius ſolus in devotione ſua, in Eccleſia permanſit. Et ecce apparuit ante eum, Virgo quædam pulcherrima, tenens in vlnis ſuis Infantem ſpecioſiſſimum. Qua viſa Alphonſus, obſtupuit vehementer. Quæ dixit ad Alphonſium: *O Alphonſi, ecce toto iſto anno mihi in Pſalterio meo deuotè ſerviſti, nunc veni tibi dare conſolationem pro ſervitio, quod mihi exhibuiſti. Impetraui tibi remiſſionem omnium peccatorum tuorum à Filio meo, quem cernis in vlnis meis. Inſuper habebis omnem gratiam, quam tibi Sponſus meus Dominicus pollicitus eſt, immo maiorem. Si tamen perſeveraris in ſervitio meo, dabo etiā tibi Patriloquium, quod ſemper tecum deferas: & non prævalebunt adverſum te inimici tui.* Deditque ei ſtatim Patriloquium miræ pulchritudinis, & confeſtim diſparuit. Alphonſius tenens Pſalterium manuale, quod ſibi Virgo Maria tradiderat, gaudenſque, & ſtupens redijt ad vxorem ſuam, narravitque ei omnia, quæ facta fuerant: quæ noluit fidem præſtare verbis ſui mariti. Ad quam ille: Tange, inquit Patriloquium, quod Virgo Maria mihi donauit, quæ tangens, ſtatim viſum recepit, videns illa tantum miraculum credidit, & Virginis glorioſæ Pſalte-

terium, deinceps deuotiſſimè orare cæpit, poſthoc Alphonſus exiuit contra inimicos ſuos, quos omnes de ſua terra eiecit, & omnia ablata recuperauit, vt in brevi nomem eius longè, latèque divulgatum ſit; adeo vt Principes, & Reges, qui bella gerebant contra Infideles, certarent pro Alphonſio: quia cuicunque adhæſit, victoriam obtinuit. Nullus in bello Alphonſium capere, nullus vulnerare, nulluſque adverſus eum prævalere potuit. At ſemper ante congreſſum pugnæ Virginis glorioſæ Pſalterium flexis genibus deuotè dicere conſuevit: nec vllum voluit habere ſervum, qui Pſalterium Virginis Mariæ dicere nollet, omnes quippe ſervos orare Pſalterium Mariæ Virginis compellebat. Videnſque tantam Pſalterij virtutem, fecit depingi, & ſculpi Pſalteria manualia in ſigillis, in ſcutis, & vexillis ſuis. Tandem volens Virg. Maria eidem præſtare præmium, Alphonſius ægrotare cæpit, hinc ille maximam contritionem pro peccatis habuit, & confeſſionem ſuam de tota vita fecit. Cui quidā Sacerdos nomine Ioannes, Eccleſiaſtica miniſtrabat Sacramenta. Quæ poſtquam deuotiſſimè ſuſceperat, apparuit ibidem Virgo glorioſa cum Filio ſuo, qui animam Alphonſij, prædicto Sacerdote vidente, quaſi columbam, niue candidiorem ſuſceperunt, & ad cæleſtia Regna perduxerunt. Ad quæ, & nos ſuos Pſaltas eadem Beatiſſima Angelorum Regina, perducere dignetur. Amen.

## CAPVT XXVI.

*De Catharina pulchra Romana prodigium.*

### PRÆFATIO.

NArrauit glorioſus ille Magiſter Ioannes de Monte in ſuo Mariali, quod etiam reperi in libro Fr. Thomæ de Templo. Tempore, quo B. Dominicus Prædicatorū Ordinis Dux, & Pater inclitus, prædicabat in orbe terrarum famoſiſſimus plurimis in Regnis populos inceſſanter ad Virginis inviolatæ Mariæ laudem hortabatur, & ad Angelicam ipſius Pſalterij Confratriam. Contigit Romæ eum prædicare, in totius mundi maiorum Prælatorum audientia: admonuitque figuris, & exemplis fortiſſimè, glorioſam Virginē eſſe ſalutandam in eius Pſalterio: Mirantur omnes de verborum affluentia, ſtupent de prodigiorum potentia. Quibus ita ait: *O fideles, Domini, cæterique fidelium fidei amatores, audite verbum ſingulare, vobiſque omnibus ſalutare, vt ſciatis vera eſſe, quæ dixi, accipite Pſalteriū Virg. Maria, & hoc orando paſſionem Chriſti deuotè recordemini. Ita vobis annuncio, quod Spiritum Dei experiemini. Nec enim ſtare poteſt in aliquo loco tanta flamma ſine calefactione; nec lux tam immenſa, ſine illuminatione, nec medicina tam Diuina ſine ſanatione.* Quid plura? Audiunt omnes, & mirantur, ſermonibus attoniti diuinis, concipiūtque multi (nedum popnlariū, verùm, & magnorum Eccleſiæ Prælatorum, puta venerandorum Cardinalium, & honorandorum quam plurimi Epiſcoporum) Pſalterium hoc prædicatum orare, quatenus poſſent aliquam Dei gratiam experientia, perpendere. Res mirabilis! Ciuitate perturbata, facta eſt orationum varia multiplicatio ſtatu in omni, prout à S. Dominico fuit auditum. Itaque vidit mane, veſpere, & meridie abſque viros, & mulleres Pſalreria manualia deportantes. Nec verebantur columnæ mundi Cardinales, & Epiſcopi, tanta diuinitatis in manibus, & zonis deferre Fidei noſtræ inſignia Orthodoxæ. Ex miraculis enim Dominicus perceptis, non dubitabat Virg. Maria operante, ſibi in tali exercitio diuinum adfore auxilium: Quid vltra referam? Omnes qui hoc tenuerunt Pſalterium, aliquod perpenderunt diuinæ pietatis indicium: Ex quibus omnibus tantum vnum narro prodigiū.



### NARRATIO.

ERat Romæ meretrix quædam ſuper omnes famoſiſſima in decore, eloquentia, ornatu, & mundana lætitia: quæ ex Dominici manibus ſanctiſſimis meruit habere Pſalterium, quæ ſub tunica abſcondens, frequentius per diem illud orabat, & heu, nihilominus ſtupro & impudicitiæ præ omnibus vacabat. Poſt illam enim plus viri currebant, quam ad quaſlibet huiuſcemodi vanitatis mulieres. Perſeveravit igitur hæc mulier, nomine Catharina cognomento pulchra propter incomparabilem venuſtatem in ſuo Pſalterio, Eccleſiam ſemel ad minus in die viſitans, vbi Pſalterium ſuum orans, iſta meditabatur. Primam quinquagenam dicebat, ad Chriſti infantiam, vbi Chriſtus portabat totam futuram paſſionē etſi non in executione, tamen in intentione, & mente. Secundam vero quinquagenam dicebat in Chriſti paſſione vere exhibita in ſua reali paſſione ſecundum humanitatem. Tertiam vero orabat ad Chri-



UANL UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

ſti paſſionem ſecundum Deitatem, non quia Deitas haberet pati ſecundum ſe ipſam, ſed quoniam Deitas eſt infinita, & tantum amat naturam humanam (prout Dominus Deus Chriſtus ſæpius revelavit) vt ſi mortalis eſſet, procul dubio moreretur. Ideo quia ſapientia Dei æterna, in ſe mori non potuit, humanitatem aſſumpſit, quæ pati & mori, pro toto genere humano voluit. Cum igitur (hæc Catharina pulchra ſic orando perſeveraret, contigit aliquando, & vagabunda more ſolito, per Romanam ciuitatem diſcurreret. Et ecce, ſubito, vir pulcherrimus, & mirabilis ei aſtans, dixit illi. Heu, inquit, Catharina. Quid hic ſtas? Habeſne domum? Cui illa, habeo, inquit, & cuncta pulcherrime diſpoſita. Cui ille: in hac, inquit, tecum volo cœnare. Cui illa, libentiſſime, inquit faciam, & quæcunque volueris, libentius propinabo. Sic manu ad manum euntes pervenerunt ad ipſius domum, vbi plurimæ conſimiles fuerunt puellæ.

Cœna paratur, & ſedet hic ignotus hoſpes cum pulchra Catharina & bibebant: & quicquid tangebat hoſpes, ſive potum, ſive aliquid ſimile, mox in ſanguineum colorem vertebatur non ſine ſingulari odore, & ſapore ſuaviſſimo. Cui illa admirans dixit: Quid eſt Domine, aut ſum inſana, aut cuncta quæ tangitis fiunt ſanguinea. At ille: *Neſcis*, inquit, *quod Chriſtianus, nec bibere, nec manducare aliquid debet, niſi ſanguine fuerit tinctum.* Sicque illa plurimum miratur de tanto hoſpite, & cum iam tangere veretur. Ait tamen illi; Domine, vt video, magnæ in vultu eſtis reverentiæ. Quis quæſo eſtis? & vnde veniſtis? Cui ille: Cum erimus in thalamo tibi dicam quæ poſtulas. Sicque ſuſpenſa thalamum paravit lectum prior intrans ipſa, hoſpitem ad ſe intro eundum inuitat. Res cunctis mortalibus ſtupenda, & inaudita.

Subito vir ille puerilem formam induens, geſtabat in capite coronam ſpineam, in humeris crucem, & ſtigmata in manibus, & pedibus, ac innumera, per totum corpus vulnera. Aitque Catharinæ: O Catharina, Catharina, iam à tua ſtultitia, ecce iam vides paſſionem Chriſti infantiæ, pro qua tuam primam oraſti quinquagenam. Quoniam à prima hora meæ conceptionis vſque ad mortem, continue portaui in corde meo hanc pœnam, quæ tanta fuit pro te, vt ſi omnes arenæ maris eſſent pueri, & quilibet eorum tantam haberet pœnam, quantam habent omnes homines mo-





riendo, nequaquam omnes ſimul ſumpti, tantam ſuſtinerent anguſtiam, quantam pro te ſuſtinui. Stupet illa hoc viſo, & audito. Et mox iterum mutatur in ſpeciem virilem, ſecundum effigiem illam, quã habuit tempore paſſionis, & ait: *Ecce vides filia, quanta pro te ſuſtinui, quæ excedunt omnes pœnas inferni. Quia poteſtas mea patiendi non fuit humana, ſed diuina. Tanta fuit mea paſſio, & ſi hæc eſſe diuiſa per cunctas creaturas, omnes mundi creaturæ ſimul morerentur, & corrumperentur.* Quo dicto, mox in ſolarem ſe tranſmutat claritatem, tamen cum ſtigmatibus glorioſis, in quibus omnibus cuncta erant immò infinita, quia quolibet, & ſtupendum, & admirandum ibi valdè cernebatur. Quoniam in qualibet plaga, cernebatur totus mundus pati ſecundum modum illius plagæ, puta vulneris, lateris, ſiue manus, &c. Et ait: *Ecce vides, filia, quanta in Deitate patior nunc pro te, & tua ſalute. Cum enim,* ſecundũ Apoſtolum, *omnia ſint in me, & ego in omnibus, in cunctis iſtis te video, te amo, & paratus ſum in his omnibus pœnam, quam vides in æternum pati pro tua ſalute, eo quod amor meus ſit infinitus,* ſecundum Dionyſium, *& cuncta in me exiſtentia ſint infinita,* ſecundum eundem, *Agnoſce igitur Dei clementiam, & recole Chriſti paſſionem triplicem, pro qua tres Quinquagenas dixiſti, & in poſterum te emenda; quatenus ſicut fuiſti exemplum totius malitiæ, & ſpurcitiæ ſic in poſterum ita viuas, vt ſis ſpeculum puritatis, & munditiæ. Nec quod tibi appareo, pro tuis meritis facio, ſed pro pœnitentiæ exemplo, & quoniam Fratres tui, de Confratria Matris meæ inviolatæ, pro te orauerunt, vt in tua conuerſione multi conuertantur, ſicut in tua iniquitate innumeri antea diabolici efficiebantur.* Quid plura? Diſparet viſio, nec fuit inanis: Quoniam hæc Catharina dolorem in manibus, & pedibus ſenſit Chriſti Paſſionis, & alijs in partibus. Surgit igitur, pœnitentiam agit, & in craſtinum confitetur Dominico. Qui iniuxit pro pœnitentia Pſalterium more ſolito cum receptione Confratriæ Virginis glorioſæ, quam nondum habuerat in facto, ſed tantum in intentione, & propoſito. Vbi notandum eſt quantum hæc Confratria valet in facto, cum tantum valuerit iſti in propoſito. Cum igitur deuotius Virg. Mariam ſalutaret, apparuit ei eadem Domina, cum S. Catharina Martyre, dicens: *Ecce filia multum peccaſti, plurimum pœnitere oportet: Accipe ergo qualibet die tres diſciplinas, quarum qualibet ſit quinqua-*

*ginta i??um, quæ faciunt Pſalterium pœnitentiale.* Nec, inquit, *opus eſt ſemper habere virgam, ſed vnguibus te purges, vel comprimas carnem tuam, in omni tempore, & loco. Poteriſque contra tentationes, & pro bonis impetrãdis vniuerſis, ſemper hanc facere pœnitentiam. Et hæc eſt pœnitentia Regalis, occulta, & naturalis? quæ eſt Regina cunctarum pœnitentiarum.* Ita hæc omnia peragit, vt audiuit. Cumque omni die ſic pœniteret, B. Dominicus aliquando diuina virtute ſublimatus, vidit nocte quadã toti mundo ſtupenda. Perpendebat enim, quod de domo Catharinæ ex membris eiuſdem pueri prodibant quinquaginta quinque flumina, quæ ad Purgatorium deſcendebant, in quorum aduentu, animæ purgandæ confortabantur, & conſolabantur. O in quantas voces laudis erumpebant. O quantas benedictiones tali Catharinæ propinabant! Reſonabat terra in voces earum. Ibi enim liberabantur animæ, & confortabantur, ac ſolabantur, atque de pœnis eripiebantur, eo quod hæc Catharina paſſionem paruuli meditabatur, atque ad defunctos fideles eam deuotius applicare conabatur. O mira res! O noua rerum materies! Intuetur poſtmodum venire virum in cameram Catharinæ, & ex corpore eius. ſ. de quinque vulneribus, quinquagintaquinque fontes derivari, qui totam Eccleſiam militantem, & mundum præſentem fovebant, & irrigabant. Ibi arbores, & plãtulæ pullulabant, aves verò & piſces viuificabantur, homines ſignanter illuminabantur, & balneabantur. O quanta ſuavitas! O quanta mundi lætitia! Nam ibi hæc vniuerſa Catharinam benedicebant, & vniverſorum creatorem pro illa orabant. Et duo hæc miranda facta ſunt, pro prima quinquagena, & ſecunda. At vbi hæc Catharina pænitens tertiam quinquagenam inſonuit, vidit Dominicus venire Gigantem infinitæ magnitudinis, luce ſolari clariorem, ex quo quinque prodibant fontes, de quibus oriebantur flumina quinquaginta quinque, quæ non per terram, nec ad Purgatoriũ deſcenderunt, ſed ad cœlum, modo mirabili conſcendebant, atque ex illis totus Paradiſus cœleſtis irrigabatur. Tantaque fuit eorum ſuauitas, vt de illis S. Angeli potarent, & pro his gratias Domino immẽſas reddebant. Cum hæc Dominicus videret, vt narrat Thomâs de Templo cœpit valdè mirari, cur hæc fiebant de domo Catharinæ, peccatricis? Cui Maria aſtans, inquit: *Cur Dominice miraris in talibus? Neſcis quod*

*pecca-*



*peccatorum ſum amica, & quod in manu mea poſita eſt Dei clementia? Ita ergo volui tibi de hac filia oſtendere, quatenus mundo prædices, quod nullo modo debeant, pro quantiſcunque peccatis, peccatores deſperare, ſed ſemper in Domino confidere, & ſignanter illi, qui volunt ſub chlamidem meã confugere cum Catharina.* Addidit Dei Mater Maria: *Vidiſti Dominice hæc tam miranda, audi: & prædica, quæ nunc dicam tam pia, & ſancta, videlicet, quod impetraui à Filio meo, quod omnes orantes Pſalterium meum, & qui erunt de Confratria mea, hanc eandem habebunt excellentiam, quam habuit Catharina. Et ſi non videant eam, ſicut homines non vident Deum, nec Angelos, nec dæmones, nec merita ſua, nec virtutes, quinimmò, nec vident Magnetis virtutem, nec ſtellarum; quantò minus videbunt hic hanc eorum gloriam: ſed hanc intuebuntur poſt mortem. Confortare ergo ò Dominice, & prædica Pſalterium meum, & Confratriam, quoniam hæc, quæ iſta Catharina habet omnibus impetraui, non vt videant, ſed vt habeant.* Quid plura? Dominicus Domino gratias pro Dei miſericordia egit immenſas. Hæc autem Catharina Recluſiſorium intrauit, & mox cuncta pauperibus diſtribuit. Quæ tantæ fuit ſanctitatis poſtea, vt maximi Sancti pro revelationibus ad illam confugerent, cui ante dies quindecim mortis ſuæ apparuit Dominus Ieſus, cum Virg. Maria, & S. Catharina denuntiantes ei obitum. Quæ poſtmodum ſanctiſſimè obijt. Cuius animam tres Virgines Sanctæ, quarum vna dicebatur Ioanna, alia Martha, & tertia Lucia, viderunt de corpore exeuntem Sole clariorem, inter brachia Ieſu evolantem. Sepulta eſt in Eccleſia S. Ioannis Lateranenſis. Ex qua te, vniuerſi, penſate, quanta virtus ſit in Pſalterio Virg. Mariæ, ſi cum Chriſti paſſione devotè dicitur. Laudemus virginem Mariam, & filium eius, in Pſalterio prædicto. Amen.

## CAPVT XXVII.

### *Speculum peccatricis Benedictæ Florentinæ.*

FVit quædam mulier in Ciuitate Florencia Tuſciæ, nomine Benedicta (de qua etiam habetur in legenda S. Dominici) Nobilibus orta natalibus, & incomparabili decorata pulchritudine. Annos adoleſcentioris vitæ perdidit: & conſumpſit lubricis diſcurſibus. Tandem facta eſt ibidem publica meretrix, in laqueum maximum perditionis animarum. Quam videns B. Dominicus, Sponſus ſingula-

ris

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ris B. V. Mariæ, miratus eſt nimiam eius pulchritudinem; ſimul, & eius turpitudinem, & doluit vehementer ipſius, & multarum animarum, Chriſti ſanguine redemptarum perditione; Dei autem nutu peccatrix illa, poſt ſermonem Dominici, ex eius ſermone compuncta, venit ei ad confeſſionem. Cui poſt cætera, confeſſione facta: *vis*, inquit Dominicus, *vt Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſponſum tuum, & dulciſsimam Mariam matrem ſuam, orem pro te? vt reponant in illum ſtatum, qui magis tibi expediens eſt pro tua ſalute?* Cui illa, *etiam Pater dulciſsime: Rogoque humiliter, & depretor, vt ſic facias.* Surgenſque Dominicus à ſede confeſſionis, mox pro illa orauit. Et ſtatim multitudo dœmonum corpus mulieris intrauit, & per annum integrum, ſic ligata, & obſeſſa permanſit, non ſine magno totius populi ſtupore, atque terrore, & ſignanter amaſiorum eius, & aliorum multorum hominum carnalium. Quid plura. Poſt annum Dominicus rediens, ſuam captivam viſitauit. Tunc illa fletibus, & ſuſpirijs maximis deprecabatur eum, vt ſibi manus porrigat pietatis, liberando eam ab hoſtibus humani generis. Quod ille libenter annuit, ſignoque Crucis facto, virtute Pſalterij Virg. Mariæ (per quod magnalia ſemper ſolitus erat facere) dœmones omnes ab illa fugavit, qui erant numero quadringenti quinquaginta. Ob hoc ipſi in pœnitentiam iniunxit, diebus ſingulis tria dicere Virg. Mariæ Pſalteria, in quibus ſunt tot, ſ. quadringenta, quinquaginta *Ave Maria*, contra tot prædicta dœmonia. Res dolenda. Audi, quid ſequitur. Poſtquam illa infeliciſſima peccatrix fuit ab illis liberata, & ſibi derelicta, in ea inceperunt, carnis iterum incendia excitari, carnales cogitationes ſuccreſcere, & nova deſideria carnalium pomparum ebullire. Amatores priſtini ad eam redeuntes, cum eam primæ gloriæ, & corporis pulchritudini cernerent reſtitutã ad peccandum ſollicitabant, adeò, vt miſerrima illa Dei miſericordiæ, & gratiæ oblita, priſtinis actibus malignis, profundiuſque, quàm antea conſueverat, ſemetipſam mancipaœt. Ad eam penè innumerabiles currunt, & fit theatrum diaboli gravius, quàm vnquam fuerat: Novum ſpectaculum. Dominicus pijſſimus, præfatæ Benedictæ audiens ruinam, innumerorum hominum perniciem, ad eam concitus Dei ſpiritu veniens. Cum tamen longinquis tunc eſſet in partibus, eaque reperta in domo, miſe-

ro-



rorum ſtipata ſolatijs, cunctiſque diuina luce fugatis, facie terrifica ad eam converſus ait: *Eſtne*, inquit, *ò filia verum, quod Chriſto, & Virgini Mariæ promiſeras, vitam ducere immaculatã? Agnoſceus qdidem, iam cognoſce grandem iacturam; tibi à Domino imminere in vindictam, niſi te citò pœniteat recidiuaſſe.* Quod illa audiens, cum tremore tacens, & obſtupeſcens, non audebat loqui. Tunc, inquit, vir Dei: *ſequere me.* Et duxit eam eadem hora, ſicut tunc fuit, meretricali habitu indutam, in maiorem Eccleſiam, in qua populorum multitudo maxima advenerat, ibique pro tribunali ſedens, confeſſionem illius maledictæ audiuit, cunctis videntibus, & in immenſum ſtupentibus. Noua Dei manus, & ſtupenda. Confeſſione facta ait Dominicus ad eam: *Vis filia pro tua, & aliorum ſalute, te dulciſsimæ Matri commitere, miſericordiæ?* Ad quem illa paupercula, tremens, ac ſtupens ait: *Etiam Domine: Fiat eius voluntas.* Cum igitur Dominicus (qui in omnibus ſuis petitionibus, ad votum exaudiebatur) paululum quinquaginta dœmonibus; vt prius, eſt arrepta, & coram omnibus horribiliter vexata. Capitur, cathenatur, ligatur, & vlulans acclamans, maximo cum ſtridore, & horrore omnium, qui aſtabant, ad domum deducitur. Dominicus autem ſubitò diſparens, poſt horam repertus eſt Pariſijs. Sic igitur illa miſera per annum: & amplius obſeſſa permanſit, & qnotidiè horribiliter vexabatur. Tempus tamen quamlibet die habebat quietum, & liberum, quo tria Virginis Mariæ Pſalteria frequenter orabat. Nec eam tunc illo tempore vexare poterant, vel impedire, licet ad extra percuſſionibus tabularum, aut murmure vocum, ſeu tractionibus veſtimentorum eius, vel crinium, molirentur pauperculam illam à ſervitio Dei Matris impedire. Cum igitur tantis tribulationibus agitaretur, B. V. Mariæ, & Dominici captiva paupercula, contigit quadam Vigilia Mariæ Virginis, quod attonita, & in ſpiritu rapta (Dominico iterum iam ſubitò ad eam Dei nutu reverſo, & pro illa ſuppliciter Deum orante) cernit ſe ad tribunal Chriſti, in infinitum terribiliter pertrahi, agminibus Sanctorum, ſole fulgentioribus vallati, liberque ingens ad modum cellæ, vel cameræ eſt delatus, ſignis maledictionis, & inferni conſignatus. In eo perfectè tota vita Benedictæ illius erat depicta, ſimul, & deſcripta. Iubetur illa paupercula primi folij picturam, & ſcripturam intueri,

&c

& lege. Quæ ſcriptura tanti erat terroris, & furoris, vt multò libentiùs fornacem incendij, centum quinquaginta ſtudiorum intraſſet, quàm vt ſolum primum folium reſpexiſſet. Tunc tremens, ac ſtupens, clamare altis vocibus cœpit dicens, *Heù, heù! me maledictam, & non benedictam, cur miſera veni in mundum? Cur male fortunata, præ alijs filij Euæ: & filiabus, tot malis repleta ſum? Væ mihi miſeræ, maledictionis filiæ. Væ parentibus, qui me genuerunt, & non me docuerunt: væ amplius his, qui primò me deceperunt. Heù! heù me, quo pergam? quò ibo? Vbi latitabo? quo fugiam, quid dicam, aut qui faciam? heù! heu! me miſeram. Infernum apertum ad me ſuſcipiendum intueor, iudicem mihi terribiliorem inferno, conſpicio. Heù! me, cur iuuenis non ſum mortua? cur non in cunis ſum extincta? ſed heù, prolixa vita mala, ad has extremas miſerias ſum deducta. O ſi sciviſſem iſta tanta periculo, & benè cognoviſſem, vtique ſanctè vixiſſem. O ſi mundus, & mundanæ mulieres iſta, quæ video cognoſcerent, qui huiuſmodi cogitarent? qui dicerent? quid facerent? Væ mihi abominationis filiæ, & confuſionis miſeriæ, & omnis immunditiæ, baratro horribilis turpitudinis, & omnis iniquitatis. Brevia fuerunt mea gaudia, & ecce heù! heù! pro illis intueor, ante me, mihi parata eſſe æterna ſupplicia.* Sicquè clamans, & in corruens, coram ſummo iudice, dolore immenſo agitabatur. Ad quam iudex iratus terrifica voce ait: *Surge, inquit, ſurge, fac quod dixi, & lege in tuo libro coram omnibus, quæ feciſti.* Legitque illa primam, primi folij marginem, & vidit. Cunctæque litteræ, & apices ſibi videnti cum figuris varia inferebant tormenta, vt longè facilius fuiſſet, & dulcius, mitiuſque corporis mortem ſufferre, quam libri illius, minimæ litteræ ſufferre dolorem. Res horrenda! vellet, nollet, hæc miſera, primi folij paginam libri mortis, legit cum tantis clamoribus, ſuſpirijs, lamentis, & doloribus, vt viribus deficiens, quaſi mortua, ante Iudicem procumberet. Quam tamen attrocius terribiliſſimus Iudex inclamans, conſummare totius libri ſui ſcripturam iubet. Cumque folium aliud ad legendum verteretur, ſic clamaui paupercula illa, cum tanto terrore, pavore, & tremore, præ timore pœnarum ſequentis ſcripturæ, vt etiam lapides, & cætera inanimata, ſi eam audiſſent, & intellexiſſent. Propterea aſtantes ipſi, compatientes ad iudicis genua ſunt provoluti, veniam poſtulãtes iſti miſerrimæ pauperculæ. Quod Iudex longè repellens, gravius ſe per eam offenſum fuiſſe, & animas quamplurimas per eam perdidiſſe aſſerebat, & ideo iuſtè iſtum librum, quem ipſa fecerat, totum legere debebat, & tandem ex illo condignam, ſicut meruerat ſuſcipere ſententiam pro meritis ſuis. Tunc vnus de aſtantibus, qui vt ſibi videbatur, erat S. Dominicus (qui totam rei viſionem clarius, quam ipſamet cernebat) ad illam miſerrimam converſus aiebat: *Ad Mariam Matrem Dei, cui in Pſalterio ſerviſti, nunc te erius clama, vt tui miſereatur.* Tunc fortiter gemens, & ſuſpirans ad Dei Genitricem Mariam converſa, humiliter ait: *O Domina dulciſſima miſericordiæ Mater, & Regina miſerere mei maledictiſſimæ peccatrici, in tantis anguſtijs pro delictis meis, heu! hic tam ſtantis.* Tunc Domina noſtra pro ipſa Iudicem orans. Et obſecrans, tandem ſub ſpe emendæ, illum placabat. Benignius, quam ante, illam Iudex tunc alloquens ait: *Ecce filia tam pœnitentia tempus tibi concedo. Vide ergo bene, vt diligenter per pœnitentia cuncta deleas peccata, quæ ſcripſiſti in tuo mortis libro. Si autem aliter feceris damnationis æternæ de te dabo ſententiam, in die, qua non ſperas.* Sic itaque diſparente viſione ad ſe redijt, & Dominicum in Eccleſia ſecum præſentem conſpexit. Cui celeriùs confeſſa attentius, & poſtulat modum, quo terrificum oportet delere librum. Ad quam ille. *Commenda te filia Virgini Mariæ. Quæ enim te ſic iuuit hodie te ſibi ſervientem etiã in futurum adiuuabit in dubio, alio enim propero, & cum reverſus fuero, ſicut Dominus pro te mandabit, tibi manifeſtabo.* Itaque trium menſium ſpatio, quotidie viribus totis dulciſſimam in Pſalterio ſuo, ſalutabat Mariam. adveniente Dominico, cum Miſſam celebraret, rapta fuit in ſpiritu quaſi trium horarum ſpatio, in quo dulciſſimam Virginem intuetur ſe ſic alloquentem: *Filia, filia, de modo delendi librum tuum infernalem ſæpius me rogaſti, & ecce, Ego Mater miſericordiæ adveni, vt artem, & modum doceam te qualiter ipſum totaliter delere poteris.* Moxque Lilium dulciſſima Maria proferens pulcherrimum aureis litteris inſcriptum, dedit Benedictæ dicens: *Lege filia, & in hoc dele tua peccata.* Iſta autem erat lilij ſcriptura: Memorare grauitatis peccati, & in hoc, erga te miſericordiam Dei. Et cum illa obmuteſceret præ confuſione Domina noſtra eã alloquens, ait: 1. *Dico tibi filia, quod tanta eſt grauitas minimi peccati mortalis, & tam odibilis Deo, & omnibus Sanctis,*





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*curiæque Cœleſtis Paradiſi adeo deteſtabilis, vt niſi impoſſibile eſſet, quod Ego, & omnes Sancti in Cœlo exiſtentes vno ſolo mortali peccaremus peccato, mox in infernum caderemus, & in æternum damnarentur. 2. Ob hoc filia, nonne Lucifer, & tot damnum milia. Propter vnicum ſolum peccatum mortale, ſubito de Cœlo ſunt expulſi, & in æternum damnati? Cum igitur ò filia, tu magis demerueris, quam omnes iſti in numero peccatorum, & ſis indignior, miſerabilior, in infinitum minor, & ipſis, & nobis ſine vlla comparatione, nunquid parva miſericordia, & gratia tibi facta eſt? Ergo tanta miſericordia debet te movere, vt redeas ad clementiam, & gratiam, per miſericordiam conditoris.* Quod audiens Benedicta ſingultus, & fletus virtute huius lilij dabat abundantiſſimè. Poſt hoc benedicta virgo in mulieribus Maria, ſecundum protulit Lilium, ipſi Benedictæ legendũ, in quo erat ſcriptum: memorare innocentiſſimæ Chriſti mortis, & Sanctorum pœnitentias attende: *Si*, inquit Domina noſtra, *Deus Pater in tantum odio habuit peccatum, vt proprio Filio ſuo non pepercerit, ſed triginta tribus annis, cum ad mundi iniurias exposuerit, & ſine ſinali morte turpiſſima condemnari fecit, propter ſolum inobediẽtiã peccatum Adæ, nunquid ergo Deo debes quamplurimum regratiari, qui vſque nunc dedit tibi pænitendi tempus ſine pœna tui peccati, cum tamen ipſe Dei filius, à principio ſuæ conceptionis, vſque ad mortem incluſivè, pro te ſemper fuit omni inſtanti, in tot anguſtijs mortis, quod Deũ offendiſti peccatis. Et inſuper, non vides, quod qui magis fuerunt Deo grati, vti Prophetæ, Apoſtoli, Martyres, Confeſſores, ac Virgines, atque Sancti omnes qui fuerunt in mundo magis tribulati? Et tu miſerrima tanta mala feciſti, & tamen tot tẽporibus expectata es miſericorditer, & nullam pœnam ſuſtinuiſti.* Quæ verba cor Benedictæ penetrabant velut ſagittæ acutæ, fontes in ea provocabant copioſos lacrimarum. Tertium Lilium proferens Sapientiſſima Maria tradidit Benedictæ legendum, in quo erat hoc ſcriptum: Memorare punitionis peccati primi hominis, & omnium iuſtorum peccantium. Quod exponens Maria ait: *O filia Benedicta, nunquid non debet tibi tua vita multum diſplicere ex recognitione divina miſericordia, cum videas Protoplaſtum Adam, cum ſua conſorte Eva, de Paradiſo expulſum, mortis damnationem, toti ſuæ poſteritati inferentem, & ſic eſuriei, ſiti, frigori, calori, & infinitis mundi calamitatibus, vſque in finem mundi ſubjectum ſicut patet. Ecce coram te vides divinæ vltionis gladium vbique, & vndique punire omni hora Adæ peccatum, & tamen tu tanta, & tot mala tam fœtida, tam horrenda, à tot annis commiſiſti, nec pro eis correpta fuiſti, ſed ſemper dulciter ſupportata. Nonnè tibi ò filia, hoc magnum, & non modicum apparet? Et amplius, nonne totus mundus penè in diluuio perij propter peccatum luxuriæ, non ſolum homines, ſed etiam animalia cuncta, & inſenſibilia, & quod maius eſt pueri innocentes innumeri. Et tu tantis peccatis repleta, non vis ad Deum converti, quæ nec adhuc aliquid mali paſſa fuiſti? Vide inquit. Sodomam, & Gomorram, & Civitates alias eis coniunctas, in quibus in igne de Cœlo deſcendente perierunt, innumerabiles ſcie innocentes cum eorum parentibus: & tu habitaculum omnium vitiorum, & peccatorum, manes illeſa? Nonne Patres omnes ſic in deſerto perierunt? Quinimo Moyſes, & Aron ſanctiſſimi mortui ſunt propter ſolam gloriam, aut murmurationem? tam abominabile ſcortum, tam nefandis plena peccatis, nec dum punita pro eis, non recognoſcis erga te clementiam Iudicis tam ſeveri, & terribilis alijs?* Quæ verba audiens benedicta, tantis obſorbebatur fletibus, & gemitibus vt penè moreretur. Quartum Lilium clementiſſima Mater Maria, protuli filiæ Benedictæ. In quo erat ſcriptum: Memorare quomodo es vocata, & tot gentium, & Iudæorum à Chriſto non ſunt tracta. Quod exponens fõs pietatis Sancta Maria ait: *Nunquid non ò filia magna tibi gratia facta eſt.* Quod Chriſtus te vocavit, totque Reges paganorum, Duces, & Nobiles: tam pulchros Iuuenes, & pulchras mulieres: fortiſsimos, ditiſſimos, vtriuſque ſexus, tot annis tam ad legem ſuam non traxit, te autem pauperculam, miſeram, & miſerabilem, & minimam omnium, carnalem, & lubricam, ad ſui cognitionem adduxit? Penſa hæc ergo, & penſa an non tibi hoc magnum videatur, quod illi ſunt filij Diaboli, & cum demonibus ambulant, in cunctis peccatis, & vadunt per viam mortis deſcendentes in infernum, & tu indigniſſima, à Deo in baptiſmo es vocata, Angelis ſociata, & in via ſalutis conſtituta. Cogita hæc, & recogita in hoc, quanta eſt tibi gratia & benignitas, & clementia oſtenſa, & tamen plus omnibus Iudæis, & paganis ſine omni comparatione Deum tuum offendiſti.





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

O quanti putas ſunt Iudæi, & Pagani qui nunc ieiunant, cilicia continuo portant, & ſe acriter diſciplinam; ſilentium tenent, miſericordiæ opera implent, & tamen cum his omnibus ad inferna trahuntur. Et tu plena miſerijs & peccatis: huc vſque ſine pœnitentia à Deo expectaris & in viam ſalutis à me, & Angelis cuſtodiris.

3. O quot eſſent converſi, & fideles, & talia circa eas fierent, quanta putas facerent pro amore Dei, ſi tanta faciunt cum errore ſæculi? Vnde inquit, nunc Vide attentius, quoniam in hoc tibi magis datur, quam ſi omni die montes aurei tibi donarentur, & tu tamen hæc non cogitas neque times. Quod illa audiens, & dentibus ſtridens præ terrore, & timore quaſi exanguis reddebatur, ſe cunctis miſerijs, miſerabiliorem cognoſcens. Deinde Quintum Lilium pulcherrimum protulit Benedicta Dei Mater, & Reginam Benedictæ ancillæ ſuæ. In quo ſic ſcriptum erat: Memorare pœnas mundanas, temporibus præteritis peccatoribus in iſto mundo inflectas. Quod exponens Benedicta Mater Maria, ait: Nunquid ſcis, pænam quam hubuit Saùl, quam pœnam Cain, quam pœnam Pharao, Datàm, & Abyron: & multi alij. Quãti quæſo fuerun ſuſpenſi pro vno furto? Quanti incenſi, combuſti, & iugulati pro vna luxuria? Quanti autem flagellati, in carcerati, adiudicati, exactionati, & tribulati pro vno ſolo peccato, à drincipio mundi? Et tu cum infinita feceris mala, & nihil horum paſſa fueris, nunquid parum tibi videtur? Quinimo in vita doni naturæ, & fortunæ dotata, & ſervata fuiſti, indigna omni dono, & immeritæ, cum plus omnibus tu promerueris. Quod illa audiens, & conſcientia remordente, ita confitens, in immenſum confuſa, pedibus eius prouoluta fletibus irremediabilibus humiliter veniam præcabatur. Sextum Lilium, protulit Regina pietatis varia, quod talem ſcripturam in ſe continebat: Memorare pœnas præſentium, & futurorum in hoc ſæculo viventium. Quod exponens ipſa Magiſtra omnium ſcientiarum, Domina noſtra Maria, inquiebat: Sanè filia Benedicta, plerique hodie bonæ vitæ corruerunt, & tu erigis. Multique hodierna die propter vnum ſolum mortale morientur. Quidam enim miles dormiens, & ſui Scorto cohabitans, in ſomno ſubito morietur, pro hoc ſolo peccato. Et quidam in Anglia pro vno ſolo peccato iræ decollabitur. Et in hac Civitate Florentiæ, tres pro vno peccato comburentur. Hac die plerique in vna menſa, pro peccato gulæ extinguentur. Quinimo, & quidam Religioſi ſine obſervantia viventes, propter propcietatis vitiũ ſinglariter, ac cum toto Conventu in Alemanijs, comburentur, & cum oppido adiacente maiori pro parte, quia participes ſunt peccati illorũ, & etiam defendunt illos, Et tu ſcelentiſſima, vſque nunc remanes inpunita. Item hodie aliqui efficientur Leproſi, aliqui dæmoniaci, aliqui infirmi, aliqui ſubmergentur, aliqui damnabuntur. Et tu omnibus illis peior, non agnoſcis Dei miſèricordiam te vocantem? O quanti ſunt, & erunt in hoc mundo, qui ſi inſpirationem, quam habes, & occaſiones haberent, totis viribus, ad Deum per pœnitentiam redirent. Vide ergo iſta, quoniam in hac miſericordia tibi exhibita, magis tibi donatur, quam ſi centum mundi aurei donarentur. Vide ergo, & audi quæ dico, & convertere ad Deum toto corde. Illa hæc audiens, & voces lamentabiles proferens, peccataque ſua confitens, cappellam totam ſic lacrymis implebat, vt etiam eius veſtimenta viderunt, vndique madefacta ſimul cum terre. Septimum Lilium dedit Domina noſtra inclyta, & benigniſſima Maria, præfatæ Benedictæ: In quo ſic ſcriptum cõtinebatur: Memorare damnationem hominum præcedẽtium, præſentium & futurorum. Quod exponens Mater pietatis ait: *Non eſt aliquis damnatus, qui ſi eſſet, vbi tu es, ſumme pòſſet pænitere. Et rurſum pl rique ſunt damnati, & erunt, qui ſi tuam gratiam habuiſſent, vel haberent, proculdubio ſaluati eſſent. O quanti ſunt pro vno ſolo peccato mortali damnati, & tu qua tanta commiſiſti flagitia, adhuc eſt indamnata. O quanti vſque ad mortem fuerunt iuſti, & in morte peccantes fuerunt, & ſunt damnati! iuſto Deo, & iuſte hoc faciente, vel permittente, & tu miſera adhuc es viva O quanti propter ſolum peccatum ignorantiæ ſunt damnati, & damnabuntur, & tu quæ tanta perpetraſti ſcelera, ex certa malitia affectata, adhuc es reſeruata, & inpunita! Cognaſcis quæ dico? Si credis convertere, ſi non credis, iterum adverte quæ di un tur. Hodie puella vna duodecim annorum propter ſolum peccatum luxuriæ; cum propri patre occiſa, in æternum eſt damnata. Et* ho-

*hodie in Hiſpania puer octo annorum ſubmergetur, & ſolum propter peccatum luxuriæ, quod cum ſorore egit, & ſi nõ conſummavit, tamen inchoauit, in æternum damnabitur. Quid plura? Hodierna die quædam Domina pulcherrima, & nobiliſsima choreas ducens coram omnibus ſubito morietur, & propter chorearum pecatum damnabitur in æternum. Qui imo quidam ab omnibus bonus; & quaſi Sanctus habetur in Lombardia, qui, ſolum propter peccatum negligentis confeſsionis, & non perfectæ conſcientiæ ſuæ examinationis, morietur, & in æternum damnabitur cum tamen de hoc nullam haberet conſcientiam remordentem. Timeant ergo cuncti in poſterum g oſſe confiteri, & negligenter, ſicut heu, hodie quamplures faciunt. Hodie etiam in hac Ciuitate quatuor morientur, & vnus Burgenſis damnabitur, propter ſolam negligentiam, quod filios ſuos, & etiam ſervos, d ligenter ſecundum Deum non erudiuit. Quidam etiam Curatus ſiue, Paſtor, in ſua perſona bonus, ſed quia negligenter nimis rexit oves ſuas & in examinatione Confeſsionis, non correxit, ſubito morietur, & damnabitur. Quidam etiam Religioſus de Cellario hodie corruens fracto collo morietur, & damnabitur, propter hoc quod non habebat firmum propoſitum viuendi ſecundum Statuta, & Regulam ſui ordinis, ad quod propoſitum habendum, ad minus in voto, & intentione ſub periculo peccati mortalis, quilibet Religioſus obligatur. Eſt autem & a ius Religioſus in alio Monaſterio, qui hodie in p ſtilentia ſubito morietur, & damnab tur ſingulariſsimè propter hoc quod negligenter, & vagabundè dicebat officium divinum. Eſt tu miſera peccatis plena, quæ plus in vna hora peccaſti, quam omnes iſti quatuor in ſua vita non timebis, nec expaveſces; Cum tamen hodie in hac hora duæ ſociarum tuarum in lupa ari à ribaldis nunc iugulantur & damnantur?* O ſi nunc tibi hæc contingerent, quid faceres, diceres, aut cogitares? Uide ergo, vide, & penſa, quod in inferno ſunt multi te meliores, ſaluo ſtatu, qui tamen nunquam ſaluabuntur. Et tu omnibus illis magis rea, adhuc non eſt damnata. Quid amplius vis audire? Cernis quãta tibi bona Deus fecit? nec tamen facit alijs, te immenſum melioribus. Vide ergo, & penſa, bene & nota, quæ dixi, ne poſt hæc ad infamiam tuam rediens, ruat ſuper te abſque miſericordiæ Dei ira. Nam in hoc dono, plus tibi donatum eſt, quam ſi tibi fuiſſent dati, tot mundi lapidum prætioſorum, quot ſunt



ſunt ſtella in Cœlo. Sic igitur hæc audiens, ſupradicta paupercula, ſignáter mortes ſubitaneas ſibi conuiuentium, & ſe ream ſupra modum agnoſcens: palpitare cœpit, coram Virgine glorioſa, Venæ franguntur, & ſanguis per omnes corporis meatus fluit, & quaſi exanimata, præcordis anguſtia remanſit. Ad quam, poſt populi aſtantis clamorem Dominicus adveniens de Miſſa in qua tribus horis illis ſteterat, quibus præfata Benedicta in raptu fuerat, ſupplicius pro illa orando, cuncta quæ dicta, & facta fuerant, erga filiam ſuam, agnoſcens, & eam per manum apprehédens, ac in virtute Pſalterij Virg. Mariæ; conſignans, mox illam ferè mortuam, integræ reſtituit ſanitati: populo vniuerſo aſtante, & vidente, atque immenſas in Cœlum laudes proclamante. Poſt hebdomadam, dierum cum deuotiſſimus Pater Dominicus celebraret in Eccleſia B. Virg. & illa Benedicta præfata, præſens eſſet vidit Dominicum in Crucifixi ſpec ie cum ſtantibus omnibus, & corona ſpinea, ad altare procedentem, cum aſſiſtentia Virg. Mariæ, & plurimorum. Cumque facta fuiſſet Conſecratio, apparuit Chriſtus viſibiliter in Crucem extenſus cum omnibus ſignis Paſſionis, ſtillabatque ſuper Dominicum ſanguinem diuiniſſimum, & cum perfectè ſibi conſiguravit. Quo facto, vidit à dextris librum maximum, quem prius viderat in iudicio, candidiſſimum factum, ſed nundum ſcriptum. Cumque vehementius ſuper hoc miraretur, clara voce audiuit Dominũ Ieſum Chriſtum ſibi dicentem: filia Benedicta librum tuum ſeptem lilijs deleuiſti, ab omni ſpecie ſeptem peccatorum mortalium: Vide vt de cætero reſcribatur, non vt prius, picturis infernalibus, nigris, & horribilibus, ſed liceris albis, rubeis. Sin autem; vindictam rurſus de te accipiam, & corrues. Quod audiens illa, vehementer territa, ad pœnam priorem venire pertimeſcens, proprius accedens, & ad pedes dulciſſimæ Virg. Mariæ ſe proſternens, miſericordiam petebat ne vt prius tantis afficeretur pœnis. Tunc miſericordiæ Regina clamidem ſuam eleuans, ex varijs lapidibus præcioſis, de collo ſuo traxit Patriloquium pulcherrimum, dicens: Hoc filiæ mihi donaſti, & ego illud tanquam torquem Imperialem, in collo meo deferro. Filiuſque meus: quem cernis in Cruce pendentem, ſi-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſimiliter pro torque Regali, habet ſuum ſertum, collo ſuo impoſitum miræ pulchritudinis, & valoris, quæ tu nobis dediſti, & in quibus librum tuum mortis, cum adiunctione liliorum, deleviſti. Nunc ergo filia, conſtanter age. Ecce Pſalterium meum, in quo in poſterum tua peccata, & aliorum delebis, tibi commendo. Et in prima quinquagena, quæ eſt ex lapidibus pretioſis albis, & claris: Scribes in libro Articulos Incarnationis Filij mei, & Dei IESV Chriſti meditando dignitates meas in ordine ad Filium, ſecundum omnes corporis mei partes, ſcilicet quam reverenter caput ei inclinaui, auribus eius vocem audiui, manibus maternis, & Virgineis, eius tenerrima, & pulcherrima mẽbra contrectaui, ac materna miniſteria impendi, per ſingula membra diſcurrendo vſque ad pedes. Litteris autẽ rubeis ſcribes cum ſecundo ſerto: quod dices deuotè, ad horas paſſionis Filij mei: quod ſertum eſt de rubeis lapidibus pretioſis, meditando ſcilicet hic quinquaginta articulos paſſionis Filij mei, & habendo ante te Crucifixi Imaginem, & cuilibet vulneri Ave Maria offerẽdo nec non cum hoc meditando dolorem illius patris. Litteras autem aureas ſcribes cum tertio Serto, quod erit ad honorem Sacramentorum ſanctorum, & contra tua peccata, & pro Imaginibus, habebis Imagines tuæ Eccleſiæ, & tua Patria de vna in aliam meditando, ſpiritualiter diſcurrendo, & hoc deſignanter per tertium Sertum, ex ſignis aureis compoſitum. Sic igitur filia, prædicto in Pſalterio mihi, & filio meo deuotè ſeruias, ſicut incæpiſti, & quoties nobis Pſalterium obtuleris, tot torques Imperiales, infiniti valoris exiſtentes collis noſtris honore condigno, ac Regio circum aptabis. Igitur Miſſa ſic miraculoſè conſummata, in qua V. Maria partem hoſtiæ & ſanguinis Chriſti accipiens Dominico ſibi familiariſſimo, communicavit, in ſignum ſummæ, & ſingulariſſimæ amicitiæ, tanquam Sponſa cum Sponſo: cumque iuvit ad veſtes Eccleſiæ deponendum, & humiliter ei valefaciens, Benedictam conſignans, de qua prædicta acta ſunt: cũ gratiſſima facie diſparuit. Atque poſt Benedicta iſta à dæmonibus omnino liberata & in bono propoſito confirmata, in ſeruitio Pſalterij Chriſti, & V. Mariæ, vſque in finem permanſit, in omni ſan-





ctitate deuotionis, & pœnitentiæ fervore, adeo, vt Domina noſtra poſtea ipſi ſæpius appareret, & plurima Dominici facta, quæ nemo hominũ ſciebat, reuellaret, quæ in Legenda F. Thomæ de Tẽplo, pro parte ſunt ſcripta. Qui fuit Hiſpanus, & S. P. N. Dominici ſocius. Ex qua Legenda, & pluribus alijs legendis facta, quæ nunc de Dominico dicta ſunt, fuerunt extracta: Et ſunt nuper per revelationem Chriſti, & Virg. Mariæ, confirmata cum ſignis magnis, & portentis. Et de omnibus his fidem, & teſtimonium ſub iuramento fidei Trinitatis, perhibeo, ſub periculo omnis maledictionis, mihi infligendæ, in caſu, quo deficio à veritatis recto tramite. Propterea convertimini à via veſtra mala, & redite ad Chriſtum, & Virginem Mariam Matrem noſtram, per Pſalterium ſuum diuiniſſimum. Quoniam vt nuper revelatum eſt temporibus iſtis, ab ipſis eorum voluntas eſt, vt prædicetur, doceatur, & ab omnibus dicatur contra omne malum amovendum, & pro omni bono acquirendo: & ſignanter contra mala, toti mundo, in proximo imminentia, niſi adſit, in populis pœnitentia. Propterea omnes: *Laudate eum in Pſalterio decem chordarum*: Scilicet dicendo quindecem *Pater noſter*, & cuilibet addendo decem *Ave Maria*, quæ ſunt in numero centum quinquaginta: ſicut ſunt in Pſalterio Davidico 150. Pſalmi, in quibus dulciſſima Virgo Maria fuit præfigurata. Quod nobis omnibus concedat Iesvs Chriſtus Mariæ, & Dei filius ſæculorum Benedictus. Amen.

## CAPVT. XXVIII.

### *De Benedicta Hiſpana.*

ERat Virgo nomine Benedicta, filia Comitis Nobiliſſimi in Regno Hiſpaniæ cognata Sanctiſſimi Dominici Patriarchæ Ordinis Fratrum Prædicatorum Almi. Fuitque vanè in domo parentum educata, cum omni gloria mundana. Erat corpore pulcherrima, elegantiſſima, & fortiſſima, vltraque multas alias, corpore excelſa; doctaque in omni vanitate ſæculi, ac mundana eloquentia. Inſuper cantare, diſcantare modo mirabili, ſcivit, adeo quod nullus eſſet Cantor Eccleſiaſticus, qui ſe illi in arte muſica præferre auderet. Quinimo in ſimphonia, in cythara organiſque, ac huſmodi muſicalibus inſtrumentis ſci-

vit peroptimè ludere ad ſchacos, aleas, & ſecularium ludos, tam bene ludebat, vt ab omnibus Magiſtra vocaretur. Quinimmo, cum fortiſſima eſſet, in haſtiludijs, & ſpatarcorum artibus, ſic edocta fuit, vt in talibus nullum repetiret victorem. Quod autē grauius eſt, cum gratijs mundanis redundaret, diſſolutiſſima in habitu fuit, ſemper in choreis, duellis, & ſpectaculis exiſtens, cunctoſque ad ſui amorem alliciebat. Veniebantque quamplurimi, ex diuerſis Regni partibus, ſola eius fama allecti. Immo etiā per conuiuia Nobilium Pater, & Mater, pro carminibus, & choreis ducendis, etiam de nocte, eam conducebant, vt videlicet verbis, reſponſis ſuis conuivas lætificaret. Cumque iſta fierent, & iam quaſi viginti annorum eſſet, quidem miles ſic vagam eam proſpiciens de illa tentatus, cogitauit, qualiter illam decipere poſſet. Dicebat enim intra ſe: Piſcis extra aquam non poteſt ſtare nec Cerva extra ſilvam ſine captione. Non enim poterit eſſe, vt hæc quæ ſe tot periculis injicit, vana exiſtens, quim capiatur aliquando, aliquando non effugare poterit. Itaq; magnum Conuiuium Patri, & Matri faciens, maxima cum culpa, ſimul & illam Benedictam pro lætificatione Conuiuarum recepit, quam etiam præ omnibus Conviuis præoptavit. Cumque ſic cuncti in Conuiuio lætarentur, choreiſque, & cantilenis vanis, & ludis iucundiſſimis lætarentur, interea miles ille munuſcula offert prædictæ Benedictæ, ſcilicet annulum aureum, cum torque pulcherrima, ſed occultè. Quæ libenter, ſicut ab alijs conſueverat recepit. Cum igitur cuncti gauderent in ludis iſtius Benedictæ, & ſupra modum mirarentur de eius prudentia, & facundia humana, miles ille dans cæteris vinum in copia fortiſſimum, illico Benedictæ, vinum defæcatum in ſcypho offerebat, & in ampulla vinum albiſſimum, loco aquæ fraudulenter propinabat. Quid plura? Virgo mundana, iam ebria effecta, capitur. Cum enim omnes ſui, nimis eſſent vino abſorpti, & gaudijs attoniti; heù illa miſera cum milite Caſtri habitacula, & loca alia viſura, ſola cum ſolo exivit: atque per hunc modum horribili cæno luxuriæ ſe ipſam turpiter polluit. Rediensque ad ſuos, longe amplius diſſolutior apparere cœpit. Sic igitur latenter in illo anno, ſæpius cum milite præfato





habitauit, filiumque in ſui totius Proſapiæ, & ſuam infamiam concepit, peperitque in domo paterna. Flevit illa, Parentes quoque, & omnes qui illam noverant, vniverſaque Ciuitas concitatur, ac Regnum, his rumoribus, ſupra modum dolens, admiratur. Cum igitur à ſervis, & ancillis domus opprobria, & irriſiones quam plurimas pateretur, & à Patre auctorem ſtupri perquirēte, ſcorpionis grauiſſimè cederetur, & nullo modo vellet indicare, tan quam animoſa, tandem cum nimium quaſi deficeret flagellata, ait Patri: *Convoca*, inquit, *Pater domū tuam totam, & huiuſmodi ſceleris indicabo, nunc indubiè auctorem.* Cumque omnes adveniſſent, illa coram omnibus ait: *Tu Pater es ſolus, qui hūc genuiſti filium: & tu Mater mea ipſa es, & nulla alia, quæ iſum peperiſti*: Et cum omnes ſtuperent, ait illa: *Non miremini Nobiliſsimi proceres, quia hoc de Patre meo & de Matre dixi; Quoniam hi ſunt, qui in omni pompa, & vanitate ad vuinerſa Regni ſpectacula, me quaſi Principem vanitatum, deducentes, inſtituerunt.* Propterea ait illis: *Quare me tale quid facere feciſtis? Iam ex hinc volo diſcere, Valete: toti mundo publica manebo.* Sicque deſperans, cunctis domus paternæ offenſis, & immenſo odio repletis, in Regno Hiſpaniarū aſt effecta publica meretrix Septem annis omni voluptati, & impudicitiæ ſe conferens, cunctos ferè ad ſe concitauit. Nam ſolemniſſima facta eſt meretrix, ob hoc etiam ditiſſima effecta, domicelas huius facinoris coaceruauit, vt quaſi Duciſſa vna de maximis putaretur. Habuit famulos, quaſi milites ornatiſſimos. Et in omnibus duellis aſtabat ſūma cum pompa, erat duellantium poſt victoriam fœda cōſolatio. Quinimo, cum ſcienter perfectiſſimè omnem artem militandi, vt dictum eſt, ipſa in armis, contra quoſcunque pugnabat: & lancea ſua omnes ſigillatim, devinciebat, Immo adeo fortis erat & prævalida, vt cum duobus viris luctando, auderet confligere, & eos licet fortiſſimos ſubſtinere. Propterea cuncti cupiebant eam, & ſe felices æſtimabant ſi eius frui concubitu, potuiſſent. Ob hoc propter eam, multi fuerunt occiſi, luxuriæ zelo, & ob illam plurimi de pauperati ſunt. Fama eius vniverſas peragrauit Provincias, ac Regiones in illis partibus. Quando ergo duellum quoddam vno tempore, ipſamet intraſſet, dictum fuit hoc Dominico ſanctiſsimo

eius videlicet cognato, quod ibi eſſet vna mulier duellans, quæ plus prædicaret vna die, quam ipſe prædicare poſſet vno menſe. Militibus ergo Nobiliſsimis ſtipata, ad illam clam accedens ait: *O filia ſatis mundo deſeruiſti, ſeruias nunc quaſo Creatori tuo.* Adducebat tunc de Chriſto, & de Sāctis eius quam plurima exempla. Quæ cuncta tanquam deliramenta, ſpreuit, dicens: *O Dominice Dominice, ſi me vel vnam de ancillis meis haberes in priuato, aliud faceres, quam nunc me facere doces.* Cui ille: *O filia, die tertio in proximo fude his inter te, & me Deus iudicabit.* Mira res, & omnibus mortalibus ſtupenda? Die tertia, mulier illa ſex mala incurrit. Nam die illa, omnium ſenſuum viuacitatem perdidit, adeo vt penè rabida eſſet effecta, habebat tamen quædam parvula lucida interualla rationis alicuius. Ob, hoc mox contemnebatur ab omnibus, ſuique famuli, cunctis direptis bonis ſuis, pauperem illam ſolam reliquerunt ſemper impatientem, & Deū blaſphemantem. Sic Ergo Benedicta Evæ filia poſt tantam gloriam, cuius finis eſt carnalis voluptas ſecundum Bernardum, primam Evæ maledictionem habuit, videlicet, ſenſuum perditionem! contra hoc verbum Benedicta, ſic maledicta. Secunda hebdomada, ſecundam Evæ maledictionem incurrit, ſcilicet ignobilitatem, contra Mariæ nobilitatem, & per te deſignatam. Nam vniuerſa familia eius, vt dictum eſt ab ea diſcendens, cuncta ſecum abſtulit, clam difugientes, & nudam ipſam dimiſerunt. Poſt hæc ſtatim tertio ſimiliter tertiam Evæ maledictionem, videlicet, Inhonorationem. Quoniam omnes, qui eam cognoſcebant, in nullo ei compatientes, eam ſub ſanabant, irridebant, & parvuli pueri, vt in fatuam lutum, & lapides in eam proiecerunt, & nemo eos cohibebat. Quarta hebdomada, cum in nullo ſe emendabat, quinimò, & ex impatientia Deum blaſphemabat, ſubito lepra horribiliſsima eſt percuſſa cunctæque carnes eius computruerunt, tantuſque fætor ex illa emanabat, vt nullus mortalium hunc ſufferre æquanimiter poſſet, adeo vt eſſet ſibi metipſi intollerabilis, quæ olim florida, & fragrans aromatibus redolebat. Ob quod ex intollerabili cordis dolore impatientiſsima efficiebatur. Nā per hanc lepram ſubito facta eſt turpiſſima contra verbū

pul-



pulchritudinis Mariæ, videlicet. *in mulieribus.* Poſtmodum autem, cum nec ſic ſe emendaret, quintam maledictione Evæ conquiſivit, corporis imbecillitatem, ac impotentiam. Nam hæc illa, quæ olim, vt duo homines fortiſsimi, & amplius, fortis erat, & robuſta, facta eſt tam imbecillis corpore, vt nec manum, nec pedem movere, immo, nec ſe ipſam paſcere poſſet, ſe in tugurio, longè ab hominibus ſeparato, ſola derelicta erat. Devotam tamen vnam, & Sanctam (Deo miſerante) recepit, & habuit famulam, quæ vt poterat, ei propter Deum deſerviens impendebat ei obſequia neceſſaria. Eratque nulli alteri cura de illa, cum omnes eam fugerent, ſicut Dei maledictionem, cunctique dicerent, damnum eſſe, ei in aliquo ſubvenire: quippè quæ tanta mala fecit in mundo, & tot animas perdidit vanitatibus; & luxurijs ſuis. Ideoque quod abominabilius eſt, ipſa illa dudum, tam florida, & opulenta, & laſciva, ſine viribus; & ſenſibus abominabilis omnibus, aſſiduè iacebat in cœno fœtorū propriorum ſtercorum ſuorū. Fuitque in iſto modo trium annorum ſpatio in tantum cruciata, vt aſſiduitate adhæſionis, & decubationis ad cubile, carnes eius eſſent corroſæ, & vermibus conſperſæ. Conſequenter Sextam maledictionem Evæ habuit, Infamiam vniverſalem, adeo, vt proverbium in illis terris de illa publicè curreret. Cum enim aliquis voluiſſet alteri maius malum imprecari, dicebat in hunc modum: Faciat tibi Dominus ſicut Benedictæ facere dignatus eſt. Et hæc maledictio fuit contra benedictionem Mariæ, quæ notatur in verbo: *Et benedictus.* Cum igitur in fine trium annorum Sanctiſſimus Dominicus prædicando ad illa loca redijſſet, ſingulariter ad viſitandum ſuam captivam, ad eam veniens, ab ea nō eſt cognitus. Nam oculos perdiderat, totaque eius facies ſic erat corroſa, vt penè oſſa paterent. Quia tamen ſemper parumper habebat aliquid rationis, licet modicum, ſic Sanctiſſimus Dominicus cœpit ei prædicare multa de Chriſto, & Sanctis eius; ſed fruſtra. Illa autem, vt audiuit, ſimulque cognoſceret Dominicum adeſſet, viribus quibus poterat, non pœnitebat, ſed potius ira inflammata, Sanctum maledicebat Dominicum, & ipſum omnium malorum, & ruinarū ſuarum cauſam aſſerebat, libenter, vt dicebat, eum occideret, ſit poſſet. Quæ Dominicus libenter ſufferens, ait: *O filia, elige quod vis, aut ſtatim*

*mori*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*mori infra menſem, & ſic intrare gehennam ſempiternam : & aut commendare te V. M. & dicere omni die Pſalterium ſuum.* Perſuaſitque deuotè agendo, vt ſe poneret totis viribus in Communicationem Confratriæ V. Mariæ, & bonorum omnium, quæ in ea fiunt per devotos Pſaltes eius, vt ſic Pſaltam meritis eius poſſet iuvari, perdita recuperare, & etiam ad maiora pervenire. Quæ audiens tertia ſimul, & compuncta, propoſuit Pſalterium dicere, & Confratriam illam intrare, toto poſſe. Rogavitque Dominicũ quatenus poſſet modo debito ab eo informari, vt quantocius incipere, & dicere poſſit. Sic igitur poſt ſex mala Euæ, incepit in Dei gratia per Virginem Mariam ſex ſuſcipere beneficia. Nam in fine primæ hebdomadæ poſtquam incepit Pſalterium dicere omnis vigor ſenſus perfectiſsimè eſt ei reſtitutus, cum augmento ſcientiæ virtutum, & morum. In fine verò ſecundæ hebdomadæ fuit nobilitata, per hoc, quod nobiles cœperunt eam viſitare, & proventus nobilium ei donare. In fine verò tertiæ hebdomadæ, tugurium eius totum videbatur lucidum, ſingulis noctibus, audiebanturque voces chororum canentium ſcilicet Angelorum, de pœnitentia, ejus lætantium, adeo, vt vniverſis, timere Deum, & honorare eam cœperunt. Et ita, quæ ſic prius erat confuſa, velociter à Deo, & B. Virgine ſic mirificè eſt honorata. In fine autem quartæ hebdomadæ Virgo Maria apparens ei, & ſuo lacte Virgineo totum corpus eius liniens, à lepra eam curauit, priſtinamque ei cum augmento, pulchritudinem reparauit. Sub quintæ finem hebdomadæ rurſum apparens Deipara, potum ei præbuit, ex cuius guſtu, robuſtior, quàm fuit ante, euaſit, vt robur facilè virorum quatuor iuſtum haberet. Ad ſextæ finem hebdomadæ ipſius fama deperdita in integrum eſt reſtituta: vt vna in ore omnium maxima cum laude celebraretur, vt de cuius ſalute, tum admirarentur tum gauderent, tum eidem gratularentur. Et verò, multis donis gratioſior, quam prius apparuit. Fama igitur eius cognita Rex quidam, admiratione raptus, & in Deiparam deuotione, & reverentia in ipſam, ſtatuit ipſe ſecum, & cõſtanter affirmauit propalam, aliam ſe in vxorem ducturum nullam, præter Benedictam. Proceres obſtupuere omnes, coram quibus Sponſalia Regificè protinus celebrãtur: Atque ea ratione totius eius, & perſonæ, & proſapiæ abolita fuit infamia. Vt vero

rò



rò iam Regina rerum pariter cum Rege poſita fuit, prima ipſi cura, Regnum totum ad Deiparæ reducere cultum atque inducere Pſalterium, cõtinuò conſtructæ olim, quæ in Regno fuerunt Eccleſiæ Bethicæ, per ipſam copioſius dotantur, latèque prædicantur Pſalterium, ac latè à cunctis accipitur. Bellis Regnum intus, in viſceribus æſtuabat, ac circum vndique bella tonabant, a Saracenis, Rex longis feſſus mallis bellorum *Reginã* experitur, ſive diuinitus ſubmiſſam. Et ipſa illa Spiritus plena Dei bellantis, ſic Regẽ conſolabatur: *Domine mi Rex, ſi ita placet, vnum oro, Regni ſceptrum, clavumque moderetur, remque gerat publicam in pace: bella mihi committat. Verùm quod ego ad Pſalterium oratura fuiſſem: id tua Maieſtas ritè perſolvi curet nomine meo. Per manum fœminæ Deus, hoſtium dejciet ſuperbiam, crede mi Rex. hac in dextera validius mihi robur ineſſe quam in veſtro corpore toto vigere poſſit.* Aſſenſit Rex, rem Numine diuino geri ſentiens, & ad poſtulata annuit. Nulla dies erat, qua non Regina diceret Pſalterium, quam in aciẽ prodiret. Eodem, & exercitum ſuum cohortata eſt: nec vel curam vertere alio quenquam permiſit, quin ſecum tempus certum Pſalterio recitando impediret. Ipſa verò ſuis precationibus. Secretas adhibebat pœnitentias. Atque ita, in campum, in hoſtes invadens, obvios quoſque fudit, fugauitque: Nec raro accedit, vt iam fuſi, fugatique eſſent ante, quam ipſa appareret. Nimirum hæc vis Pſalterij eſt, Deiparæque patrociniũ. Non certum duntaxat, ſed ita frequens erat, vt ſolemne videretur, à centum Regijs quãdoque adverſariorum mille fuſos fuiſſe, alias à quinque hoſtes centum, à quingentis item aliàs ad tria ferè millia hoſtium cæſſa occubuiſſe. Nihil vero celebratius ore omnium ferebatur, quam Reginæ in bellis ſumma fælicitas, atque victoria. Has ipſi Soldano ſui Saraceni dilaudare nunquam ſatis poterant, vt apud ipſum in ſumma eſſet admiratione pariter, & veneratione. Vt pax reddita Regno fuit, iam omnis Reginæ cura, & induſtria eo incumbebat, vt Beatæ Mariæ Virginis cultum in Pſalterio, iam Regno toto celebratum, ad perpetuam conſtantiã ſtabiliter. Quæ Confraternitati valere plurimum, vt ſciuit ſi & eandem promouit. Et inde, vt longiorem vitam ſanctè duxit, demum à Patrona præ monita mortis fuit: indeq; die quinquageſimo ſupra cẽ-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

teſtimum, ante ſupremam diē: In ipſa morte conſpicuum habuit IESVM, MARIAM, ipſa dulciſſimè viſitantes, vt ſatis perfuncta ceſſit mirabili dictu, viſu auditúque mirabilius aere circum vniuerſo, variæ dulciſonæ Caſtrum nunc advolitabant auiculæ, nunc gregatim canebaat cum ſuauiſſimo concentu.

## CAPVT XXIX.

### *De Alexandra Virgine.*

ALexandra Virgo Sancti Dominici prædicationibus in Regno Aragoniæ, iam ante à multis annis nomen ſuum Pſalterij Confraternitati dederat: perraró tamen Pſalterium perſoluebat, alijs dedita vanitatibus. Matutinum nanque tempus, ſe comendo perdebat. Gratiam vaniſſimi cuique aucupabatur, & iam plurimos irretierat, ſed & deluſerat. Non pauca propter ipſam duella ſunt patrata, & homicidia. Cum igitur à quodam, qui ipſam cupiebant ſibi deſponſare, immane fuiſſet in publico peractum duellum, ipſa inſpectante, adeoque etiā digladiante, vt plures lanceâ incuſſatos ſuo robore, acceleritate ex equo deijceret, ſuo quoque ſupra vitam ſuam deſpendiſſet, cum pluribus alijs uitam eriperet, victor. Demum veluti iam omnes profligaſſet, ipſam ſic gloriabundus appellat Alexandram: Et ſi plures adforent, tui amore tamen onus conferere manus non dubitarem. Vix ei hæc vox exciderat, iam ex pugilū numero ſe ofert onus, ipſumque in duellum depoſcit, qui & ipſe ambibat Alexandram, *Age* inquit: *Si vires, & audes experiri mecum.* Dictum, factum. Concurrunt lanceis mutuiſque ictibus, ambo corruunt. Tuncque animam cum ſanguine vouunt, diras invicem vomunt certatim blaſphemias, & infelices ſpiritus exhalant. Circunſtabant vtriuſque, tum ab ſanguine, tum ab familiaritate illius adictiſſimi amici occiſi qui ſæuo ſpectaculo ac vt, fæda vtriuſque nece, in Alexandram exarſerant animis: nec ab armis abſtinuerunt, irruunt in vnam omniumque petitam, gladijs, contrucidant, nec melior ſors illos excepit qui ipſam comitabantur amici quorum plerique mortem oppetierunt. Alexandra credebatur exincta tot ictibus fuerat dilacerata: verùm ipſa non valens mori, ſemper Confeſſorem altis vocibus petebat, res horrenda Cum homicidæ cernerent, & audirent eam Confeſſorem petentem, nec eos accuſſaret caput eius præſcindunt, & illud in puteū cænoſum proijciunt. Dominicus, tunc oxoniæ exiſtens, in ſpiritu cognovit per omnia rem ſic geſtā. Neque continuò, ſed poſt cētum & quinquaginta dies Dominicum, ſponſum meum chariſſimum inquit Maria, ad locū, in quo caput Alexandræ iacebat, deſtinaui. Qui ad eum tandem veniens, Alexandram de ore putei evocat. Mox illa per caput, quaſi noviter fuiſſet abſciſſum coram Dominico extra puteum fuit præſentata; ac vt prius, petebat Confeſſorem. Quæ confeſſione facta Dominico, & Communione ſancta ſuſcepta, atque ſancta Extrema vnctione peruncta ſumma cum deuotione, gratias Dominico mox plurimas referebat. Dicebatque ſe indubiè fuiſſe damnatam, niſi meritis ſervata fuiſſet Confraternitatis Pſalterij mei. Addebat, quod cum dæmones innumerabiles voluiſſent animam eius rapere, benedicta Maria ſemper aſſiſtens, eam defendebat, & in vita eam viuentem conſervabat. Dicebatque vlterius: quod pro damnatione illorum occiſorum ducentis annis debebat eſſe in pœnis Purgatorij, & pro ornatu vano, & pōpa, quibus innumeros peccare fecerat, ad quingentos annos, erat adiudicata grauiſſimis pœnis Purgatorij. Sperabat tamen multum in auxilio Cōfratrum Pſalterij citò ſe liberandam fore. Sic igitur in terra ſancta capite honorifice ſepulto à turba populorum, quorum plurimi cum maxima devotione ſunt compūncti, & ad Confraternitatē Pſalterij mei ſuſcipiendam permoti. Nam plurimi caput abſciſſum audierant loqui: fuit enim viuens ferè duobus diebus continuis, poſt confeſſionem Dominico factam, ad Confraternitatis meæ laudem, & ad complendum quendam numerum Pſalteriorum, quem Dominicus captivæ meæ pro pœnitentiâ impoſuerat. Poſt dies 150. apparuit præfata Alexandra Dominico, tanquam ſtella fulgida, & tria ei dixit: Primum ſe miſſam eſſe ab omnibus fidelibus defunctis, vt diceret ei, quod omnes fideles defuncti rogarent eum, vt Pſalterium, & Confraternitatē Pſalterij Mariæ Virginis prædicaret, & vt eorum amici, & parentes viventes in iſta Confraternitate in hoc concordarent, vt ipſi defuncti poſſent eſſe participes in eorum meritis, ſicut & viventes, de eorum miſericordia: promittebātque ſeſe vices redditutos in gloria in mille duplum amplius. Secundo, gratias agebat S. Dominico de ſua liberatione. Tertiò aiebat: Angelos, & Sanctos plurimum lætari, de hac Pſalterij Confra-





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ternitate. Et quod Angeli, & Sancti Pſaltas Beatæ Mariæ, ſuos Confratres, vocabant, & humiliter amabant: vt potè, quod Deus, eorum ſit Pater, & Beata Virgo Maria Mater. Quibus completis, diſparuit, & ad gloriam me ducente, pervenit.

## CAPVT XXX.

### *De Prænobili Lucia Hiſpania.*

FVit in Hiſpania, tempore S. Dominici, vt narrat Ioannes de Monte in ſuo Mariali deuotiſſima mulier, à iuventute ſerviens Deo, & Mariæ Virgini in ſuo Pſalterio, ex eiuſdem Dominici beatiſſimi doctrina, & exhortatione. Hæc Lucia erat claro exorta genere, ſed erat longè clarior fide. Quæ deſponſata militi concepit, impręgnat verò; infidelibus inuadentibus Regnum Granatenſe, illius (Deo promittente) marito occiſo, à baſtantibus armatis, ipſa capta trahitur, cum multis alijs ad infidelium terras, mancipaturque ſeruitio ſæuiſſimi Tyranni, & ancilla ancillarum facta, vilia in dies peragebat officia, nec parcebant impij prægnanti, ſed verberibus, & tormentis eam ſæpius afficiebant. Advenit igitur tempus parturitionis: nocte media Natalis Domini, nemine ſciente, ipſa ſola in medio bouum, & pecorum, tanquam iumentum, deiecta eſt. Et tamen hac in tribulatione Pſalterium Mariæ nunquam poſtpoſuit Rem novam fecit cum illa Maria. Eadem enim hora, cum vehemétiſsimè doloribus parturiens anguſtiaretur de primo partu. Et (cum tenerrimæ eſſet ætatis, ſcilicet 14. aut 15. annorum, & ob hoc verecunda, & rei inexperta, & neſcia) dolens ſenſit, & remedia neſciebat, deficientibus humanis auxilijs, vt valuit Pſalterium Mariæ accepit, & quantum dolor permiſit, tantum de nocte ſalutare Virg. Mariam cæpit. Regina clementiæ, quæ ſua viſcera, ſibi ſervientibus claudere neſcit, anguſtiatæ adeſt: obſtetricis peragit officia, puerum balneans, ſcindit vmbelicum: & quia defuit Baptiſta, ſubitò adveuit Sacerdos, facie venerabilis, claritate ineffabilis, habens ſpineam coronam in capite, & ſtigmata in manibus, non cruentata, ſed fulgore ſtellarum fulgentia: hic cum Diacono, & Subdiacono, & ſacro Chriſmate veniens, puerum baptizauit, & MARIANVM nominavit. Mariaque Dei Mater puerum tenebat, & ſic ex nomine Mariæ Commatrix Luciæ, MARIANVS eſt vocatus, Mirabatur

tur



tur Lucia, & præ admiratione doloris eſt oblita. Baptiſmo itaque facto tradidit Maria filiolum Luciæ, dicens: *Ecce filia filium tuum, confortare & perſevera, impoſterum enim de cælo tibi ſpondeo auxilium affuturum.* Sicque diſparuit viſio, & Lucia manet cum filio in viliſſimo ſtabulo, læta de viſione. Stupet, quod dolor omnis abijt & fortem ſe pluſquam vnquã reperit. Recepit ergo filium ſuum, & ſuper paleas, tanquam Mariam filium ſuum IESVM in præſepio, inter pecora poſuit. Permanſit autem hæc Lucia ibidem vſque ad diem Purificationis Mariæ Virginis, ſemper Mariam in ſuo Pſalterio collaudando. Et ſubitò manè illius diei, ad eam venit quidam iuuenis, facie rutilans, qui ait: *Quia filia, non es purificata more Chriſtianorum præpara te, vt more fidelium:* Quæ ait: *Domine, nec hic eſt Eccleſia, nec Sacerdos, nec populus fidelis.* At ille: *Imo:* inquit, *nunc te ducam ad Eccleſiam pulcherrimam, vbi videbis miranda, & audies ſtupenda.* Atque per hunc modũ hæc Lucia, puerum baiulans in vlnis, ſequebatur iuuenem, intrantq; Eccleſiam mirabiliſſimam, vbi in facie Eccleſiæ occurrit Magdalena, & Sanctiſſima Anna mater Mariæ, quæ Luciam excipientes ad manus, introduxerunt vſque ad chorum, hoc facto, apparuit glorioſa V. Maria, quæ Luciæ ait: *Beneueneris filia: ſæpius præſentaſti mihi filium meum per Pſal terium meum: & nunc te ipſi præſentabo, pro tua purificatione cum filio tuo.* Accepitque Maria eam ad manum, & ad cancellos eam introducens, vbi fuit ſedes Imperialis Mariæ, iuxtaque magnum altare ſedere eam iuſſit. Venitque Sacerdos ille, qui filium eius baptizavit, & cum ineffabili melodia peragit Miſſam. Iamque ad offertorium deuentum erat. Itaque Maria hanc ſuam Luciam primum offerre iubet cereum ſibi datũ. In quo erant tres partes, in qualibet parte erant quinque lucernæ, modo mirabili adornatæ. Quod cum eſſet maximæ magnitudinis, fuit tamen leuius cera vſuali. Quia quoque lis oritur inter Luciam, & Mariam, quæ harum prima oſculari manum ſacerdotis Pontificis deberet. Tandem Maria coegit Luciam, vt primo oſcularetur, dicens: *Hodie tu es purificata: dudum autem ego fui purificata: primum ergo decet te oſculari.* Itaque Lucia oſculabatur Chriſti celebrantis Deificam manum, & poſtmodum Marię. Sic ad ſuas ſedes reverſæ, primum Lucia habuit locum. Et cum in fine Miſſæ omnes cõmunicarent, primo Lucia cõmunicabat, deinde Maria. Cõmu-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

municatione facta, cognoſcebat, & perpendebat myſteria incredibilia, & læta, atque iucunda per Mariam deducitur vſque ad Eccleſiæ portam, & dixit ei Maria: *Tene filia, quod accepiſti, & perſevera in opere incepto; ducam enim te nunc ad terram tuam.* Et ſubitò circa decimam horam, hæc Lucia ſe repetit in medio Eccleſiæ S. Iacobi, cum ſuo parulo. Nam ipſa oriunda erat de Compoſtella, ſed longè ad Regnum Granati fuit maritata. Permãſit hæc recluſa omnibus diebus vitæ ſuæ, & Marianus parvulus filius eius cum ea, eruntque ſimul recluſi. Et poſt glorioſam mortem matris (cuius animam glorioſa Virgo Maria perduxit ingenti cum lætitia ad gaudia æterna) permanſit hic Marianus Eremita in omni virtute conſpicuus; timens mundanam gloriam, ſemper in ſervitio permanens Pſalterij Mariæ Virg. multis cum revelationibus. Et ſic Maria Virgine ei apparente, beato fine quievit. Ergo ò mulieres, & parvuli, hoc inſtructi exemplo, Mariam Virginem laudate, in Pſalterio ſuo dicentes ſemper: Ave Maria, &c.

## CAPVT. XXXI.

*De Maria Comitiſſa Hiſpaniæ.*

MAria, cuiuſdam potentiſſimi Comitis filia; in Regno Hiſpaniarum, fuit per patrem, & matrem docta, & coacta ſimul, & allecta verbis, doniſque pomorum; non nunquam etiam verberibus compulſa ante prandium orare vnã quinquagenam Pſalterij Virginis Mariæ: poſt prandium ſecundam manibus coniunctis & genibus flexis; & tertiam ante dormitionem. Hæc igitur ad annos pubertatis, & diſcretionis perveniens, iuſſu parentum, viro tradita eſt. Quæ licet erat maritata. Diuinum tamen illud propoſitum non dimiſit; ſed cum deuotis meditationibus, & diſciplinis tribus in die, quarum quælibet habuit Quinquaginta ictus ad minus. Continuauit: *Quod enim noua teſta capit, inueterata ſapit.* Et quia habuit decem filios, & filias, eos diligentiſſimè in timore Dei, vt matrum bonarum intereſt, enutriuit. Poſt hoc, Epiſcopus quidam, Magiſter Pariſenſis, & Theologiæ Doctor in vtroque Iure ſimiliter, Ciuitatem huius Dominæ Comitiſſæ intrauit, & in ea



pro viribus prædicare cœpit. Tandem Maria prædicta ad eũ iuit, dicens: ab eo ſe vellet ſcire exercitium, per quod pervenire poſſet ad viam perfectionis. At ille, cognito quod eſſet maritata, reſpondit, quod Septem tenere deberet. Primo amorem mariti. Secundò fidelitatem ad eundem. Tertiò miſericordiam ad proximum. Quartò iuſtitiam ad familiam. Quintò, vt fugeret loquacitatem. Sexto, vt ſemper aliquid boni operaretur, & ſeptimo, vt Eccleſiam Dei honoraret; & filios ſuos ſemper in timore Dei cuſtodiret. Cui illa dixit: ſe pro viribus ea obſervaſſe, ſed velle amplius proficere. Tunc Epiſcopus: *O Domina Maria, cum ſis maritata, non eſt bene poſſibile te maiora poſſe facere: ſed his contenta Domino famulare.* Rurſus illa: *O dulciſſime Domine, ſi conſilium dare non vultis, ſaltem ſub breuitate vitam meam, audite, ne errem, quæ ſum indocta.* At ille, *libenter*, inquit. Tunc illa narrauit ſe in die tres dicere quinquagenas Pſalterij Virginis Mariæ, cum triplici genere meditationis, & triplici diſciplina, dicens: Quando dico primam Quinquagenam habeo pro obiecto Mariam Virginem, & ad ſingula membra, potentias, & actus earum dico vnum Ave Maria, puta, ad oculos, qui Filium Dei viderunt, vnum; Ad aures, qui vocem Angelicam audierunt, vnum, & ſic de ſingulis conſequenter. Et ſic faciendo, dixit, quod ſentiebat ex membris Virginis, in membra ſua deſcendere, ineffabilẽ dulcedinem, ſuperantem omnem mũdi conſolationem. Secundam verò Quinquagenam dicebat in honorem paſſionis Chriſti: & tunc habebat pro obiecto Chriſtum crucifixum, ſic meditando: quod capillis auulſis dicebat vnum Ave Maria. Deinde coronæ ſpineæ, & ſic de alijs membris, vſque ad pedes incluſivè deſcendẽs. Sicque dicendo, & meditando, ſentiebat ex Chriſti membris dulcedinem multò maiorem in ſe deſcendere, quam prius, ſic vt tota eſſet quaſi in Chriſtum converſa, & tota plena compaſſione, & amore Chriſti in tantum, vt totus mundus ſibi eſſet pœna, præ amore illum cogitandi, aut ſentiendi. Tertiam verò Quinquagenam dicebat, circa Altaria ſingula ad imagines Sanctorum ſuæ Eccleſiæ, & Capellæ, dicendo omnibus Angelis nouem, vel decem Ave Maria, Ioanni Baptiſtæ vnum; Ioanni Euangeliſtæ vnum, & ſic de alijs, meditando etiam vitam Sanctorum illorum; & ſe ab illis confortari poſtulans, & confirmari. Ita in iſtis meditationibus rapie-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

piebatur frequenter ad Dominum, vt perderet vſum ſenſuũ exteriorum, velut S. Elizebet Landgrauia. Et hæc cum ieiunijs, & diſciplinis fecit, vt dictum eſt: Procurabatque omnes pauperes dicere Pſalteriũ. His igitur à Pontifice auditis, quaſi extra ſe conſtitutus, præ admiratione, flens, aiebat: *O Maria, filia mea chariſſim: Ecce ſum Epiſcopus: & Doctor in Theologia, & in vtroque Iure annis pene viginti, nec tamen vnquam audiui talem modum ſpiritualis exercitij. Propterea ex hac ora tu eris Magiſtra mea, & ego tuus ero diſcipulus.* Et Statim ille Patriloquium poſuit in zona ſua, cunctis videntibus, & in craſtinum cœpit prædicare Pſalterium Virginis Mariæ: Et populus videns, quod prædicabat, & portabat in zona ſua Pſalterium tantus Pontifex, plures conuerſi ſunt tam per exempla, quam per verba Sancti Epiſcopi ad Pſalterium Virginis Mariæ dicendum dicentes: *Si hic tam magnus Dominus portat: & legit Pſalterium Mariæ, vtique aliquid magni eſt. Nos igitur meritò, cum ſimus peccatores, facere debemus ſimiliter.* Itaque tota terra illa, longè, latèque plena fuit Pſalterij huius deuotione. Tandem Domina noſtra Virgo Maria, apparuit præfatæ Comitiſſæ Magiæ, prænuncians ei obitum ſuum, eaque moriente aſtiti illi, & animam eius in modum ſolis fulgentem innumerabili comitiua Angelorum, & Sanctorum perduxit ad gaudia ſempiterna, vt etiam à mortalibus fuir auditum, his auditis laudate Mariam, vt hæc fecit Maria in Pſalterio Angelico, ſic & vos mereamini vna cum ipſa perduci ad Regna Cœleſtia. Amen.

## CAPVT XXXII.

*De Moniali conſervata, & Monaſterio reformato per Pſalterium.*

COmes quidam erat dives, & multis ſtipatus liberis, decenti ſuæ origini nuptui cũctos tradere pertimeſcens, quãdam filiam tenerrimam corpore, ſpecie pulcherrimam, annis iuvenculam Beato Benedicto deuouit, Monialibus eiuſdem Ordinis eam committens quaſi cum eis vitæ tramitem peracturam. Induitur virgo, & poſt hæc, vt reliquæ nobilium filiæ, delitijs affluit. De ordine enim ſervando, iſta Monialiũ Congregatio, modicum, aut nihil curabat, ſed tanquam grex per deuia gradiens, in foveam vitiorum præcipitabatur. Hanc præfatam Virginem loci illius Confeſſor, ſic alloquitur: *Eſtne tibi exercitium aliquod, quo te ab otio cuſtodiens, Deo, & Beatæ Virgini purius famuleris?* Ad quem illa: *rem ignotam à me interrogas Pater: tenera ſum, & delitijs aſſueta: ſi laboris quid ſit agendum, certe non aſſuevi.* Ad quam ille: *non eſt moleſtia, neque magni laboris, ſed magni ſolatij, & virtutum eſt congeries.* Cui illa *Quid,* inquit, *hoc eſt, de quo tam laudabiliter prædicas? Indica mihi quæſo Pater, ne differas.* Cui ille: *Pſalterium, inquit, Mariæ nomen habet, & ex 150 ſalutationibus Angelicis contextum, poſt ſingulas tamen decem ſalutationes, Orationem Dominicam ſemper adiungendo, quia ſic de Beato Dominico audiui. Hoc indubie filia, exercitium eſt, de cuius laudis excellentia tam ſermo habitus eſt.* At illa: *Experimento,* inquit, *ſciam, ſi ita eſt, vt hortaris.* At ille: *Audi igitur modum, quem tibi aperiam, ſecundum quem te in ipſo exercitare debeas. Primam quinquagenam leges ad aliquod punctum Incarnationis Chriſti, ruminando, & meditando. Secundam dices ad aliquod punctum ſalutiferum Paſſionis eius meditando. Tertiam dices pro peccatis tuis, & cum hoc ſuffragia Sanctorum tibi ſpecialium in deuotione flagitando, & eorum exemplum imitando.* His ſaluberrimis documentis introrſum tracta, obtemperans puella, hilari mẽte, & magna cum deuotione incepit. Iſta occupatione tali, à multis malis, quibus illud Monialium laborabat Monaſterium, perſtitit immunis: ac non ſolum ſanitatem mentis verum etiã corporis pulchritudinem ineffabiliter acquiſivit. Quia antea in ſeculo continuo infirmabatur, quæ infirmitas maxima cauſa fuit, quod ad Religionem data fuit à parentibus. Parentes igitur de eius ſanitate percipientes, ac eam pulcherrimam eſſe ſcientes profeſſionem eius impedire conantur, nondum enim profeſſa erat, ac Nobiliſsimum Regis Hiſpaniæ filium, ei ſponſum dare volebant: ſed ipſa plus timens Deum, quam parentes, profitetur tempore ſuo. Ipſa igitur ſic profeſſa, quia vnaquæque Monialium ſuum amicum, & amaſium habuit, cum quibus choriſare, & portare conſueverunt, & plura paſſima agere multi Nobiles, eam Nobilem ſcientem, & pulchram in amicam elegerunt, & litteras ad talia amoroſa provocantes miſerunt. Ex quibus ipſa anguſtiata, litteras in cloacam proiecit, ſolummodo amorem ſuum, in Deo Ieſu ſuo, & in matrem eius, glorioſam ponens. Sed humani generis inimicus, iſta videns,

& ei inuidens, cæteras Moniales commouit ſuper eam, quod non ſicut aliæ, ipſa faciebat, & ideo aliæ ipſam deſpicientes perſequebantur, & hypocritam nominabant. Nec ob hoc, ab incepto deſtitit: ſed Virginem Mariam devotius invocabat, petens, vt eam in patientia confortaret. Aliquando igitur ea ſic orante: Virgo glorioſa ſemper benedicta, literas portans, ante eam poſuit, in quibus ſic ſcriptum erat: *Maria Dei Mater, Ioannæ filiæ Dei ſalutem.* Ac vlterius tria documenta in ea continebantur, quæ ſi opere perficeret, ad perfectionem citius perueniret. Quorum primum fuit, vt Pſalterium inceptum continuaret deuotius. Secundum, vt quantum poſſe removeret à ſe phantaſias malas, & otium. Tertium, vt depingeret in ſingulis cellæ ſuæ locis bona documenta à malo retrahentia, & ad bonum inſtigantia. Vt ſunt de Chriſti Paſſione, de Regno Cœleſti, de morte, de inferno, & ſic de alijs, ſecundum ſuarum tentationum exigentiam. Quarum ratio iſta erat, quia ipſa ſæpè ex tentatione perdebat memoriam reſiſtendi tentationibus. Quæ omnia deuotè compleuit Ioanna. Contigit poſtmodum, vt quidam Abbas Sanctus cauſa reformationis, declinaret ad illum Conuentum, ſed ab amatoribus, & amaſijs earum, peſſimè iniuriatus, & verberatus, coactus eſt recedere, non ſine magno dolore. Poſt (temporibus non multis tranſactis) ad Conventum eundem redijt, non reformationis cauſa; ſed viſitandi gratia, vt moris eſt. Receptus ergo humaniter ab eis in ſecunda hora noctis, in viſione poſitus, vidit amœniſſima, ſimul & horrenda. Nam vidit quandam cellam, quaſi luce ſolis amictam, & intus Dominam Reginam pulcherrimam, cum comitatu vtriuſque ſexus ineffabilis pulchritudinis. Aderat, & cum eis quædam puella orans, circunſtabant autem cellam illam innumeri dæmones, in omni horrenda ſpecie animalium, modis ſuis voces emittentes, ſed quaſi telis emiſſis, inde propulſa ſunt cuncta dæmonum agmina. Sicque diſcedentes per alias cameras ſunt diffuſa, vbi ad quaſdam intrabant ſub ſpecie bufonis, quidam ſub ſpecie ſerpentis, quidam in effigie draconis, Monialibus carnalia, & immunda proponentes, & propinantes. Et omnes illæ, tanquam potum dulciſſimum, venena illa mortifera receperunt. Ac etiam per ora earum, ac ſingula membra alia intrabant. Hæc igitur ille videns, & talem miſeriam ferè



rè in omnibus conſiderans, clamans, & eiulans, euigilanſque penè exanimis factus eſt, præ anguſtia, & terrore, & ſic tanquam mortuus delatus ad quādam cellam, ibidem ad tempus iacuit, ſed Deo volente diſcedere Ioannam vocavit, & quæ hæc erant, quæ viderat, vigilanter inquiſivit. Ipſa igitur negare non valens Dominam illam fuiſſe Virg. Mariam, cum Sanctis, ad quos habebat deuotionem in Pſalterio ſuo, dicebat. Quod audiens vir Dei gauiſus eſt valdè, ac eam adhortatur eſt ad conſtantiam in Pſalterio. Conſideranſque virtutem Pſalterij, propoſuit ſancta aſtutia reformare Conventum. Nam emit cuilibet Patriloquium pulcrum, & pretioſum, dans ſingulis Monialibus vnum ſub pacto tali, vt in dies ſingulæ vnum Pſalterium dicerent, addens, & promittens, ſe nunquam cum violentia, earum velle reformare Conuentum. Receperunt ſingulæ lætanter, tum quia lætabuntur in pulchritudine Patriloquij, tum quia non volebant reformari. Mira res? Quas violentia, ac Patris iſtius devoti poteſtas emendare non poterat, virtus Pſalterij Mariæ reformavit. Nam vix annus peractus, & ita ſeipſas inſtituerant, vt omnem vanam gloriam abiecerint, & ad Abbatem prædictum ſcribentes, notificauerunt ei, quod in omnibus voluntati eius, paratæ eſſent obedire. Ipſis igitur reformatis, vitam poſtmodum cum præfata Ioanna laudabilē duxerunt, perſeverantes in Pſalterio V. Mariæ, per quod tantam gratiam promeruerant.

## CAPVT XXXIII.

*De Helena Anglicana meretrice per Pſalterium Virginis Mariæ converſa.*

MVlier quædam fuit, ſecundum ſæculi faſtum Nobilis genere, ſed ignobilis valdè moribus. Ab anno enim duodecimo, vſque ad trigeſimum continuò vacans libidini, cunctarum fuit meretricū exemplum. Et quoniam fuit pulchra nimis vniuerſos ad ſui trahebat concupiſcentiam, non ſolum naturaliter, verum etiam arte magica. Ob hoc habuit tantæ pecuniæ copiam, vt poſſet duobus Comitibus in maximis rebus, maximas concedere pecunias, quod verum eſt, quamvis incredibile videatur. Hæc igitur interemptrix animarum, ſimul & corporum adveniens aliquando ad concionem cauſa trahendi Nobiles viros, ac potentes ad ſe, & parumper ſubſiſtens, audiuit quaſdam laudes Pſalterij Beata



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tæ Mariæ Virginis prædicari. Inquibus intellexit quod ſummum remedium ad conuerſionem morum, & bonam mortem, atque ad habendum diuinas reuelationes, eſſet hoc Pſalterium Virg. Mariæ. Et non immeritò: quoniam per Salutationem Angelicam, reuelationes Prophetarum cunctorum ſunt impletæ. Et oratio Dominica data eſt Apoſtolis pro ſummo remedio impetrandorum vniuerſorum Dei beneficiorum. Itaque hæc compuncta, & ſi non conuerſa, cogitauit operam dare ad Pſalterium Virg. Mariæ orandum non vt conuerteretur, ſed vt in operibus ſuis magis, ac magis proſperatur. Exiens ergo hæc meretrix nomine Helena, cum ſodalibus ſuis de Eccleſia, caſu reperit virum Pſalteria deferentem venalia, à quo vnum emit, & in zona tunicæ inferioris appendit. Tandem paulatim hæc d mina Helena cœpit orare, cum ſibi vacabat, hoc Pſalterium. Cumque per dies quindecim hoc oraſſet, tanta compunctio in eam venit, & timor iudicij, & mortis, vt ſubſiſtere non valens, nec comedere, nec dormire, ſed ad confeſſionem oportere eam properare. Et confeſſa eſt cum tanto lacrymarum fonte, & ſuſpirijs, vt ſimile Confeſſori, nunquam fuerit manifeſtum, confeſſione autem peracta, & orante ipſa coram Maria Virgine Pſalterium, ab ipſa hanc audiuit vocem: *O Helena, Helena, dura mihi, & filio meo fuiſti Leana, ſis mihi impoſterum ouicula, & tibi communicabo me, & mea.* Ex quibus verbis hæc animata, mox cuncta, quæ habuit indigentibus tribuit: Et Recluſorium intrans, pœnitentiam grauiſſimam egit. Sed non ſine diuinis conſolationibus; ſæpiſſime enim videt inter manus Sacerdotis Filium Dei, menteſque hominum cognoſcebat, & futura agnoſcebat. Verum & poſt communionem viſa fuit, non mulier, ſed tanquam in Chriſtum mutata, iuxta dictum Chriſti Domini ad Aug. *Nec me mutabis in te, ſed tu mutaberis in me.* Tentationes plurimas patiebatur dæmonum, ſed Maria Virgo in omnibus ei auxiliabatur. Dicebatque hæc Helena, quod ſenſibiliſſimè cognoſcebat hęc duo oracula, *P.ter noſter, & Ave Maria,* eſſe duo vaſcula Deitatis, in quibus omne pulchrum viſu, omne ſuave olfactu, omne ſapidum guſtu, & delectabile tactu, & intelligibile intellectu, & appetibile affectu, continetur, & per quæ Trinitas fideles conſolatur. Addebatque, quod eſſent duæ lucernæ, quibus fideles illuminantur ad ſuperna contemplan-

das:



da: immo aiebat, quod in his duobus epitalamijs, poſt Dominici corporis ſumptionem, perpēdebat totam curiam cœleſtem, & totum mundum. Sic vt eſſent duo maxima Regna, in quibus vnaquæque dictio fuit vnum Caſtrum, vel Palatium. Vnde ſecundum ſignificationem illius perſpiciebat, quaſi vnum mundum benedictionis in Maria, &c. Vnde tanquam Deo reverentiam his duobus oraculis faciebat, quia fuit expertaſæpiſſimè totaTrinitatem ibidē exiſtere. Et ſibi fuit dictum aliquoties, quod veneratione latriæ, hæc eſſet veneranda, quia eadem adoratione, adoratur ſignum, & ſignatum in rebus diuinis: ſecundum S. Thomam, & S. Auguſtinum. Profecitquè hæc S. Helena in his ſic perfectè, vt ſuo exemplo tota Anglia fuerit ad deuotionem non modicā permota. Vnde poſt dies multos, Dominus Ieſus, cum Maria Virgine apparuit, & finem eius ipſi prædicens, tandem morientem recepit, & velut Columbam candidiſſima ad ſydera deportauit, aſtantes odorem ſenſerunt ſuaviſſimū, & ſpirituale gaudium. Eia ergo vniuerſi huius Helenæ exemplo accipite Pſalterium Virginis Mariæ, vt poſſitis peccata, cavere, merita cumulare, diuinas viſiones habere, & ad cœleſtia Regna pertingere. Amen.

## CAPVT XXXIV.

### *De Dominica Comitiſſa. Notabile exemplum.*

EXemplum legitur, de quadam Nobili Comitiſſa Dominica, quæ poſt primas nuptias, primo defuncto marito, à mariti conſaguineis, modis inauditis eſt perturbata. Nam illius Ciuitates, & Caſtra diſſipantes, vniverſa vaſtarunt. At illa mortis timens iacula, latebras petit, ſola diffugiens nuda, tenebras in deſertis cavernoſas quærebat. Nulli enim illorum, quorum dudum fuit Comitiſſa, tyranorum metu, eam quouis modo ſuſcipere audebant hoſpitio. Nova rerum facies dominans dudum nunc vt malefactrix profligatur, & ſervi ſublimantur. Illi grandibus in epulis gloriantur, hæc fame tabeſcit. Sceleſti illi impietatis alumni, veſtibus gloriantur expulſæ Dominæ, ſimul & diuitijs, hæc paupercula nunc abiectiſſima ranarū, & bufonum, in ſpelunca tremens, ac timens, efficitur ſocia. Penè fame, & ſiti moritur miſera, nec Dei recolens, ſævas prorumpit in blaſphemias. O quam durum poſt mundi huius gaudia hæc flebilia de-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

promete carmina? O heù! quanto grauius poſt præſentis ſæculi necem, mortuorum ſuſcipere infinitorum tormenta? Sed parum eſt quod dico, à fletu homines abſtinere non potuiſſent, ſi miſeram hanc lugentem vidiſſent. Qui quæſo audire vultis de heù! mortis filia, impia illa, & miſera malis plurimis dudum aſſueta, vt ſolent mundi Domini, & Dominæ, in quibus cuncta regnam vitiorum genera. Furens igitur illa, & blaſphemans Dei Maieſtatem gladium arripuit, & ter loca per incerta ſe in pectoribus, confodit. Reſupinaque præ doloribus concidens manus extendit, pedes deijcit, & cuncta adſunt mortis indicia. Heù! miſera illa tartarorum legiones intuetunt; quorum numerus ſolarium radiorum excedebant copiam. Heù! Quanti dolores, quanti gemitus, cum nefandiſsimas, horrendiſſimaſque ſupra id, quod æſtimari poteſt, intuetur tartarorum legiones. O quanta ſuſpiria, heu! quantæ calamitates, cum miſera illa intuetur damnationis eorum inenarrabilem turpitudinem, inexcogitabilem obſcuritatem, non intelligibilem tenebrarum copiam, & ignis infernalis infinitam horribilitatem. Caueant igitur ſibi mundani, ne ad tartara perueniant tales tyranni.

Demùm illa, pluſquam miſera obſidione triplici vallata ſcilicet mortis naturalis, ſpiritualis, & gehennalis, nil aliud niſi deſperationem, & Dei blaſphemias cogitare valuit. Quippè quæ permittebar, ipſa Dominante, blaſphemos in curia ſua regnare. Sed *vbi abundavit iniquitas, ſuperabundauit, & gratia.* Solebat enim iuvencula, ex B. Dominici prædicatione audita, Pſalterium orare V. Mariæ. Ipſa enim de manibus Sanctiſsimi Dominici in Hiſpanijs Pſalterium acceperat V. Mariæ, qui iam eo tempore fuit canonizatus. Sed adueniẽte ſeculari potentia, Pſalteriũ poſtpoſuit in voto, & verbo, quamvis in zona, & collo regale ſemper portabat Pſalteriũ. Mirares, & vbi plurimum laudanda eſt Dei clementia, & prædicanda ſemper Virg. Maria. Inſtante mortis articulo terrifico affuit B. V. Maria, pulcherrimis tribus comitata puellis, earum conductor cum baculo ſuo S. Dominicus aſtabat, legiones tartaricas, grandibus percutiens ictibus. Qui, & ictuum cælicorum Dominici non ferentes, potentiam, adveniẽtibus diffugientes, latiſſimam præbuere viam. Tunc B. Maria, ad Euæ filiam conuerſa, inquit: *O filia, filia, mei es oblita, & ecce in tua miſeria, & neceſsitate, tui miſericordiſsimè*





*ſum recordata. Dudum tu iuvencula, me in Pſalterio meo ſaluta as, monitis ſingulariſsimi mei ſponſi, & Prædicatoris Dominici; nunc autem per tempora multa, poſt tergum tuum me proieciſti. Sed quia chariſsimus meorum amicorum Dominicus pro te rogauit, audi nunc vocem meam. Si ſpondes mihi Pſalterium offerre meum, & vitam reſtaurabo tibi: & vniuerſa, quæ perdidiſti: adijciam bona.* Tunc moritura, immò moriens; non voce, ſed mente coniecta, promitti, ſed hoc factum. Mandatque Maria Dominico, qui appropinquans morituræ, tangit vulnera, & ait: *Quia tres quinquagena dereliquiſti, tria mortifera vulnera es permiſſa, incurrere. Nunc, quia dudum eraſti, & propinis dimiſſas reſumere: Tria ſalutis tibi dantur remedia.* Continuò quæ fuit mortua, aut tanquam mortua ſurrexit ſaniſſima. Et quia fuit veſtimentis denudata, S. Dominicus veſtimenta vxoris illius Tyranni, terram huius Dominæ poſſidentis, tribuit, atque illam cum apparenti Comitiva, ad Palatium reducit proprium, diuinaque potentia egit Dominicus, vt in tortoris ſpeciem Tyrannus verteretur, & in illius concubinam, vxor Tyranni, ſi Domina, tanquam ſecunda. Princeps, cuncta recepit perdita, & omnes præſtant homagium. Hic illa accepit vniuerſos hoſtes ſuos captiuos, & quæcumque voluit ad nutum, per omnia illis fecit.

Ac tandem tota poſſeſſione ſibi reddita, narrat vniverſis Virginis Maria, & S. Dominici potentiam: quæ poſtea tanti fervoris, erga Pſalterium Virg. Mariæ extiti, vt in maximis Feſtiuitatibus, ſuis in Palatijs; idem per ſe ipſam prædicaret, & vniuerſos ad dicendum hoc hortaretur, & cogeret, pulchra cunctis dans Pſalteria. Denique viuens ſanctè in poſterum, glorioſa morte eſt defuncta: cui glorioſiſſima V. Maria apparuit cum S. Dominico, qui animam illius ad ſydera tulerunt grandi cum cœleſtium tripudio propterea pro veritate obtinenda, & morum, & cauſarum, & ſalutis, Patet quod meritò eſt dicendum V. Mariæ Pſalterium ſæpiſſimè, per Beatum Dominicum terris in multis prædicatum, per ſe dictum, portatum, & alijs diſtributum? Amen.

## CAPVT. XXXV.

*Coniugatas decere, vt orent Pſalterium B. V. M.*

LEgitur de Blanca, matre S. Ludouici Regis Francorum, quod cum rogaret Beatiſſimum Dominicum, vt pro



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ea orare vellet, quatenus Dominus dignaretur ab ea ſterilitatem auferre,& proles ad ſervitium ſuum; & honorem cõferre. At ipſe conſuluit,& perſuaſit, vt ipſamet Pſalterium Virgini glorioſæ deuote peroraret; multaque patriloquia emeret ad dandum omnibus illud legere volentibus. Quæ cum deuotè feciſſet, poſt breve ſpatium, præcibus B. Virg. Mariæ concepit, & peperit nobiliſſimum, pulcherrimum, & deuotiſſimum filium Ludouicum, & alias proles Regias ſubſecutas.

## CAPVT XXXVI.

*De Virgine à Lupo diſcerpta.*

VIrgo quædam erat in territorio Beluacenſi, ex Francia oriunda, quæ Pſalterium Beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ legere conſueverat. Hæc dum vice quadam,cũ alia ſua ſocia, ſilvam tranſiret, duos famelicos lupos obvios habuit; dum vnus luporum, mox per guttur; ſociam ſuam arripiens iugularet, ipſa Pſalterij obſervatrix, in tanta anguſtia, Mariam inclamans;petit, vt eam non permittat mori, antequam confiteatur, & communicet. Mira res! Lupus eius vbera abrumpit, ventrem diſcerpit, viſcera vorat, mox tamen à ſupervenientibus liberatur, & adhuc triduo viuit, in quo ſincerè confitetur, devotè communicat, fiducialiter moritur, à Maria in extremis viſitatur, & ad Cœlorum gaudia perducitur. Tunc noluiſſet pro auro totius mundi, quod Pſalterium non oraſſet, per quod obtinuit tanta miſericordiam.

## CAPVT XXXVII.

*De tribus Sororibus, vita ſanctè functis.*

TRes Sorores ſimul habitabant in caſtitate, & in contemptu ſæculi Deo ſerviebant, atque Pſalterium B. V. Mariæ deuotè frequentabant, quæ etiam in omni creſcentes, ſanctitate, & deuotione, in tãtam gratiam Sanctiſſimæ Trinitatis, ac totius cœleſtis Curiæ profecerunt meritis,& precibus, eiuſdem Virg. Mariæ,vt ab ipſa dignæ habitæ fuerint ſepius, & familiariter ab ea viſitari. Tandem verò poſt multas apparitiones Maria eis iterum apparuit, duabus comitata Virginibus,& Martyribus, ſc. Catharina, & Agnete in maximo rerum diſcrimine, quæ ſingulæ habebant coronas in manibus, quas dictis tribus Virginibus ſingulatim obtulit glorioſa V. Maria, dicens: *Iam ſecuras vos reddo de Regno Filij mei, & cras introducemini.* Poſt Completorium verò diei ſequentis, iterum venis illùc S. Maria, cum dictis ſuis Pediſſequis in claritate, & odore ineffabili, & ſingulæ tres, veſtiebant ſingulas veſte candida, & Angeli cantabant ad ſingulas expirantes: *Veni ſponſa Chriſti accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit in æternum.* Et ſic ingrediuntur cœlos cum iubilo. Quarum ab exemplo, plures ad meliora provocati ſunt. Ad Virginis Dei Genitricis gloriam, Roſarij, eius exaltationem Conſtatrumqu e conſolationem.



## CAPVT XXXVIII.

*De Maria Itala, nolente Pſalterium,& Confraternitatem.*

ROmæ degebat Maria Itala, Matrona Nobilis genere, & Domina ſatis magna coram mundo,ſed eorum Deo maior, & nobilior virtutibus. Cui dum B. Dominicus in Sacramentali Confeſſione impoſuiſſet, per annum vnum quotidie orare Mariæ Pſalterium, non tamen obligando eam ad peccatum mortale ſi dimitteret, ſed ſolummodo dando hoc ei augmentum gratiæ, & meritorum, ſi hoc oraret, illa acceptare recuſauit dicens: *Alias orationes habeo Pater, & ieiunare ſolita ſum, & etiam gero ſemper cilicium, cum corda catenata, & ſic indies per Romanas Eccleſias pro indulgentijs diſcurrens, otium non habeo, & inſuper Confratrias multas habeo, propterea onus iſtius Pſalterij aſſumere non audeo. Spero etiam ſanctorum meritis,& laboribus ſine iſtius Pſalterij lectura, & Confratria me ſalvari poſſe.* Quod ille audiens, vehementer admiratus eſt tantam iſtius fœminæ deuotionem, & ſanctitatem, laborauitque in perſuadẽdo acceptationẽ præfati Pſalterij, ſed nihil profecit. Cumque ſic receſsiſſet mulier à S. viro, confundebatur, hoc ſibi ſub viro, tantæ ſanctitatis,& famæ contigiſſe. Quapropter conſilio Spiritus ſancti, interius inſpirantis, per cuncta Romanæ vbi Monaſteria, & Hoſpitalia pergens, maximis cum eleemoſynis, ſupplicabat omnibus, quatenus pro ſua cauſa ſingulari intercedere dignarentur. Nunquam ſic vexata, & tribulata fuit, hæc ſancta mulier: Ipſa quidem in ſomnis ſæpius cernebat: Infernum ſuper ſe apertum, quaſi paratum ad ſe recipiendum. Vnde tanto oppreſſa timore fuit, vt vires, & colorem amitteret, Cum intra dies cir-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

circiter duodecim, nullibi reperiens auxilium, propè Minervam acceſſiſſet, & ibidem de Mariæ Pſalterio B. Dominicũ mirabilia prolixè prædicare audiuiſſet, in Eccleſia ibidẽ manſit, vt eius Miſſam mereretur audire. Et ecce B. Dominico celebrante, mulier hæc ſubito ſuperna in ſpiritu rapitur, vbi ad Dei iudicium horribiliſſimumque adducta, de inobedientia ad S. Dominicũ ſeruum Chriſti, maximè reprehenſa. Cumque per aliquot menſes audiuiſſet ſe condemnari ad ſuſtinendum à dæmonibus pœnas grauiſſimas, & iam inenarrabilem pœnarum acerbitatem experiri inciperet; ipſa in pœnis Mariæ Virginis pietatem rogitans, adiutorium eius intenſiſſimè deprecabatur. Cui Virgo Maria apparens, & eam apprehenſa eius dextera, de pœnis extrahens, dixit: *O filia? filia? quia ex ignorantia inobediens fuiſti. Ideo miſericordiam conſequeris.* Tunc ſubitò, prædicta Matrona, vidit ipſum Dominicum quaſi confeſſionem audientem, & Virginis Mariæ Pſalteria pro pœnitentia imponentem. Ex quibus Maria vnum accipiens dixit ei: *Ecce filia ponam hoc meum Pſalterium in ſtatera, contra vniuerſas tuas pœnitentias corporales.* Quod cum feciſſet, & ſtateram: in qua eius erant pœnitentiæ, in aera, vſque ad æquivalentiam elevaſſet: *Ecce* inquit, *Maria, quanta virtutis ſit Pſalterium meum.* Et poſt hæc oſtendit ei, per aliam viſionem, quod Pſalterij ſui Cõfratria, in tantum excellis Sanctorum aliorum Fraternitates, in quantum ipſa Maria omnes Sanctos antecellit. Quod cum vidiſſet, & plura alia de laudibus huius Pſalterij, & de eius Fraternitate, per Beatam Virginem audiuiſſet enarrari, ait mulier. *Væ mihi peccatrici, quod tanta bona, tandiù ignoraui.* Ad ſe igitur poſtea rediens, & B. Dominicum ante tranſeuntem conſpiciens, atque ad eum humillimè accedens, omnia quæ viderat, & audieuerat enarravit ei, & pœnitentiam prius refutatam vnà cum Confratria ab eo deuotiſſimè ſuſcep it, & eiuſdem Pſalterij, & Confratriæ, in ſe, & ſuis, quandiù vixit, fautrix, & promotrix, extitit, fouitque Beati Dominici ordinem nouellum, tanquam Mater filios. Cui tandẽ Beatiſſima Virgo Maria in morte apparuit, & animam ipſius ad ſupernam Ciuitatem cum gloria deduxit; corpus verò ipſius apud Fratres Prædicatores, honorificè eſt ſepultum.





## CAPVT XXXIX.

*De quadam deuota Monialis, & Salutationis Angelicæ merito.*

MOnialis quædam in quodam erat Monaſterio, laudabilem valdè ducit conuerſationem, quem tandem Domino iubente infirmitate graui correpta eſt, & in graveſcente languore agonizare, perque ſeptem dies, tam grauem ſuſtinuit cruciatum, vt cunctæ ſorores admirarentur: tandem poſt diem ſeptimum ſpiritum felicem, feliciter reddidit Deo. Poſt paucos dies apparuit præfata defuncta cuidam ſorori ſibi familiari, dicens; ſe eſſe in ſtatu gratiæ, & poſt breve colloquium ſubiungit defuncta dicens: *Si poſſem redire ad corpus, vt vnum duntaxat* AVE MARIA *orarem tranſeundo, & ſine magna deuotione: Ego propter meritum illius vnius* AVE MARIA *vellem adhuc ſemel ſuſtinere tantum cruciatum per dies ſeptem, quantum ſuſtinui, ante mortem meam.* Quapropter vniuerſi, laudate aſſiduè Virginem glorioſam in ſuo Pſalterio, dicentes ſemper mente ſerena:

AVE MARIA GRATIA PLENA.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# ANIMA TOTIVS ALANEI OPERIS.

## Pro memorabilibus Inueniendis.

AVTHORE

*R. P. Fr. ANDREA ROVETTA DE BRIXIA Sac. Theologiæ Magiſtro Ord. Prædic.*

E Laborato certè aureo Beati Alani Operi animam ex viſceribus totius operis de primatu Fraternitatis Roſarij addidiſſe; nemini inutile, verum omnibus Diuæ Deiparæ cultoribus neceſſarium fore apud eruditiſſimum quemque conſtabit. Cùm vt Hiſtoriæ præcipuæ, non ita paſſim cuique obviæ, hic promptæ ad manum haberi queant, tùm vt indubitatæ Mariæ Dei genitricis gratiæ ſingulares erga hanc Sodalitatem certiùs diſcantur. Tùm denique, ut Romanorum Pōtificum de ea perpetua, conſentienſque inter cœteras Fraternitates, non ſine præeminentia demonſtretur æſtimatio, atque voluntas.

Quæro enim in toto nomine, & orbe Chriſtiano, vlla ne exiſtit vnquam, aut etiam exiſtit Fraternitas, de qua tot, talia, ac tanta proferri teſtimonia, tamque admiranda in dies prædicari valeant? In qua glorioſiùs Auguſtiſſimæ Almæ Virginis Mariæ Dei Matris reſiderit, Orbique illuxerit maieſtas? Ex qua tot gratiarū fontes ſcaturiant? Et vt plura breviori manu complectamur, hæc præcellunt in Fraternitate Roſarij, quæ ipſam antecellere cœteris docent. Iſtius generis hæc pauca ſubijciuntur.

Glorioſiſſima ſemper Virgo Maria, hæc verè fuit Mater Dei, ac Mater Fraternitatis Roſarij, ipſius namque inſtinctu, ac iuſſu per Diuum Dominicum eſt nata, ipſius in-



ſtructione certis ritibus, ac inſtitutis informata, & obſervata, ipſius denique auſpicio latiſſimè, celerimèque fuit per orbem propagata. *B. Alanus p. 2. cap. 1.*

Sola eſt Fraternitas, quæ ſecundum Deum, ac Deiparam primordia ſua referre queat, ad eundem Fundatorem, & ſui, & Ordinis Religioſi, quæ ſe Ordini Sacro, dici vere germana poſſit, ac debeat. Is fuit Sanctus Dominicus, qui poſtquam multo labore, fructu exiguo in agro Domini circa Albigium Vrbem hæreticorum antrum diſſudaſſet, cogitatione varia, & anxia perplexus, qua id, quod tentabat, via potiſſimum Deo peragi placeret, vt tantos minus falleret, ſudores euentus; cuius gratia increbras effuſas orationes, demùm aliquando impenſius ad Deum, Deiparamque ſuam, & præcabatur, & conquerebatur. Ad quem tandem ſanctiſſima Virgo: *Non mireris Fili Dominice; nam araſti in terra non madefacta, nec compluta; ſcire enim debes, quod quando Deus erat reformaturus mundum præmiſit pluviam. Annuntiationem ſcilicet Angelicam; ſicque optima ſequta eſt reformatio. Tu igitur prædica Pſalterium meum, & proficies in populo orationibus, atque ſcientia.* Quo audito, Beatus Dominicus ſicut audiuit, ſic fecit, & profecit mirabiliter in populi converſione; paſſim ſcilicet inſtitutis Fraternitatibus Roſarij, quod prædicabat. *Antonius Senenſis. Bernardus Luxemburg. Caſtillus. Thomas Malvenda t. 1. annal. Abraham Bzovius tom. 13 Annal. & B. Alan. p. 5. cap 4.*

Hinc Beatus Dominicus huius Author Fraternitatis, atque Fundator indubitanter habendus eſt; prout conſtans traditio eſt, & decrevere Romani Pontifices Leo Papa X. in Bulla *Paſtoris Æterni.* Pius V. in Bulla *Conſueverunt.* Gregorius XIII. in Bulla *Dudum ſiquidem.* Sixtus V. in Bulla *Dū ineffabilia.* Clemens VIII. in Breui *Ordo Prædicatorum.* Et nuperrimè Alexander Papa VII. in Brevi *Cum alias. Et B. Alanus p. 1. cap. 8. & p. 5. c. 4.*

Hæc eadem Fraternitas ſemper habita eſt plurimum Eccleſiæ prodeſſe; ſiue ad Orthodoxorum pietatem, mores, atque diſciplinam excitandā; ſiue ad flagitioſorum converſionem, hæreſumque extirpationem. Vide Gregorius Papa IX. in Bulla Canonizationis Diui Dominici, ſic habet: *Dominico ſagittante delicias carniū, & fulgurante mentes lapideas impiorum, omnis hæreticorum ſecta contremuit, omnis Eccleſia fidelium exultauit.* Ea propter in hac eiuſdem Canonizationis Theatro conteſtatum eſt, quid



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ipſe contra hæreticos, tum in Italia, tum in Gallia egerit; ſicuti, & qua vi, atque via hæreſis Albigenſium, potiſſimum fuerit extincta. Magna nempe pars Cruce ſignatorum armis, maior prædicationibus Dominici, maxima verò Orationibus Fraternitatis Roſarij. Nam iſta priora diù proficere non multum ſola, at Fraternitate accedente. *Cæperunt*, inquit Fælic. recordat. Pius Papa V. *hære um tenebræ remitti, & lux Catholicæ fidei aperiri.* Rectè igitur Roſarij Fraternitatem vnam præ cœteris, & Eccleſiæ, pacificatricem, & hæreſum expultricem eſſe dicimus, & fœlix illud eſſe ſemen mulieris Mariæ, quod caput ſerpentis conterit, quod ſuper aſpidem hæreſum, ſuperque baſiliſcum voluptatum, atque vitiorum carnis ambulat quod denique Leonem furentis mũdi, & draconem omnis malitiæ proculcat: *Ex B. Alano p. 2. cap. 17.*

Et quænam eſt alia Fraternitas, quæ tam præſens, conſtauſque Beatiſſimæ Patronæ Virginis Mariæ præſidium, atquè auxilium experta fuerit? Etenim mulier illa eſt (vti iam dicebamus) de qua ita prædixit Deus *Gen cap. 3. Ipſa conteret caput tuum*, ait ad ſerpentem totius mali authorem; conterit ergo ſerpentem Maria; ſed per ſemen ſuum Chriſtum. Verum enim verò, num per hunc vnũ, ac ſolum. *Ecce*, inquit ipſe Chriſtus, *dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Luc. cap. 10.* An ſolis ſaltem Apoſtolis datum eſt iſtud, & non item omnibus credentibus? quando, & inimicitiæ ſunt poſitæ inter ſerpentem, & mulierem addebatur ſimul *inter ſemen tuum, & ſemen illius.* Iam ſicut diaboli ſemen, non eſt vnum aliquod; ſed omnes filij Belial ſunt, ſerpentes genimina viperarum, ita quoque benedictæ mulieris ſemen non vnus eſt Benedictus fructus ventris illius Chriſtus; ſed omnis Chriſtianus, cuius inſidiare calcaneo dæmon poteſt, ac ſolet, omnis, qui frater eſt Chriſti, ac proinde ſimile illi ſemen mulieris Mariæ. In pulchrè, & diſertè D. Ambroſius in Luc. cap. 10. ſic docet. *Quis eſt iſte fructus ventris; niſi ille, de quo dictum eſt. Ecce hæreditas Domini filij merces fructus ventris? hoc eſt hæreditas Domini Filij ſunt, qui merces ſunt fructus illius, qui de Mariæ ventre proceſſit. Radix eſt familia Iudæorum, Virga Maria, flos Mariæ Chriſtus, qui veluti bonæ arboris fructus pro noſtræ virtutis proceſſu, nunc floret, nunc fructificat in in nobis.* Cum igitur omnes, qui



qui ex Deo nati ſunt, & Chriſto initiati, ſemen ſint iſtius mulieris, & fructus, cuius idcirco venter *Cant. cap. 7. ſicut acervus tritici vallatus lilijs.* Cur non Confratres, & conſorores Roſarij ſemper mulieris Mariæ dixerimus; cum eidem Genitrici Dei modo ſingulari ſint addicti, deditiquè? Dux nobis ſit in hac re Paulus Papa V. in Bulla *Piorum hominum*, in qua de Petri Sede dilectos Filios Mariæ Roſarij Confratres, ac Conſorores appellare non dubitauit: *Proindè volentes nos Confraternitates canonice inſtitutas ſub invocatione eiuſdem B. Virg. Roſarij in quacumque mundi parte exiſtentes, ac dilectos Filios illius Confratres, & Conſorores, &c.* Verba ſunt Pauli V. Eſt equidem illa *Gen. c. 3. Mater cunctorum viuentium.* Vnde audent, & ipſi quoque illius in Roſario Confratres ita illam affari. *Gen. cap. 12. Dic obſecro te, quod Soror mea ſis, vt benè ſit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui.* Benè eſt ergo Fraternitati propter eam, viuitque ob gratiam ſororis ſuæ, ac matris ipſa, *Semen* inquam, *cui benedixit Dominus in benedicta inter mulieres*, muliere, ſc. Virgine Maria; ſicque ſub tutiſſimo illius patrocinio Confratres ſeſe ab omni malo defendi, omnique bono donari perſentiunt. *Ex B. Alan. p. 2, cap. 5. & cap. 7.*

Venerando ab antiquitatis titulo non vulgariter etiam commendatur noſtra Roſarij Fraternitas, ſi nomen ſpectes; per maxime verò ſi rem ipſam. Quo ad nomen enim vocabulo Roſarium ſecundum quoſdam antiqua debetur ætas. Quippe quã ad apriſcos Eremi incolas ſeſe referat inter quos culta quædã Fraternitas fuit: Etenim fuit, & precum vſus ad Roſarium, quamvis Fraternitatis Roſarij nomen, mundus non audierit; niſi forſam circa annum 1212. circa quæ tempora per D. Dominicum huius Virginei Pſalterij Fundatorem. Is namque ab ipſa Virgine Deipara edoctus, & iuſſus eſt prædicare Roſarium, eiuſque Fraternitatem ſub certis legibus, ac inſtitutis in publicum dare. *B. Alan. p. 2. cap. 17.*

Rem verò ipſam, vel ſubſtantiam Roſarij ſi conſideres, iam illi tanta debetur antiquitas, vt eam ab ipſius Euangelij primordio repetere neceſſe ſit. *Salutatio* namque *Angelica* vox prima fuit Euangelica. *Oratio* ſimiliter *Dominica* prima fuit ad vbique orandum *in ſpiritu, & veritate* inſtructio Diuina eſt. His igitur Roſarij Diuinis partibus, quid prius in Eccleſia, quid antiquius reperias? hæc ex *B. Alan. p. 1. cap. 3. & p. 2. cap. 2.*

Addo

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Addo ad Dauidici Pſalterij ſimilitudinem hoc Marianum noſtrum Pſalterium conformatum eſſe; adeoque ſicut in primitiva Eccleſia in Choro Horarum Canonicarum vſum viguiſſe, ſeu Pſalmorum Dauidis Deo pſalendorum, dubitari non debet; ita populus fidelis imitator Cleri factus, in Dei cultu, ac orandi Religione, quot Clerus Pſalmos Dauidicos, tot idem populus offerret Angelicas Salutationes nonnullis orationibus Dominicis interiectis. At audiamus hac de re virum grauiſſimum Iudoccum Beyſelium Patritium Acquenſem Imperatoris Maximiliani I. Conſiliarum; illius namque de Roſarij antiquitate in libro, quem de Roſacea Corona conſcripſit, tale refert teſtimonium: *Coronarium*, inquit, *ſalutandæ Mariæ ritus, à Nouitijs inuentus, haud quaquam adſcribitur, ſiquidem cum ipſa penè Eccleſia pullulauit. Nam cum inter ipſa naſcentis Eccleſiæ primordia perfectiores quique fideles tribus illis Dauidicorum Pſalmorum quinquagenis diuinas laudes aſſiduè celebrarent; ad rudiores quoque, qui arctijs diuinis vacabant, pij moris æmulatio eſt deriuata. Vt tamen non Pſalmos ipſos canerent, quippe quos, nec legere ſatis, nec intelligere poſſent, ſed ad myſticum illum numerum Angelici concentus carmine vterentur; Rati id, quod erant cuncta illorum Pſalmorum Sacramenta cœleſti hoc Eulogio delitescere, ſiquidem cum, quem Pſalmi venturum concinunt, hunc iam adeſſe hac formula nuntiauit, ſicque trinas ſalutationum quinquagenas, quod iuſti Pſalterij vicem, & vi, & numero compenſarent; Mariæ Pſalterium appellare cœperunt. Oratione itaque Dominica in ſingulas Decades vbique præpoſita; prout à Pſalmidicis obſeruari antea aduerterant. Itaque piæ obſeruationi proſe quiſque ſibi ipſi inſeruiebat, nulla iunicem communione, ac ſocietate inita. Ea tantum erant contenti, quam in fidei vnione contraxerant. Et iam tamen per orbem pateſcere incipiebat, quantum ſuis ſalutatoribus Maria faueret; quorum ſalutem miris aliquando prodigijs vendicabat; vt eorum, qui Diuæ huius miracula collegerunt, receptiſſima volumina atteſtantur.* Hæc ille. Quæ non vno; ſed multiplici nomine mirificam Roſarij, planeque ſingularem præcellentiam, atque vtriuſque erga Deum Omnipotentem cultus, & illius Eccleſiaſtici, & huius Laici parem, aut penè parem eſſe antiquitatem declarat. *Ex B. Alan. p. 1. cap 3. & cap 8.*

Roſarij item noſtri diſpoſitio non minus adnotanda, quã admiranda. Illius enim numeris, qui abſolutius, aut miſteriorioſius? illius brevitate, quid perfectius? Illius ordine partium, quid pulchrius? illius interpretatione, aut defenſione, quid ratione conuenientiùs? illius religione, quid Sanctius? illius Myſterijs, quid ſalubriùs? illius deniquè facilitate, quid vulgarius, aut promptiùs eſſe poteſt? *Ex B. Alan. p. 1. cap. 5. & cap. 12.*



Aliam adhuc excellentiam finis Roſarij conſtituit. Huius namque altitudo eſt Deus: profunditas Purgatoriũ; latitudo vniuerſæ Eccleſia; longitudo tota rerum, ac temporũ omniũ præteritorum, præſentium, & futurorum vniuerſitas. Hæc intuentur, & comprehendunt, hæc permeant eò vſque tendunt, atque pertingunt ſolius preces Roſarij; atque Fraternitas eiuſdem; *ad maximam*, inquit Alexãder Epiſcopus Forlivienſis per totam Germaniam Legatus in Bulla. Et ſi glorioſos *Beatæ Virginis laudem, & gloriam, & multorem ædificationem ſalubriter inſtituta*, de qua abundè: *Ex B. Alan. p. 2. cap. 7. & cap. 17.*

Roſarij inſuper excellentiã exagerat Authorum eius nobilitas. Et quidem Orationis Dominicæ Authorem ſi quæras; is eſt Filius Dei, Deus, & homo Chriſtus Ieſus, Salutationis Angelicæ Sanctiſſima Trinitas, S. Eliſabetha, & Eccleſia, Fraternitatis Virgo Deipara, atque D. Dominicus. Ex B. Alan. p. 1. c. 8.

Aliam quoque non contẽptibilem excellentiam pariunt Roſario effectus, ac fructus eius mirabiles, haud ſcio, an vllius rei alterius in Eccleſia perindè, ac magni, mirifici, multiplices, & varij, ſeu corporis, ſeu animæ, bona ſpectes, quæ Confratribus fauente Deipara latiſſimè contulit. Corporis quidem, dum Virgines germinare fecit; matrimonia fecundauit; fæcundauit ſteriles; fami, & inopiæ prouidit, atque percuntis vitæ huius bona ſuppeditauit; morbos ſanauit, vulnera curauit læthalia, aut avertit; & iam, iam mortuos ab ipſo deteritus limine retraxit. Animę ſimiliter. Enim verò hæreſes interemit; natura hebetes ingenijs iuxta, & ſcientijs donat; deprauatos corrigit mores; ad veram pœnitentiam, atque confeſſionem Sacramentalem manuducit; diaboli laqueos, atque pacta diſſoluit; in deſperatione ſuccurrit; in damnationis periculo patrocinatur, ac ſervat; ad certam beatitudinem viã muniuit; at tandem animas è Purgatorio quantoties educit. Hæc inquam, aliaquè maiora ſibi, Deoque in primis in Roſario

ſacio ſervientium mentibus, ac animabus bona præſtitit ſemper, ac præſtat Cœli, terræque Diua Regina Maria Roſarij, Fraternitatiſque Patrona. De quibus abundè B. Alan. p. 5. per totam.

Nec minus hæc ſacra Roſarij Fraternitas illuſtris habetur ex eo, quod vniverſalis prædicetur, ac ſit. Nulla namque alia eſt, ad quam non tantum maior, ſed nec par fuerit vnquam occurſus hominum omnis ætatis, ordinis, ſtatus, ac conditionis; vel quæ pluribus per orbem locis, ſedes, ad domicilia fixerit. Obſervatio eſt eruditis ſimi Beyſelij Acquenſis libro de Roſacea Corona cuius verba ſunt: *Quæ etiam*, inquit, *tanto exiſtimanda eſt melior, & diuinior; quanto cum pluribus poteſt haberi communior. Nam quæ quidem inter Chriſtianas ſodalitet, ita firmè ſunt inſtituta, vt neque ætatum ſit omniũ, neque ſexuum, neque conditionum. At vero hæc infantiam mulcet; ſenectutem non offendit, otioſos exercet; non impedit occupatos; potentes, ac diuites allicit, pauperes, ac debiles non excludit; tepidos ad faſtidium non adducit, nec viuos tantum, ſed & defunctos admittit* Hinc ſocietas iſta aliarum omnium videtur, quod in ſe complexerit diuitias. Ex B. Alan p. 1. c. 8. & 15.

Tituli etiam, ac nominis ſui dignitate eximiam præcellentiam ſeſe offert noſtra Cõfraternitas. Nam à Roſario nuncupatio ea eſt, quod autem genus præcum in Eccleſia vnquam, aut vſquam fuit, aut extitit modo communius, dignius, ac diuinius, facilius, commendatius, & miraculis etiam celebratius vno hoc Roſarij? Præterea ſi Virgo Maria dicitur Roſa, & ſe ipſam Roſam nominat, dicens: *Ego quaſi plãtatio Roſæ in Jerico.* Eccl. cap. 24. Meritò modus ille orandi, per quinquaginta Salutationes Angelicas, & quinque orat. Dom. odoriferæ ſunt Roſæ, non quidem de terra exortæ, ſed ex Conſiſtorio Sanctiſſimæ Trinitatis, per Gabrielem Archangelum cælitus in vnam Miſſæ, quibus humanum genus per antea ægrotum ſanatum eſt, atque ad Dei amorem accenſum. Ex B. Alan. p. 1. cap. & c. 5.

Multò minus ſuſcipiendum quod vel ipſum externum Roſarij ſignum materiale, nota nõ ſit, ac teſſera profeſſæ fidei orthodoxæ, qua Catholicos licet ab hæreticis internoſcere, quinimo pietatis ſignum, ac teſtis, quo inter ipſos Orthodoxos de cuiuſque pietate dicernas. Promptum argumentum nobis ex pietate præbeant Chriſti fidelium per totam Sclauoniam Oraria, ſeu Patriloquia





ſoquia tempore Sancti Ottonis è collo pendentia in ſignum Religionis Chriſtianæ diſtinguentia, quorum meminit B. Alan. p. 1. cap. 8.

Plurimas alias Sanctiſſimi Roſarij excellentias, atque prærogativas videre licet, tum in libris de eo conſcriptis, qui quidem in tantum numerum excreverunt, vt nullum ſit aliud orationis genus, tot ſcriptorum ſtudijs elaboratum, tot litterarum monumentis commendatum, ſicut nec tantis Concionatorum conatibus, ac omni Prædicatorum contentione vulgatum legimus, aut meminimus, tùm denique ex communi conſenſu, vniuerſalique applauſu vniuſcuiuſque Ordinis, approbatæque Religionis, tam Mèdicantium, quàm non Mendicantium indifferenter amplexatum, approbatum, commendatumque atque poſteris pro ſequela demandatum. B. Alan. p. 1. c. 8.

Non ſpernenda item ex precum in Roſario diſpoſitione, ac numero inſurgit excellentia, hæcque adnotanda operę pretium erit, ſiquidem numerus C. L. non vllius ſuperſtitionis vitio, ſed imitationis Eccleſiæ titulo gaudet, iuxta namque centum quinquaginta Pſalmorum numerum, teſſera erit, & præſcriptus Salutationum Angelicarum in recitatione Roſarij Virginis Deiparæ numerus, tot namque Angelicis Salutationibus Roſarium conficitur, quod cubitibus conſtructa erat Libani Supermirabilis domus, cuius longitudo erat centum cubitorum, & quinquaginta domus illa erat latitudinis; quibus nõ obſcurè in Roſario longitudo, atque latitudo charitatis, Marianæque miſericordiæ oſtenditur. Qua mediante non ſecus, ac olim tempore diluvij ira Dei in miſericordiam commutata, ſicut namquè aquæ poſt centũ quinquaginta dies diminui cæperunt, ſic per Roſarium miſericordiam adipiſcimur. Hinc centum quinquaginta *Ave Maria*, centum quinquaginta verſibus à Chriſto Domino in Cruce prolatis ab illo *Deus Deus meus reſpice in me, &c.* vſque ad illum verſum *In manus tuas, &c.* ſummæ miſericordiæ Diuinæ ſignum dicimus aſſimilari. Cuius numeri, quam plures rationes ex figuris veteris Teſtamenti, à natura, à moralitate, atque ex ſpeciali Virginis Mariæ revelatione ſibi facta offert. Beat. Alanus p. 1. cap. 5. & cap. 20. & p. 4. cap. 1.

Alter in Roſario miſticus numerus erit ternarius trium videlicet quinquagenarum, in quas Mariæ Roſarium diuiditur, iuxta quinquageſimum



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Iubilei annum ſecundum Divinam, celebrem per ſæcula legem, eo quod Deipara Virgo Maria ſecundum Hieronymũ Regina eſt triplicis Iubilei, *na urz ſcilicet, legis Moſaicæ, & gratiæ* nobis diuinitus in die Sanctiſſimo Pentecoſtes communicatæ, qui dies à Domini Reſurrectione fuit quinquagenarius; vel addas, quod totum Virginis Roſarium expriment centum quinquaginta tres illi piſces Magni, quos cæperunt Apoſtoli in præſentia Chriſti poſt eius glorioſiſſimam Reſurrectionem Ioannis cap. 21. qua teſſera non ſolum ad ſalutationes Angelicas habetur reſpectus in. numer. CL. verũm ad triplicem ordinem Myſteriorum eiuſdẽ Gaudioſorum, Doloroſorum, ac Glorioſorum. Verum etiam ad ſupperadditum numerum ternarium noſtræ Fidei, atque Sanctiſſimæ Trinitatis proteſtatiuum, cuius indubitatam profeſsionem exprimit Roſarium. Quaſi pronoſticon ſit, quod Roſarij confrater perſoluto Virginis Pſalterio in numero. CL. *Ave Maria* particeps erit indubie bonorum Eccleſiæ Militantis; gaudiorum ſuo tempore Triumphantis, nec non ſupernorum bonorum per æuum cum Maria Angelorum Regina imperante. Ex B. Alan. p. 2. c. 1. pag. 60.

Hic conſequenter examinandus ſeſe offert numerus quinquagenarius non minus Sacer, quam ille iubilæi annus quinquagenarius, quo tempore gratis debita relaxabantur, & ſervi libertate donabãtur, qui numerus quinquagenarius brevi calamo, cum idem ſonet, ac quinquagena in quinque decades non ſine myſterio ſubdiuidi, quis non videt; quam mirifica quinarius ille contineat numerus vniuſcuiuſque quinquagenæ noſtri Roſarij Quinque namque verſibus, ſive verbis Incarnationis Myſterium perficitur Luc. cap. 1. *Fiat, mihi, ſecũ dũ, verbum, tuum.* Quinque verbis Euchariſtia conficitur: *Hoc, eſt, enim, corpus, meum.* Et quinque verbis Latronem in gloriam Chriſtus Dominus ſuſcepit: *Hodie, mecum, eris, in, Paradiſo.* Si igitur hic numerus quinarius multiplici non vacat myſterio. An non ergo numerus iſte in Roſario ſacratus erit ſuſcipiendus. Si & Roſa ipſa quoque in capite, ſeu nodo viridi quinque habet folia? Præter hucuſque dicta plura habet ex Sacra ſcriptura de eodem numero. B. Alan. p. 1. cap. 5. & p. 2. cap. 1.

Non minus Sacer erit in noſtro Deiparæ Roſario denarius in repetitione Angelicæ Salutationis à Confratribus vſurpatus, cuiuſcumque decadis. Hæ decem Salutationes Angelicæ ſunt decem cortinæ ex Biſſo, & Hyacintho Tabernaculi. (Exodi cap. 26.) Hæ ſunt decem panes, quos David tollit fratribus (lib. 1. Reg. c. 17.) Hæ ſunt talenta decem Ciuitates (Luc. 19.) fideli ſervo donatæ. Quibus Decadibus Salutationem Angelicam, cuique Orationi Dominicæ decies ſubijcimus, vt in mentem nobis veniant decem Dei mãdata, iuxta Diui Proſperi intarpretationem: *Canticum novum*, inquit, *eſt Canticum gratiæ, & noui hominis, ac noui teſtamenti; quod in decachordo Pſalterio, ideſt in decem præceptis legis canitur.* Huius enim Pſalterij S. Roſarij cantatio perfecta dicitur, quoniã perfecta eſt in charitate cantatio. Illa præſertim Angelicæ Salutationis, quæ ad memoriam Decalogi, per Decades in Parthenico Pſalterio ritè, ſolemniterque repetitur. Vt qui dum corde, & ore Virginem in ſalutatione veneramur, eandem, & in vitæ converſatione, atque opere ipſo imitemur. Alia plura habentur ex B. Alano p. 1. ca . 5. & p. 2. c. 8.

Suppetit tandem, & Sacer quindenarius numerus à Spiritu Sancto, vt piè creditur afflatus. Verba ſunt fælic. recordationis Pij Papæ V. in Bulla Conſueverunt: *Spiritu*, inquit, *ſancto, vt pie creditur afflatus, Beatus Dominicus modum facilem, & omnibus peruiũ, ac admodum pium orandi, ac precandi Deum, Roſarium, ſeu Pſalterium B. Virginis Mariæ, oratione Dominica ad quamlibet decimam, cum certis Meditationibus totam Domini noſtri Ieſu Chriſti vitam demonſtrantibus interpoſitaque, excogitatumque per Sanctæ Romanæ Eccleſiæ partes propagavit.* Vbi quamlibet decimam ad alicuius Myſterij meditationem refert, vt quindena Myſteria numero quindenario decimarum reſpondeant. Qui numerus profecto in quindecim argenteis exprimitur, quibus Oſea: *Mulierem meretricem*, cap. 3. hoc eſt Deus homo factus mulierem, ſcilicet naturam humanam peccatricem in Virginis vtero, demptis imperfectionibus, amoris vinculo mirificè ſibi copulavit. Vel dicamus numerum hunc quindenarium ad imminentia mundi mala evitanda, nobis diuinitus adminiſtratum fuiſſe. Eccl. cap. 11. *Da partem ſeptem, nec non, & octo; quia ignoras, qui futurum ſit mali ſuper terram.* Vel concludamus tandem figurari in illius memoranda ſcalæ gradibus Iacob Gen. cap. 28. quæ ſecundum non-





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nonnullos Rabinos quindecim gradibus conſtaſſe memoratur,iuxta Pſalmorum Gradualium numerum , cum hac tamen excellentia, quod Gen.c. 28. Scale Iacob innitebatur ſolus Deus, *& dominus innixus Scalæ*; huic verò Deus cum Matre; ibi Deus in cacumine tantum, hic Chriſtus , & Maria in omnibus gradibus , quinimo in omnibus , & ſingulis ſalutationibus: *Aue gratia plena Dominus tecum.* Alia nobis ſuggerit B. Alanus p. 1.cap.4.

Ad alia explicanda,ſummoque ſtudio à nobis amplectendi ordo rerum ſe poſtulat. Quis neſciat inter tot Fraternitatum ſpecies , Sodalitatumque genera hanc Pſalterij Virginis principem locum obtinere? Etenim Roſarij Fraternitas illorum eſt , qui mirabili modo bona opera communicant, vel pro quibus ſpecialiter aliqua bona in communi fiunt. Omnes enim, ac ſinguli in illa deſcripti participes fiunt omnium vniverſim ſatisfactionum, operumque bonorum, quæ vbicunque, quomodocumque , vel qualitercunque per orbem Chriſtianũ à quibuſcumque Confratribus, atque Sororibus piè geruntur pro tempore, aut vnquã exercebuntur. Singilatim verò participes redduntur ſinguli trium Roſariorum, quæ pro conſueto hebdomadario præcum penſo ab vnoquoque perſolvuntur. Par eſt igitur , vt quiſque hebdomadatim vnum Pſalterium Mariæ,hoc eſt tres quinquagenas; ſivè Coronas, aut ore ipſe, aut ab alio curet orari. Qui omiſerit, & quantũ vis, tantum, & pro eo tempore ſeſe orationum dictarum participem non reddit. Nihilo minus tamen in cæterorum permanet communicatione meritorum. Poteſtque neglecta poſt recuperare, ſi quantũ de penſo omiſit ; tantum de omiſſo , præter conſuetum deinde præſtet ex B. Alano p. 2.c.17.

Vltra prædicta ſinguli in partem veniunt,vt ſortem omnium meritorum Fratrum , ac Sororum totius Ordinis prædicatorum , hoc eſt omnium Miſſarum, Orationum , Diſciplinarum, Ieiuniorum, laborum, nec non bonorum operum, quæ per Diui Dominici alumnos dicti Ordinis Prædicatorum diuina bonitas in mũdo fieri dederit vniuerſo. Quod quidem per litteras Magiſtri Generalis Ordinis, atque Brevia Summorum Pontificum pluries fuit confirmatum Meſſanellus de Regul. Confraternitatis lib.3.c.6.

Eximia autem huius Ordinis merita, quibus Confratres communicant recenſita habentur in Mari Magno Sixti Papæ IV. pro Ord. Prædicatorum: *Nos*, inquit , *Ordinis Fratrum Prædicatorum, & perſonarum eius ſtatum proſperum, & tranquillum intenſis deſideramus affectibus , &c. Propter vberes fructus , quos Ordo ipſe multa præfulgens gloria meritorum , & gratia Sanctitatis in agro militantis Eccleſiæ, ad propagationem Fidei Orthodoxæ hactenus produxit viriliter, ac producit , & in futurum fore ſpe firma teneamus, & palmites ſuos à mare, vſque ad mare, & etiam ad Barbaras extendendo nationes* ; hæc ille ex Ordine Minorum aſſumptus. Ex Lezana de privilegijs , & Bullario.

At dicet aliquis teſtimoniũ iſtud Sixti IV. verum eſt,cæterum vetuſtate ſapit. Cum igitur viciſſitudo rerum ſecundum variationem temporum, mutationem ſecum ſimiliter afferat ex curriculo tot annorum ,aliud requiritur teſtimonium ad cumulum recenſitorum meritorum. Verum ad huiuſcemodi animi hæſitationem è Confratrum mentibus radicitus eliminandam. En noſtri ſæculi SS. D. N. Clementis Papæ VIII. recens,atque indubitatum teſtimoniũ, qui anno 1601. die 19. Ianuarij ſub forma Breuis de Laudibus Ordinis Prædicatorum ſic habet, ( Ordo inquit Fratrum Prædicatorum à Sancto Dominico fundatus , tam magnos , & ſuaues in Eccleſia Dei fructus ſemper protulit, & quotidie profert,vt illius propagationi ) ( per Virginis Roſarium ſub intelligatis vos) (merito conſulendum cenſeamus, &c.) Quid ex Sanctiſſimo D. Petri ſolio clarius? Quare non tempore tantum Sixti, verum ſemper in dies,ad meritorum cumulum in Dei Eccleſia Ordinem Prædicatorum florere, ac floruiſſe compertum eſt.

Hinc præfati Ordinis Prædicatorum celebriora eulogia pro Confratrum Roſarij conſolatione epilogando , fas ſit fraternitatem Roſarij ex viſceribus Ordinis Prædicatorum, Diui Pauli ad Ephæſios , cap. 2. vſurpando ſententiam , ſic aloqui: *Nos* Fratres Diui Dominici Alumni *Dei ſumus factura*, ſecundum Deum, *creati in Chriſto Ieſu*, & Sancto Dominico in operibus bonis,quæ præparauit Deus,vt in illis ambulemus; propter quod memores eſtote. Fratres , & Sorores in Roſario Mariæ , *qui aliquando eratis longè, facti eſtis propè in Sanguine Chriſti.* Per ſpecialem nanque communionem Sanctorum in Chriſto fundatam, totius Ordinis merita pari nobiſcum ſorte participatis in Chriſto: *Ipſe enim eſt*

*pax*

*pax noſtra, qui fecit vtraque vnũ, vt duos condat in ſemetipſo in vnũ nouum hominem, faciens pacem, & reconcilians ambos in vno corpore Deo per Crucem*: perque Fraternitatem; idque tunc cœpit, quando Sanctus Dominicus *veniens euangelizauit pacem vobis, qui longe fuiſtis*, à Fratribus ſ. Roſarij, *& pacem illis, qui prope*. Fratribus ſcilicet Ordinis ſui: *Quoniam per ipſum habemus acceſſum, ambo in vno ſpiritu ad Patrem*. Ergo: *Iam non eſtis hoſpites, & aduenæ, ſed eſtis ciues Sanctorum*, in Ordine Prædicatorum, *& domeſtici Dei ſuper ædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum*. Martirum ſcilicet, Cõfeſſorum, atque Doctorum Dominicanæ Religionis. Verumtamen *ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, in quo omnis ædificatio* Ordinis, atque Fraternitatis, *conſtructa creſcit in templum Sanctorum in Domino in quo, & vos coædificamini in habitaculum Dei*, per Roſarium ſcilicet *in Spiritu Sancto*. De hac materia B. Alan. p. 1. cap. 16. & cap. 17. & p. 2. c. 17.

Gaudet igitur Roſarij Fraternitas Ordinis Prædicatorũ meritis, gaudet, & ſatisfactionibus Sanctorum in Theſauro Eccleſiæ reconditis. Et quoniam duobus doctrinæ Chriſtianæ officijs noſtræ Catholicæ Religionis perfectio initiur videlicet declinare à malo, & facere bonum: Hinc eſt quod, & Roſarij Societas vtrumque præſtat manuducendo nos ad hoc bonum, atque tollendo pœnam huic malo debitam. Primum Fraternitas præſtat, per bonorum communicationem, Pſal. 131. *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum*, ſecundum verò per Indulgentiarum applicationẽ, iuxta Iſaiæ vaticinium cap. 50. *Nunquid abbreviata, & paruula facta eſt manus mea, vt non poſſim redimere, aut non eſt in me virtus ad liberandum*, & cap. 51. *Conſolabitur ergo Dominus Sion, & conſolabitur omnes ruinas eius, & ponet deſertum eius, quaſi delicias, & ſolitudinem eius, quaſi hortum Domini*. Mirabilibuſque fraternitatis ex repetitione Roſarij per Choros arridens, Idem Propheta, ſubdit: *Gaudium, & lætitia inuenientur in ea, gratiarum actio, & vox laudis*. Equidem tot Indulgentiæ in hanc collatæ ſunt Fraternitatem, & illæ ipſo genere tantæ, ipſo modo tam ſingulares, ipſa largitione tam eximiæ, vt alias omnes hac in parte ſuperare quibuſvis videri poſſit. Qui verò innatam in ditanda hac Roſarij fraternitate ex cumulo Indulgentiarum intueri deſiderat Romanorum Pontificum propenſionem, Ad Bullam *dum ineffabilis* Sanctiſſimi D. N. Sixti Papæ V. ex Ordine Minorum, aſſumpti recurrat: vbi tanquam in lucidiſſimo ſpeculo in communicatione Indulgentiarum prædeceſſorum Pontificum communes vniuerſaleſque applauſus luce meridiana clariores contemplabitur. Ex B. Alano p. 1. cap. 13.

Hunc igitur modum orandi à Sanctiſſima Trinitate excogitatum, Spiritu Sancto (vt piè creditur) afflatum, à Virgine Deipara reuelatum, ac tandem per Beatum Dominicum ſub Pontificatu Innocentij Papæ III. ad hæreſes euertendas euulgatum, circa annũ 1212. ſequentibus ſignis non ſine maximo animarum fructu in Eccleſiæ Viridario fuiſſe plantatum pro vberimis fructibus colligendis: non eſt qui in controuerſiam vocet. Extant namque Bullæ Summorum Pontificum Pij Papæ V. *Conſueuerunt*, & Sixti Papæ V. *Dum ineffabilis*. Hocque colligitur ex B. Alano p. 2. c. 8 & c. 17. Abraham Bzouio to. 13. Annal. p. 202. Flaminio, Theodorico, S. Antonino, Fernandez, & Thoma Maluenda tom. 1. Annal. p. 125.

Cæterum ſi ſummariè vos Sanctiſſimi Roſarij Confratres, per tot ſæcula vultis ſcire, quid Pſalterium Virginis in Eccleſia Dei huc uſque egerit: audiatis breui manu per ſingula ſæcula, qui fecerit. ſint ergo.



ME-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# MEMORABILIA
## PRIMI SÆCULI
### VIDELICET.
### Ab anno 1212. vſque ad annum 1312.
## VICTORIÆ
# OPE ROSARIJ
## CONSEQVVTÆ.

INter Roſarij victorias iure merito memorandas, primum ſibi vendicat locum celebris illa victoria in partibus Toloſanis à Catholicis ſub fortiſſimo Duce, ac Comite Simeone Monfortio de Albigenſibus anno 1212. opè Virginis Deiparæ reportata. Etenim cum octingentis dumtaxat equitibus, & mille ex peditibus, de centum millibus Hæreticis, eorum partim cedendo, & partim fugando præfatus Roſarij Dux mirabiliter triũphauit. Petrus Monachus de rebus contra Albigenſes geſtis. B. Alan. p. 2. c. 17. Abraham Bzouius tom. 13. Annal. col. 202. & Maluenda tom. 1. Annal. pag. 104.

Dum hæc in Gallia agerentur circa annum 1212, Cœlorum Regina, Sereniſſimo Alphonſo IX. Regi Catholico in Hiſpania aduerſus Mauritanos ſub Virgineo Roſarij Vexillo ſtrenuè dimicanti præſtò fuit, in qua pugna circiter ducenta millia hoſtium occiſa memorantur; è ſeruitoribus verò Mariæ vix viginti quinque fuerunt deſiderati: Abraham Bzouius tom. 13. Annal. col. 183. & Thomæ Malvenda tom. 1. Annal. pag. 101.

Anno 1213. Conſimilem Victoriam adverſus Albigenſes, cuidam magno Antonio Toloſano attribuere Hiſtorici. Etenim contra inmẽſam multitudinem, cum paucis dimicando, multitudini reſiſtere, cum non valeret, per Roſarium V, Deipara implorata, ingraveſcente pugna, globorum ignitorum grando, è cœlo hoſtiles copias obruit, atque attrivit. Abraham Bzouius tom. 13. Annal.



Anno 1213. Strenuus quidam Alanus in Campo Martis, nobilis Brittanus cum exiguo exercitu ab innumerabili Hæreticorũ multitudine, vndique Hoſtium copijs circumdatus, Roſarij Regina ſuadet, vt ducat in hoſtes, præit ipſa lapidea in hæreticos iacens; vndè Alanus miles hoſtem perterritum fugat, magna ad coronidem ædita inimicorum cæde. Abraham Bzouius tom. 13. Annal. col. 202. & Thomas Malvenda tom. 1. Annal. pag. 134.

Anno 1214. Philippus II. Galliarum Rex ſemper Auguſtus, Virginis ope, celebri de Othone IV. Imperatore conſequuta victoria apud Sylvanectum Templum Dominæ noſtræ de parta victoria conſtruxit. Juſtinus Mechovienſis in Letan. Lauretan. diſcurſ. 374. num. 32. Colvenerius in Caled. Mariano die 4. Iunij, & Marraccius de Regibus Marianis pag. 204.

Anno 1248 Jacobus I. Aragoniæ Rex in Tarraconenſi Hiſpania ſub ſola Sanctiſſimi Nominis Mariæ invocatione (vnde Virginis Roſarium cõflatur) apud Eneſſam adverſus Saracenos dimicando, cum internecione decem millium inimicorum glorioſè triumphauit. Juſtin. Miechouien. in Litan. Lauretan. diſcurſ. 374. n. 40. & Vargas in Chron. Ordinis S. Mariæ de Mercede lib. 1.

Anno 1262. S. Ferdinandus III. Caſtellæ, & Legionis Rex, non ignobilem victoriam poſteris demandanda de Mauretanis ope Virginis Roſarij obtinuit, etenim alter Ioſuè ad Sanctiſſimi Nominis Mariæ invocationem Solem ſiſtere fecit (quo nomine Roſarium gloriatur) qui ex proſtrato exercitu: exque capta præda, inimicorumque occiſorum ſpolijs Deiparæ Templum, non niſi inſigne dedicauit. Ex ſummario proceſſus pro eius Canonizatione impreſſo Romæ 1629. & Marraccio de Regibus Marianis pag. 73.

Anno 1265. Hiſtoriarum profeſſores non abſimilem victoriam ope Virginis Roſarij conſequutam, attribunt Carolo Andegauenſi S. Ludouici Regis Fratri, I. Siciliæ Regi. Etenim Ave Maria pronunciata, quam à Regina Blanca imitator S. Ludouici, cum lacte ſuſcepit, de Coradino Sueuiæ Duce, alijſque confœderatis præclaram victoriam reportavit. Balingen. in Kal.

Fff Ma-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Mariano, & Colvin. in Kalend. Mariano die 28. Auguſt. ex Marraccio de Regibus Marian. pag. 47.

Anno 1280. Alphonſus X. Caſtellæ, atque Legionis Rex, ſub Murtia Vrbe, ope Virginis Roſarij ſæpe ſæpius implorata, de Saracenis per ſæcula memorabili victoria conſequuta glorioſè triumphavit. Ex Roderico Sanctio lib. Hiſpanica Hiſtoriæ cap. 5. & Lorico de Maria Auguſta lib. 4. cap. 24. & Marraccio de Marian. Regib. pag 13.

Aliæ ſupereſſent pro Roſario recenſendæ memorandæque victoriæ à ſervitoribus Mariæ de hoſtium copijs eius patrocinio impetratæ pro primi ſæculi laudibus celebrandis, vt ſciant Chriſti fideles quonam titulo Dei Mater dicatur à D. Auguſtino Bellatrix fortis, quas tamen devoto Confratrum Roſarij ſtudio remittimus.

*Viſcera Materna Deiparæ ex Roſario in Fratres Prædicatores.*

QVàm mirabiles, quamque frequentes ex deuotione Roſarij Deiparæ viſiones, atque apparitiones; vnde Virginis affectiones ſingulares erga profitentes in Roſario partialem erga ſanctiſſimã Dei Matrem ſeruitutem dignoſcantur; per ſeriem de facili apparebit, & primode

Anno 1212. Beata Virgo Maria ad Roſarium promovẽdum ſpeciali privilegio inter cæteros Ordines Religioſorum ab Eccleſia aprobatos, medio Sancto Dominico Ordinem ſibi elegit fratrum Prædicatorum: B. Alanus p. 1. cap. 15. Flaminius, Theodoricus, Abraham Bzouius tom. 13. annal. col. 206. & Malvenda tom. 1. annal. pag. 133.

Anno 1218. Beata Virgo Maria ſe Ordinem Prædicatorum ſingulari affectione protegere oſtendit, dum fratres eiuſdem Ordinis eius Roſariũ prædicantes ſub Sacratiſſimo patrocinij palio fouet, atque gratijs plurimis illis fauet. Flaminius, Garzo, S. Antoninus p. 1. Hiſt. tit. 23. c. 3. Malvenda tom. 1. Annal. pag. 223. & pag 419.

Anno 1218. Beata Virgo Maria Romæ in Conuentu S. Sabinæ, Sanctis Catharina, & Cecilia comitata Virginibus Fratres ſuos Ordinis Prædicatorum benignè viſitat. Theodoricus lib. 2. de vita S. Dominici.

Anno 1218. Beata Virgo Maria, Romæ contra nequiſſimi hoſtis inſidias Fratres ſuos Prædicatores aqua luſtrali eos ſua Sanctiſſima dextera aſpergendo communit. ex Theodoric. lib. 2. cap. 13. & Thoma Malvend. tom. 1. annal. pag. 223.



Anno eodem Beata Virgo Deipara viſitat Beatum Reginaldum in infirmitate laborantem, ipſumque ſuis ſacratiſſimis manibus inungit. Vincentius Belvacenſis, Jacobus à Suſato, S. Antoninus lib. 3. 3. p. Hiſt. tit. 23. cap. & Malvenda tom. 1. annal. pag. 212.

Eodem anno, Beata Virgo Maria præfatum Reginaldum viſitat, ſuaque propria manu Habitum Ordinis Prædicatorum illi dat, quem poſtea cæteri Fratres pro magno Cæli munere ſuſceperunt. Theodoricus in vita S. Dominici, Bandellus in Commentarijs Conſtitutionum Ordinis Prædicator. diſt p. cap. 15. & Malvend. tom. 1 Annal. pag. 212

Anno 1219. Dum Maſſiliæ Fratres Ordinis Prædicatorum poſt Completorium de more cantant Antiphonam *Salve Regina*, eadem Cælorum Regina, ſibi famulantibus in Roſario caput inclinat, illis benedictionem impertitur, ac benigniſſimè puellum Ieſum eiſdem offert oſculandum. Flaminius, Fernand. Theodoric. Malvenda tom. 1. Annal. 571. & Abraham Bzouius tom. 15. Annal. 183.

Anno 1219. Beata Virgo Maria pro reformatione Orbis Sanctum Dominicum, eiuſque Fratr. Prædicatores Æterno Filio ſe miſſuram promittit, atque decernit. B. Humbertus in vitas Patrum lib. 2. cap. 1. Theodoricus, Caſtillus, S. Antoninus, & Malvend. to. 1. Annal. pag. 162.

Anno 1221. In obitu Sancti Dominici Dei genitrix Virgo vna cum Filio ſcalam è Cælo ſubmittit, vt ſic Filium ſuum dilectum in Roſario ſibi deſervientem, ad amæna Paradiſi gaudia introducere valeat. Theodoricus, S. Antoninus, Flaminius, & Malvenda, tom. 1. Annal. pag. 373.

Anno 1221. Beata Virgo Maria Diui Dominici obitum ſua fœliciſſima præſentia præcedit, ipſum conſolatur; blanda, placidaque de Filiorum eiuſdem benigna protectione, atque prompto per tempora eius ſucurſu, eiſdem filijs preſtò ſe eſſe policetur, grataque pro ſuo Ordine alloquitur. Ex Sancta Brigitta lib. 3. revelat. cap. 17. & Maluenda tom. 1. Annal. pag. 371.

Anno 1222. Beata Virgo Maria ſummoperè Ordinem Prædicatorum ſpecioſiſſimis encomijs commendat. Beatus Humbertus Theodoricus, lib. 6. cap. 6. S. Antoninus p. 3. Hiſtor. tit. 23. cap. 2. & Malvenda tom. 1. Annal. pag. 419.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Anno 1222. Beata Virgo Maria Fratribus ſuis Prædicatoribus, dum de eius Roſario ad populum concionem deuotam habent, illis aſſiſtere, ſeque auribus eorum, verba ſalutis inſtillantem viſa eſt. B. Humbertus in vitas PP. Ordinis Prædicatorum cap. 5. §. 5. & Abraham Bzouius tom. 17 Annal. col. 301.

Anno 1223. Dum de fundatione Ordinis pro Redemptione Captiuorum agitur. B. Virgo Maria præcæteris Ordinem ſibi elegit Prædicatorum, inter fratres verò pro ſingulari gratia Sanctum honorauit Raymundum de Penneſort, quem ad hoc munus ſibi delegit. Chronic. Ord. S. Mariæ de Mercede, & Bzouius tom. 13. pag. 320.

Anno 1227. Glorioſa Virg. Maria Cellam S. Petri Mart. de Uerona Sacrarum Virginum comitatu ingreditur, blandè eum viſitat, atque præſentia, luce meridiana clariore, viſibiliter illi apparet. Caſtill. Plod. & Abraham Bzouius tom. 13 Annal. col. 1749.

Anno 1227. Non diſſimili gratia cælitus honoratus fuit in Conuentu Patauino B. Albertus cognomento Magnus, tunc Nouitius, cui B. Virgo Maria Sacrarum Virginum comitatu viſibiliter apparens, omnium naturalium ſcientiarum copiam infudit, atque vt in Ordine Prædicatorum perſeueraret blandè loquitur, atque firmauit. Leander Albertus, Caſtill. Plod. & Abraham Bzouius tom. 13. Annal. col. 349. B. Alan. pag. 272.

Anno 1230. Beata Virgo Maria exemplo B. Nicolai de Iuvenatio, ad coronam in Roſarij exercicio ſibi deſervientes, per internuntium ſe eos inuitare eſſe ſolitam, oſtendit. Ex Aunal. Prædicator. Bzovius tom. 13. Annal. col. 382.

Anno 1230. Ad imperium Virginis Deiparæ, dæmon B. Ægidio Luſitano Chirographum, quo ſe dæmoni aſtrinxerat, coactus reſtituit. Fernandez, Plodius, & Bzovius tom. 13. Annal. col. 378.

Anno 1236. Beata Virgo Maria Sanctis Virginibus Agnete, Chatharinæ, atque Agata aſſociata B. Vlricum Friſiacenſem in infirmitate detentũ benignè viſitat, atque recreat. Leand. vir. Illuſtr. Ord. Præd. & Abraham Bzouius tom. 13. Annal. col 460.

Anno 1238. Beata Virgo Maria Agatopoli in Gallijs B. Leodatum in Roſario ſibi deſervientem viſitat, eumque ore proprio, vt ad amæna Paradiſi gaudia ingredi velit, inuitat. Abraham Bzouius tom. 13. Annal. col. 474.

Anno 1241. Beata Virgo Ma-



Maria occaſione incurſionis Tartarorum B. Hyacinthum Polonum ſic alloquitur: *Hyacinthe me hic ſolam relinquis? cur ludibrio Barbarorum exponis? Et quid tecum me, & mei Filij Sacramenta non effers?* obtemperauit ipſe, & ecce poſtea audiuit. *Gaude Fili Hyacinthe, quia Orationes tuæ gratiæ ſunt Filio meo, qui quid enim ab eo petieris me interueniente, impetrabis.* Ex Bullæ Canonizationis Clementis VIII. Breuiario Ord. Prædicat. Plodio, & Abrahã Bzovio tom. 13. Annal. col. 497.

Anno 1245. B. Hermano Diui Hyacinthi ſocio, in Roſarij exercitijs aſſiduo, Beata Virgo Maria apparens eundem ſapientia, linguarumque dono in multis gentibus ad profectum ditauit. B. Humbertus in vit. PP. Ord. Prædicat. & in Chronic. Leander, Fernandez, Luſitan. & Bzouius tom. 13. Annal. col. 544.

Anno 1246. Beata Virgo Maria, Nouitio Ordinis Prædicatorum in ſummo rerum diſcrimine periclitanti, ſtatim in ſolamen illi præſtò fit. Abraham Bzouius tom. 13. Annal. col. 583.

Anno 1250. Beata Virgo Maria, Ferdinandum Diaz natione Hiſpanum; de eius continua protectione in Ordinem Prædicatorum monet, atque certiorem reddit. Bzouius tom. 13. Annal. col. 583.

Anno 1254. Beata Virgo Maria pro Fratribus ſuis Prædicatoribus, diuerſis grauaminibus oppreſſis in eorum ſubſidium Filio æterno Litanias offert Abraham Bzouius tom. 13. Annal. col. 622.

Anno 1259. In vltimo vitæ termino Virgo Deipara B. Conradum Teutonicum in Roſario ſibi famulantem, de cæleſti gloria certiorem reddit. Leander lib. 5. Bzovius tom. 13. Annal. col. 687.

Anno 1259. Beata Virgo Maria Sacratiſſimis eius manibus corona gloriæ Fratrem Ordinis Prædicatorum ornat, in ſignum eius ſingularis affectionis erga ſibi in Roſario deſeruientes. Abrah. Bzouius tom. 13. Annal. pag. 686.

Anno 1259. Beata Virgo Maria, Dilectum Filium B. Petrum Conſaluum pro ingreſſu Ordinis Prædicatorum ſpecialiter hortatur, quia ſolus iſte Ordo Dei Laudes à Salutatione Angelica celebrare, atque Incipere conſueuerat. Fernandez, & Abraham Bzouius tom. 13. col. 586.

Anno 1260. Beata Virgo Maria cellam B. Conradi Sueui ingreditur, ipſum hilari vultu viſitat, & in mortis articulo eidem aſſiſtit. Bzouius tom. 13. Annal. col. 695.

Anno 1273. Beata Virgo Ma-

Maria in Conuentu Gandenſi B. Balduino in eius Roſario ſibi famulanti pateram iſquiſitiſſimo vino plenam porigit ſuis Sacratiſſimis manibus, atque de excellentia ſtatus Regularis eruditum reddit. Ioannes Lopez p. 5. Hiſtor. Ordin. lib. 2. cap. 7. §. II. B. Frate Balduino.

Anno 1298. B. Petro Podienſi in vltimo vitæ termino Regina Sacratiſſimi Roſarij illi viſibiliter ſplendidiſſima luce apparet, ipſumque viſitat. Abraham Bzouius tom. 13. Annal. col. 1100.

Hinc ex D. Cypriano Epiſtola 8. & Venerab. Beda in initio cap. 31. de Roſarij Confraternitate, eos colligimus Prophetaſſe cum conſtantiſſimè dixerint, quod *Eccleſia electorum* (Roſarij ſub intelligatis vos) *floribus vernans, in pace habet lilia, in bello Roſas*, hæc expreſſimis verbis, ex Dominico Grauina, Opuſculo. Vox Turturis pag. 210.

*Summi Pontifices erga Roſarij Confraternitatem inclinati.*

INter cæteros Romanos Pōtifices, qui huic ſaluberrimæ Confraternitati Roſarij ex toto corde, atque deuotis votibus adheſerunt. Primus fuit Innocentius fel. record. Papa III. Etenim non ſolum in partibus Toloſanis ad hæreſes euertendas hunc modum orādi in Cruce ſignatorum exercitu ſequentibus ſignis, primò per Sanctum Dominicum publicare fecit; verum & Romæ de manu eiuſdem Promulgatoris maximo cum animarum fructu, ſummaque veneratione, circa annum 1216. Roſarium Virginis ſuſcepit. Ex B. Alano pag. 353. part. 5. cap. 26. exque Breui Clementis VIII. Ordo Prædicatorum.

Gregorius Papa IX. Sancti Dominici Familiaris adeò erga Virginem Roſarij deditus, vt Canticum Salve Regina, quod à Fratribus Ordinis Prædicatorum poſt Completorium in eorum Eccleſijs cantari ſolet ſpecioſiſſima Bulla commendarit; ac tandem mirabilia per Diuum Dominicum Virginis Roſario patrata, elegantiſſimo ſtylo in Bulla eius Canonizationis, non ſine totius Eccleſiæ exultatione propalarit, nec non æternæ memoriæ mandarit. Ex Bullario, Bulla Canonizationis D. Dominici; & Marraccio in Bibliotheca Mariana pag. 515.

Vrbanus Papa IV. in Sanctiſſimi Roſarij recitatione aſſiduus, qui, & deuotè Sanctiſſimum Mariæ nomen in Roſario recitantes ſpecioſiſſimis fauoribus locupletauit, ex Bulla Sixti Papæ V. *Dum ineffabilia*, & Marraccius in Bibliotheca Mariana pag. 443. 2. *p.*



Innocentius Papa V. Ordinis Prædicatorum erga Sacratiſſimum Virginis Roſarium deditiſſimus, qui ad imitationem Sanctiſſimi eius P. Dominici Angel. Salutationem centies, & quinquagies in Roſ. repetitam elaboratiſſimis cōmentarijs celebrauit. Ex eius ſcriptis ſuper Miſſus eſt, & Marraccius P.P. Bibliotheca Marianæ pag. 658.

Clemens Papa V. De Orationis Dominicæ efficacia, Angelicæque Salutationis virtute, ex rebus geſtis adverſus Albigenſes ſatis eruditus, Innocentij III. veſtigis inherendo, ſub Roſarij vexillo contra Saracenos ſuo tempore Cruce ſignatorum miſit expeditionem. Abraham Bzouius tom. 14. annal. col. 158. & Ciaconus ex Regiſtro Platina, & alij.

Benedictus Papa XI. ex Prædicatoria familia aſſumptus. De mirabilibus per Roſarium Virginis à Diuo Dominico in partibus præſertim Toloſanis patratis, certior factus. Pro recuperatione Terræ ſanctæ diſtrictis Chriſtianorum Principum gladijs, ad coronidem, Virginis Pſalterium mirabiliter vniuit. Abrah. Bzouius tom. 14. annal. col. 58. & Platina de Vitis Pontificum.

En quanti exiſtimanda hæc Roſarij ſemper mirabilis ſodalitas. Dum Virgo Deipara ſic eius eleuat Sanctiſſimi Roſarij Confratres: *Vt ſedeant cum Principibus, & Diui Petri ſoliū gloria teneant*; ex Cantic. Annal. lib. 1. Regum cap. 2. & B. Alano, p. 4. pag. 254. Hinc enumerandi ſunt.

*Regiæ Maieſtates, aliique Orbis Chriſtiani Principes exercitijs Roſarij dediti.*

DIminuta cenſenda eſſet præſens methodus noſtra, ſi ſummorum Pontificum teſſeræ, non adderetur, & devotus Chriſtianorum Principum numerus. Inter celebres ergo, Roſarij deditas, atque Sacratas Regias Maieſtates. Anteſignanus fuit.

Alphonſus huius nomine IX. Caſtellæ, atque Legiones Rex, qui Deiparæ Roſarij effigiem prælijs, tam in proſperis, quàm in aduerſis præferēdo, Cælorum Reginam ſemper intimè coluit. Ex Ioannè Bonifacio, lib. 3. Hiſt. Virginis cap. 13. Abraham Bzonio tom. 13. Annal. col. 183. & Malvenda tom. 1. Annal. pag. 101.

D. Blanca Sancti Ludouici Regis Galliarum mater poſt ſuſceptum è manus Diui Dominici Deiparæ Pſalterium, ad maiorem eiuſdem Virginis cul-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tultum, ſua manu deuotis populis, ac Nobilibus Roſaria, vt recitarentur per Galliam diſtribuit. Abraham Bzovius to. 13. Annal. Malvend. tom. 1. Hiſtor. & Miechouienſis in Litan. Lauret. diſcurſ. 374. n. 33.

S. Ludouicus IX. Galliarum Rex, Orbiſque Chriſtiani exemplar, Virginis Pſalterium à D. Blanca eius matre, à teneris annis ſuſceptum pro Deiparæ laudibus celebrandis, cum nobilium ſtupore, veluti quotidiano penſo Virginem Roſarij ſalutando, vſque ad obitum ſibi recitandũ retinuit. Baling. in kalend. Marian. die 25. Auguſt. & Miechouien. in Litan. Lauret. diſcurſ. 374.

Philippus II. Galliarum Rex adeo erga Roſarij Reginam deditus erat, vt magnificentiſſimum Templum in ſuæ deuotionis teſtimonium, illi ædificauerit. Michouienſis, in Litan. Lauret. diſcurſ. 374. num. 32. & Coluenerius in kalend. Marian. die 4. Iunij.

S. Ferdinandus III. Caſtellæ, ac Legionis Rex. Sanctiſſimi nominis Mariæ, quod inter Roſarij exercitia ex Angelicæ Salutationis recitatione ſæpè ſæpius repetitur; adeò fidei iuſſor. vt veluti alter Ioſue contra Sarracenos dimicando, ſub invocatione ſanctiſſimi nominis Mariæ, & ipſum Solẽ ſiſtere feciſſe commemoretur. Baling. in kal. Mariano die 30. Maij, ex Marracie de Regib. Marian. pag. 76.

B. Margarita Bellæ Regis Hungariæ Filia Ordinis Prædicatorum, in Miſteriorum Roſarij contemplatione, die, noctuque occupabatur, ex Malvenda tom. 1. Annal. pag. 679.

Iacobus I. Aragoniæ Rex, qui propè Eneſſam Valentiniani Regni victoriam, omnibus ſæculis celebrem ſub Virginis Roſarij invocatione, de Sarrecenis obtinuit. Miechov. in Litan. Lauret. diſcurſ. 374. num. 40. Ex Chronic. Relig. S. Mariæ de Mercede, lib 1.

Alphonſus X. Caſtellæ, atque Legionis Rex, in teſtimonium ſingularis eius deuotionis erga Angelicam Salutationem, apud Murtiam Virgini Deiparæ magnificentiſſimũ Templum coronarijs coronis ornatum, dedicauit. Roderic. Sanctius lib. Hiſpan. Hiſtor. cap. 5. & Loricus in Mar a Auguſta lib. 4. cap. 24.

Carolus Andaganenſis Sancti Ludouici Regis Francie Frater, Siciliæ Rex, Roſarij Lacte à D. Blanca Regina enutritus, Neapoli Deiparæ glorioſiſſimæ Templum ſub themate *Ave Maria gratia plena Dominus tecum*, in eius ſummæ Religionis, ac pietatis teſtimonium conſecrauit. Spinell. tract. de Templ. Deiparæ nu.

42.



42. Baling. in kalend. Marian. & Coluer. in kalend. Mar. 28. Auguſti.

Simon Comes Monfortius aduerſus Albigenſes Cruce ſignatorum Dux, atque anteſignanus; ante pugnam Roſarium manibus è Diui Dominici ad debellandas hæreſes ſumma cum devotione ſuſceptum, militibus ſuis ad recitandum hilari vultu diſtribuit. Petrus Monachus de rebus geſtis contra Albigenſes. Abraham Bzonius tom. 13. Annal. col. 201. & B. Alan. p. 2. cap. 17. pag. 117.

Alanus Nobilis Brittanus, atque Antonius Toloſanus ambo Catholicorum exercitus aduerſus Hæreticos Albigenſes inuictiſſimi Duces: non tam armis, quam Roſarij precibus, de Fidei hoſtibus victores extitere. Abraham Bzouius tom. 13. Annal. col. 203. Maluenda tom. 1. Annal. pag. 134. & B. Alan. p. 2. cap. 17. pag. 117. p. 5 cap. 3. pag. 309. & cap. 8. pag. 322. Vt ſciamus cum Pſamiſta Roſarij Confratres, vt plurimum *in manu patenti, & brachio excelſo*, inimicos fidei profligaſſe. Hæc quò ad Regias Maieſtates, alioſque Chriſtiani Orbis Principes Seculares. Quo verò ad Regulares.

*Ex Ordine Prædicatorum Sanctiſsimo Roſario dediti.*

IN deuotione, Prædicationeque Roſarij Sacratiſsimi, anteſignanus in Ordine Prædicatorum fuit reuera Diuus Dominicus, etenim à Deipara instructus, Roſarij ſodalitatem in Eccleſia fundauit, atque Apoſtolico Spiritu per totam Galliam, Angliam, Hiſpaniam, Germaniam, atque Italiam ſummo cum animarum fructu in diuerſis nationum populis mirabiliter propagauit. Pius V in Bulla *Conſueuerunt*. B. Alanus p. 2. pag. 109. Malvenda & Abraham Bzouius tom. 13. Annal. pag. 206.

B. Humbertus totius Ordin. Prædicat. Magiſter Generalis Roſar. Virg. deuotiſſimus, qui & libellum de Fraternitate Roſarij ſummam pietatem ſpirantem compoſuit. Ioannes Andreas Coppeſtin lib. 2. cap. 11.

B. Iordanus Saxo alter Magiſter Generalis Ordinis Prædicatorum, in eius ſingularis devotionis teſtimonium erga Roſarium, tractatum de Corona Dominæ noſtræ poſteris reliquit. Caſtillus, Flaminius, & Malvenda tom. 1. Annal. pag. 572.

B. Reginaldus Decanus Au-

Ggg re-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

relianenſis, ob ſingularem eius erga Virginem Roſarij pietatem, ſpeciali privilegio, è Sacratiſſimis Virginis Deiparæ manibus. Habitum Ordinis ſuſcepit. Abraham Bzouius tom. 13. Annal. & Maluenda tom. 1. pag. 212.

S. Petrus Martir de Verona, qui ex frequenti, vſitataque Roſarij deuotione ad familiaria colloquia Dei Virginis Mariæ, præſentialiter admitti meruit. Caſtillus, Plodius, & Bzovius, tom. 13. Annal. col. 349.

B. Albertus cognomento Magnus, qui ex clara Virginis Deiparæ apparitione ſibi facta alta de Angelica Salutatione nobis diſſeruit. B. Alanus part. 4. cap. 27. pag. 272. Leander, Caſtillus, Plodius, & Bzouius tom. 13. col. 349.

S. Thomas Aquinas totius Eccleſiæ lumen; tantæ pietatis erga Roſarij Reginam, vt in recitatione Angelicæ Salutationis eandem dulcedinem retinuerit ſemper invariabilem, quam ab infantia ex cartula eiuſdem Angelicæ Salutationis guſtaſſe proditur: Breviarium Ordinis Prædicatorum. Hiſtoria eiuſdem Ordinis, & Malvenda tom. 1. Annal. pag. 598.

S. Raymundus de Pennafort erga Virginem Roſarij in famulatu aſſiduus, qui & crebris apparitionibus, tum Virginis, tum Sanctorum Angelorum honorari meruit. *Chronicon, & Breviarium Ordinis Prædicatorum.*

S. Hyacinthus Polonus, in obſequio erga Roſarij Patronam indefeſſus, vnde & ſe ſemper ab eius Filio Diuino fore exauditurum; audire meruit. Ex Bulla Clementis VIII. pro eius Canonizatione. Breviario Ordinis Prædicatorum, & Bzovio tom. 13. Annal. col. 497.

B. Hermanus Polonus S. Hyacinthi ſocius in Roſarij Exercicio aſſuetus, ex ſervitute Virgini Deiparæ præſtita, ſingulares gratias conſequi meruit. Leander, Luſitanus, & Bzovius tom. 13. Annal. col. 544.

Præter verò commemoratos ſuperſunt ex Prædicatoria Familia, & Venerab. Conradus Theutonicus, Petrus Conſaluus. Conradus alter Suevus, Petrus Podienſis, Franciſcus Diaz, Ægidius Luſitanus, Vlricus Friſiacenſis, Leodatus Gallus, Nicolaus de Iuuenatio, & quàm plures alij, quibus Virginis Roſarij viſiones, atque apparitiones familiares extitere, ex Abraham Bzovio tom. 13. Annal. Maluend. Leãdro, Caſtillo, B. Humberto ex vitis Patrum. Plodio, alijſque Claſicis ſcriptoribus. De hac enim



enim Prædicatoria Familia arguere poſſumus, quod ipſam pro Confratria Roſarij ſibi Virgo Maria elegerit, vnde vſurpare ſibi velit illud Pſal. 131. *Hæc requies mea in ſæculum ſæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.* Neque à ſolo Prædicatorum Ordine ſaluberrima hæc Roſarij inſtitutio creuit, verum & apud alias approbatas Religiones invaluit. Vnde, &c.

*Exteri Santiſsimo Roſario*

CIſterſcienſium Monachorum Ordinem in concurſu aliarum Religionum, approbatam Roſarij deuotionē ſemper in ſumma habuiſſe exiſtimatione proditur. Ex relatis à B. Alano p. 5. cap. 40. & P. Franciſco de la Croix in Hortulo Mariano pag. 170.

Benedictini quoque Roſarij deuotionem, non ſolum intra ſepta Ordinis, verum etiam ad populos per magnam orbis partem præſertim Orientalem, ſummo cum fructu, propagaſſe fertur. Ioannes de Prato, & B. lanus 1. p. cap. 8. pag. 16.

Carthuſianorum Ordini per Orbem celebri in Gallia, Alemania, Flandria, atque Anglia in eiuſdem Cenobitarum Monaſterijs, adeo acceptus fuit hic modus orandi; vt horis Canonici expletis, in Pſalterij Virginis exercitio, quilibet eorum ſe occupare conſueverit. B. Alan. p. 2. cap. 2. pag. 66. & p. 5. cap. 13. & Ioannes de Monte in Mariali.

S. Franciſcus verè Seraphicus, Ordiniſque Minorum Fundator, non ſolum in Roſarij Virginis exercitio occupabatur, verum etiam hunc modum orandi Fratribus ſuis, totique Ordinis Minorum ſummoperè commendaſſe fertur. B. Alanus p. 1. cap. 8. pag. 17. & 4. p. cap. 4.

S. Antonius Patauinus Ordinis Minorum, hic non ſolum verbo, & exemplo excellentiam Pſalterij Virginis populis ſuaſit; verum etiam miraculis comprobavit; etenim ſpiſiſſimo imbre, dum iter haberet, vndequaquein ampliſsima planitie circundatus, ſolo Roſario Virginis, capiti ſibi impoſito: non minus, ac ſi fuiſſet in Tẽplo à pluvia ſegregatus, ab imbre illeſus mirabiliter cuſtoditur. Chronicon. Minor. p. 3. lib. 1. cap. 36. & 37. & P. Franciſcus de la Cruz Hortul. Mariano pag. 65.

Alexander de Ales Ordinis Minorum Santiſsimi Roſarij obſervantiſſimus, qui & de Virginis Pſalterio opuſculum eruditiſsimum conſcripſit. Raphael à Columbis, Ioannes à Carthanena, & Marraccius in Bibliotheca Mariana p. 1. pag. 38.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

S. Bonauentura S.R.E. Cardinalis Ordinis Minorum in recitatione, meditationeque Roſarij adeo ſingularis, vt in teſtimonium eius pietatis, ex profeſſo libellum de Pſalterio Virginis egregie compoſuerit. Marraccius p. 1. pag. 242. Bibliotecæ Marianæ.

Monaſterium ſimiliter Gādauenſe per omnia hucuſque ſæcula cælebrimum, cuius Sanctimoniales ob ſummam earum deuotionem erga Roſarij Reginam, in Choro loco horam Canonicarum Virginis Pſalterium recitare conſueuerunt. B. Alan. p. 1. cap. 8. num. 21 pag. 17.

Neque mirum ſit apud Chriſti Fideles, RoſarijqueConfratres, ſi apud Regularium Ordines, Roſarij deuotio adeo inualuit in primo ſodalitatis exordio, vt nullus Regularium Ordo voluerit à præfato exercitio eſſe excluſus. Quoniam à Roſario condito apud Carcaſſonam dœmones circa annum 1214. (Deipara ſic imperante) coacti fatentur Roſarij Magnalia per Orbem, eiuſque ſuper excedentem virtutẽ exagerant: vnde accenſi fideles, ſic ſtatim hic modus orandi in immenſum creuit, atque profecit. Ioannes Martinus Valentianus. Ex B. Iordano, Conſtantino, B. Humberto p. 1. cap 5. Theodorico de Apoldia, & Bzouio tom. 13. Annal. pag. 207. Vbi & quam plura virtute Roſar. Virg. patrata miracula pro hoc ſæculo refert. Vt tandem cum Deipara Virgine de hoc modo orandi per Roſarium concludamus ſinguli, *ſuper ipſum autem, efflorebit Sanctificatio mea.* Pſalm. 231. Quæ dicta ſint pro primo ſæculo, eiuſque memorabilibus inueniendis

*.*





# MEMORABILIA

## SECVNDI SÆCULI

## VIDELICET.

## Ab anno 1312. vſque ad annum 1412.

## VICTORIÆ

# OPE ROSARIJ

## CONSEQVVTÆ.

Victoriarum huius ſæculi ope Virginis Roſarij impetratarum, principem locum tribuimus celebri illi victoriæ Ioannis II. Caſtellæ, & Legionis Regis, qui anno 1334. adverſus Saracenos ſtrenuè dimicando, Virgiuis auxilio inimicorum copias, non ſine eorum internecione vſque ad decem millia, fugauit, atque poſtrauit; vnde, & Roſarij Deiparæ alludere volens, inter cœtera eius pietatis opera, Tēplum Diuæ Mariæ de Miraſlores nuncupatum, magnificentiſſimè ædificauit. Theatrum vitæ humanæ lit. R. fol. 231. Mariana lib. 21. cap. 1. & Abraham Bzouius tom. 16. Annal. pag. 24.

Anno 1340. Eduardus III. Anglorum Rex, in Flandrico mari de Gallis, ope Virginis Roſarij inſignem conſequitur victoriam. Ex B. Alano p. 4. pag. 236. Coluener in kalend. Mariano, & Sarderus in Luna Myſtica.

Anno 1341. Alphonſus XI. Caſtellæ, ac Legiones Rex, vna cum Alphonſo altero Luſitaniæ Rege ſibi fœderato, adverſus quinque potentiſſimos Pænorum Reges ſtrenuè dimicando, Virginis auxilio implorato, mirabiliter triumphauit: vndè & Victorum Spolia, Deo, Roſarijque Deiparæ dicauit. Micchouienſis in Litan. Lauritan. diſcurſ. 374. n. 41.

Anno 1362. Ludouicus Hungariæ Rex, à validiſsimo octuaginta millium armatorū exer-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

exercitu Turcarum ſub Amuratæ Sultano circumdatus Roſarij, Regina ſemper Virg. Maria enixè implorata, cum ſolum viginti millibus pugnā aggreditur, & ſtatim hoſtium exercitum ferè ad internecionem totum proſtrauit, atque deuicit. Laurent. Chriſolog. in mundo Marian. p. 1. diſcurſ. 19. num. 111. Hiſtor. Virgin. & Marraccius de Regib. Mar. pag. 183.

Anno 1382. Carolus VI. Galliarum Rex ob ſingularem erga Virginem Roſarij pietatem verè Chriſtianiſſimus: hic Deiparæ Virginis præſidio implorato apud Roſebecam in Flandria de Hoſtium copijs celeberrima victoria triumphauit, vnde, & Pariſijs pro gratiarum actione Altare Sanctæ Mariæ de Victoria conſtruxit. Coluenerius in Kal. Marian. die 27. Nouembris. Et Marraccius de Regib. Mar. pag. 38.

Cœteras circa hæc tempora ope Virginis Roſarij, per Orbem à Chriſtianiſſimis Regibus partas Victorias, deuoto Lectoris ſtudio relinquimus, ad hoc, vt quilibet ex ſeruitoribus Virginis, Sanctiſsimæ Dei Matri in Hiſtoriarum grata lectura, dignè dicere valeat.

*In manibus tuis* Virgo Roſarij *ſortes meæ*.

⁂

### *Viſcera Materna Deiparæ ex Roſario in Fratres Prædicatores.*

CONtinuatam Virginis Deiparæ in Fratres Prædicatores affectionem oſtendere nequimus; niſi ea, quæ ſingulari ſtudio in Prædicatorio Ordine eadem glorioſa ſemper Virgo Maria præſtiterit, breui ſaltem manu referamus. Quare de

Anno 1317. Beata Virgo Maria ob ſummam Roſarij deuotionem B. Agneti de Monte Politiano Ordinis Prædicatorum cellam ingreditur, eidemque peroranti in Meditatione Myſteriorum Roſarij puerulum Ieſum in vlnas ad oſculandum, amplexandumque præbet. Ex Bulla Canonizationis, ſeu Beatificationis eiuſdem ex Breuiario Ordinis Prædicatorum. Ex Plodio lib. 3. virorum illuſtrium col. 413

Anno 1319. B. Virgo Maria cellam item B. Simeonis de Sancto Archangelo Ariminenſis ingreditur, ipſumque de Myſterijs Roſarij, alijſque diuinis reuelationibus informat. Plodius virorum illuſtr. lib. 1. col. 188.

Anno 1320. Beata Virgo Maria B. Iacobum de Meuania in Roſario ſibi famulantẽ, benignè cum Chriſto Redẽp-

tore



tore viſitat, eumque ad amena Paradiſi gaudia pro octauo die inuitat. Plodius de vir. Illuſtr. & Bzouius tom. 15. Annal. col. 30.

Anno 1321. Dei Genitrix Virgo Maria conſimilem ferè gratiam B. Ioanni Baptiſtæ de Senis, nonnulla cæleſtia arcana illi reuelando, contulit. Plodius de viror. Illuſtr. lib. 1. col. 131.

Anno 1336. B. Mauritio de Vngaria in Roſarij meditatione occupato viſſibiliter apparet, eique plura vſque ad miraculū reuelat. Plodius de viror. illuſt. & Bzouius tom. 14. col. 772.

Anno 1340. Beata Virgo Maria cellam B. Dalmatij Moneri Aragonenſis glorioſè ingreditur, ipſumque in exercitio Roſarij occupatum, non ſemel recreat. Plodius de vir. illuſtr. lib. 1. col. 12.

Anno 1341. Beata Virgo Maria B. Thaclaueret Indum Ordinis Prædicat. in Roſario ſibi famulantem, de rore Cæli, cæleſtique Manna, nec non dono ſcientiarum ditat, atque ornat. Plodius de vir. Illuſtr. lib. 2. col. 339.

Anno 1348 B. Fr. Boni de Orvieto conuerſi familiaritatem Beata Virgo Maria non dedignatur, quinimo, & nonnulla diuina arcana illi propalat, dum in Roſarij recitatione occupatur. Plodius de viror. illuſtr. lib. 1. col. 137.

Anno 1359. B. Soror Euphemia Domicilla Leſſi Ratisboriæ Ducis, ex Regum Poloniæ ſtirpe orta Ordinis Prædicator. in Roſarij exercitijs aſſidua, vnde, & crebis Virginis Deiparæ apparitionibus, fuit recreata. Miechov. in Chronic. Polon. & Abraham Bzovius tom. 14. Annal. col. 1272.

Anno 1365. B. Henrico Suſoni Sueuo in infirmitate laboranti, Beata Virgo Maria ſuis ſacratiſſimis manibus fercula vſque ad os ſubminiſtrat, in ſignum Roſarianæ exhibitæ ſibi ſeruitutis. Laurentius Surius, Luſitanus in Chronico Ordinis Prædic. Et Plod. de viror. illuſtr. lib. 1. col. 234.

Anno 1367. B. Sibillina Papienſis, in recitatione Orationis Dominicæ atque Angelicæ Salutationis, quibus Roſarium conflatur, crebris reuelationibus à Deipara conſolata. Plod. de viror. illuſtr. lib. 3. & Abraham Bzovius tom. 14. Annal. 1340.

Anno 1380. Beata Virgo Maria multis aſſociata Sanctis Spiritibus, domum B. Catharinæ Senenſis ingreditur, dum in exercitijs, atque Roſarij meditationibus occupatur, quin & eius Sacratiſſimis manibus cum Seraphica Catharina Senenſi paces componit, at-

que

que multiplicat. Abraham Bzovius tom. 15. Annal. pag. 59.

Anno 1393. Eadem Virgo Maria Venerabili Sorori Mariæ Speſalaſtæ de Piſis viſibiliter apparens, ipſam de Angelica Salutatione in Roſario frequentanda monet, nec non de ciuinis rebus eruditam reddit. Plod. de viror. illuſtr. & Abraham Bzovius, tom. 13. Annal. cap. 159.

Anno 1397. Beata Virgo Maria B. Marcolinum de Foroliuij ſibi famulantem, ſpeciali gratia alloquitur, de diviniſque inſtruit. Plod. de viror. illuſtr. lib. 1. & Abraham Bzovius tom. 15. Annal. pag. 174.

Anno 1398. B. Nicolaus Rauenatenſis in Myſterijs Sanctiſſimi Roſarij meditandis, adeo occupatus, vt quandoque in extenſim rapi videretur; vnde, & ad Deipara Virgine hanc vocem, *Hic eſt filius meus dilectus*, pro gratia ſingulari audire meruit. Plod. de vir. Illuſt. lib. 1. & Abraham Bzovius tom. 15. Annal. pag. 183.

Anno 1399. Beata Virgo Maria apud Indos, cellam B. Claræ Sororis Ord. Prædic. ingreditur dum in Roſarij meditatione occupatur ſplendidiſſima veſte, vna cum filio eius amabiliſſimo illam veſtit, atque per Angelos pluries eidem cibum ſubminiſtrat. Plod. de viror. illuſtr. lib. 3. col. 507.

Quare viſio à Fratribus Ordinis Prædicatorum ex Roſarij promotione in Ordine Prædicatorio, tam crebris Virginis Deiparæ ſingularibus apparitionibus, tãtã inde extitit corũ erga Virginem ſub nuncupatione Roſarij deuotio, atque reverentia, tantum eius amandæ, & colendæ ſtudium, tan ſedulæ, & ferventes ad eam præces, tan ingens amor, tanta patrocinij eius fiducia, tam avida, & inſatiabilis eius contemplatio, vt humano ſermone nequeat explicari, inquit P. Franciſcus de la Cruz Soc. Ieſu in Hortulo Mariano pag. mihi 160. quibus nil addendum duximus, cum tam celebris Doctor ſatis, ſuperque de maternis Deiparæ viſceribus in Fratres Prædicatores ex Roſarij deuotione diſſeruerit pro hoc ſæculo.

### *Summi Pontifices erga Roſarij Confraternitatem inclinati.*

INter Romanos Pontifices huius ſæculi erga deuotionem Roſarij deditos ex affectu tempore, nec non pietate, primus Ioanni XXII. Summo Pontifici debetur locus, ipſe namque prealijs huius ſæculi, Roſarij Confraternitatem ſpiritualibus theſautis locupletavit B. Alanus p. 1. cap. 13. pag. 23. & Marraccius in Biblioteca Marian. p. 1. pag. 771.



Clemens Papa VI. prædeceſſorum ſuorum ſequens veſtigia, ſub vexillo Roſarij Sacram militiam, aliàs aduerſus hæreticos Albigenſes triumphantem, ſuo tempore contra Turcas prædicari curauit. Abraham Bzovius tom. 14. Annal. col. 971.

Innocentius Papa VI. Innocentij III. Factus imitator, è Sacro Prædicatorum Ordine Quæſtores fidei, ſub Roſarij auſpicijs adverſus hoſtes fidei, præſertim in Oriente, piæque Militiæ Crucis Signatorum expeditionem facit. Abraham Bzovius tom. 14. Annal. col. 2274.

Vrbanus Papa V. Angelicæ Salutationis, nec non Orationis Dominicæ, quibus Virginis Pſalterium coaleſcit, myſteriorumquè noſtræ ſalutis contemplator aſſiduus; ſatis eius eximiæ pietatis in Virginem Roſarij nobis reliquit inditia. Abraham Bzovius tom. 14. Annal. col. 1297.

Vrbanus item huius nominis Papa VI. in myſteriorum Roſarij meditatione aſſiduus, ſolemni ritu Feſtum Viſitationis Deiparæ in Eccleſia Romana celebrari primo inſtituit. Abraham Bzouius tom. 15. Annal. pag. 132.

Bonifacius Papa IX. Vrbani prædeceſſoris in devotione Roſarij ſequens veſtigia, ſolemne Viſitationis feſtum vnũ ex præcipuis Roſarij myſterijs quod eius prædeceſſor inſtituerat, elegantiſſima Bulla, eius pietatis in Myſteria Roſarij expreſſiva, æternæ memoriæ, confirmatione ſolemni mandauit. Abraham Bzouius tom. 15. Annal. pag. 136.

Hæc pro hoc ſæculo ex Summorum Pontificum vniverſali applauſu, qui maiora, è Sede Diui Petri deſiderat, Roſarij, eiuſque Confraternitatis eulogia ad lecturam Annalium Eccleſiaſticorum degeſtis Romanorum Pontificum ſe conferat, vbi notatu digniſsima inueniet.

### *Regiæ Maieſtates, alijque Orbis Chriſtiani Principes. In Virginem Roſarij inclinati.*

CElebertimas Virginis Roſarij laudes, & Regiæ Maieſtates ore vno celebraſſe, abſque dubio eſt; inter eos tamen primus debetur locus pro hoc ſæculo Angliæ Regi, in qua inſula plurimum à Roſario condito floruit Pſalterij Virginis deuotio. Sit ergo primus.

Eduardus II. Angliæ Rex, qui ſingulari pietate à Diui Dominici memoria Virginem, eiuſque Roſarium, per totam An-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Angliam euulgatum ſummopere coluit. Vnde inter cætera eius Religionis, exercitia, ſingulis hebdomadibus Virginis Pſalterium recitabat. Ex B. Alano p. 4. pag. 215. Abraham Bzouio tom. 14. Annal. & Marraccio de Regibus Marianis pag. 59.

Ioannes II. Caſtellæ, Legioneſque Rex, ob ſummam in Virginem Roſarij fiduciam, cum internecione decem millium Mauritanorum, inſignem victoriam de hoſtibus mirabiliter ſibi comparauit. Theatrũ vitæ humanæ lit. R. fol. 231. & Abraham Bzouius tom. 16. Annali pag. 24.

Ferdinandus I. Luſitaniæ Rex; meditationi Myſteriorũ Roſarij adeo deditus; vt ex Regio Hærario magnificentiſſimum Templum ſub nuncupatione S. Mariæ à Nazareth potiſsimo Roſarij Myſterio dedicauit. Vaſconcellus in deſcriptione Regni Luſitaniæ, & Marraccius de Regibus Marianis pag. 86.

Ludouicus Hungariæ Rex, qui ex frequenti repetitione Angelicæ Salutationis tantam concepit de Sanctiſsimo Mariæ nomine fiduciam; vnde & ſub il ius inuocatione, Virgin. Roſarij ope implorata, de Amurate Turcarum Imperatore glorioſè triumphaſſe fertur. Laurentius Chriſolog. in mundo Mariano p. 1. diſcurſ. 18. n. 33. & Marraccius de Regib. Marianis pag. 183.

Iacobus II. Aragoniæ Rex, à Diuo Raymundo in Roſarij Virginis exercitijs educatus, eius pietatis in Virginem Roſarij, argumentum dedit. Marraccius de Regibus Marianis pag. 130.

Carolus VI. Galliarum Rex Sancti Ludouici Regis in Roſarij obſequio erga Deiparam imitator ſingularis, cui Virgo Deipara celebrem impertiri voluit victoriam. Coluenerius in Kalend. Mariano die 27. Nouembris, & Marraccius de Regib. Marianis pag. 38.

Eduardus III. Angliæ Rex, Eduardi II. in frequenti Salutationis Angelicæ repetitione, ex qua Virginis Roſarium conflatur, non diſsimilis, ſub Roſarij nuncupatione, ac deuotione per totam Angliam fideliſsimum Virginis ſeruum ſe oſtendit. Chriſoſtom. Henriquez in Phenicæ Rediuiuo, lib. 1. Colvenerius in Kalend. Mariano, & B. Alanus p. 4.

Ex quibus ſic enumeratis, ſatis liquet, quam benè Roſarij Regina de Regis Regum throno aſſeueranter dicat: *Per me Reges regnant, & Principes imperant*. Prov. cap. 8.





*Ex Ordine Prædicatorum ſelectiores in Roſar. j deuotione.*

B. Agnes de Monte Politiano inter Sacri Ordinis Prædicatorum Alumnos pro hoc ſæculo verè anteſignana, dum per Roſarium è Collo pueli Ieſu à Virgine Deipara in vlnas ſibi oblati, paruulam Crucem, furtim ſibi retinere meruit. Ex Bulla eius Beatificationis, Breuiario Ordinis Prædic. Plod. de viror. illuſtr. lib. 3. col. 415. & Abraham Bzouius tom. 14. Annal. pag. 19.

B. Simeon de Santo Archãgelo, qui non tantum ore; verum, & mente aſsiduè Virgin. Pſalterium, ſumma cum animi hilaritate recitare in dies conſueverat. Plod. lib. 1. col. 158.

B. Iacobus de Meuania, inter Roſarij exercitia, tam Ieſu, quam Mariæ ſemper Virginis, viſiones, atque apparitiones habebat frequentes. Bzouius tom. 14. Annal. col. 30.

B. Ioannes Baptiſta Tholomeus de Senis, in Myſteriorum Roſarij meditatione, vt plurimũ diuinitus fuit recreatus. Plod. de viror. illuſt. lib. 1 col. 131.

B. Mauritius ab Hungaria in Roſarij meditatione, atque lectione indeffeſus. Abraham Bzouius tom. 14. Annal. col. 772.

B. Dalmatius Moneros Aragonenſis, apud Chriſticulos in recitatione Roſarij ſummi exempli. Plod. de viror. Illuſt. lib. 1. col. 12.

B. Thaclaueret Indus, qui in meditatione ſummi Myſterij Incarnationis diuinæ raptus, à Virgine Roſarij ſcientiarum omnium infuſione, mirabiliter fuit repletus. Plod. de viror. Illuſtr. lib. 1. col. 339.

B. Henricus Suſo in Myſteriorum Sanctiſſimi Roſarij meditatione, alijs ad exemplũ. Laurentius Surius, & Luſitanus in Chronica Ordinis Prædicatorum.

B. Marcolinus de Forlivio in repetitione Angelicæ Salutationis totus incumbens, vnde Roſarium Virginis conflari ſolet. Abraham Bzovius tom. 15. Annal. pag. 174.

B. Nicolaus Rauennatenſis, qui ex frequenti Myſteriorum Roſarij contemplatione; ad tantam peruenit morum perfectionem, vt ne dum ad ſtatum veluti Angelicum, verùm ad Virginis Deiparæ filiationem, extrinſeca denominatione ſublimari meruerit. Bzouius tom. 15. pag. 183.

B. Angelus de Peruſio, inter Roſarij exercitia occupatus qui & à frequenti ſalutationis Angelicæ repetione, P. An-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Angelus à Ieſu Maria nuncupabatur. Plod. de viror. Illuſtr. lib.1.col.139.

B. Guido Regiolanus recitationi Roſarij Virginis intentus, qui & in Choro Fratrum, Virginem Deiparam ſplendidiſsima luce circundatam, viſibiliter conſpicere meruit. Plod. lib.1.viror.illuſtr.col.141.

Ven.P.Fr.Franciſcus Retza Viennenſis in Laudib. Virginis Deiparæ per Roſarium decantandis, vt plurimum occupatus. Abraham Bzovius t. 15. Annal.pag.278.

B.Bonus Conuerſus in Roſarij recitatione indefeſſus, qui, & crebras apparitiones cæleſtes habere meruit. Plod. de viror. illuſtr.lib.1.col.137.

B. Soror Maria Speſalaſta de Piſis, ſæpè ſæpius à Deipara Virgine circa meditationes Roſarij, diuinitus inſtructa. Abraham Bzovius tom. 15. Annal.pag.159.& Plod.lib.3.

B.Soror Sibilina Papienſis, cuius familiaria exercitia erant Oratio Dominica, Angelicaque ſalutatio, ſæpè ſæpius in Roſario repetitæ. Abraham Bzouius tom. 14. Annal. col. 1340. & Plod.lib.3.

B.Sor.Euphemia Domicilla Leſſi Ratisboriæ Ducis Filia, Myſteriorum Roſarij celeberrima contemplatrix. Miechov. in Chronic.Polon.& Abraham Bzovius tom. 14. Annal. col. 1272.

Santa Catharina Senenſis erga Angelicam Salutationem tantæ pietate pollens; vnde in tenera adhuc ætate ab Angelis ſublimari meruit. Angelus Florillus in Chronologia Roſarian. Plod. Abraham Bzovius tom.15. Annal.pag 45.

B. Raymundus de Capua, Seraphicæ Sanctæ Catharinæ Senenſis Confeſſarius, in Roſarij exercitijs aſſiduus. Idem Florillus in Chronologica Mariana pag.559.

Quibus addendi eſſent ex eadem Prædicatoria familia B. Bartholomæus Paruus. B. Albertus de Alemania. B. Iacobus Salomonius Venetus. B. Albertus de Brixia. B. Iacobus de Mantua. B. Venturinus de Bergomo. B Ioanna de Orvieto. B. Margarita de Ciuitate Caſtelli, & B. Maria de Venetijs. Omnes enim ſicuti Diui Dominici Filij ſub Roſarij nuncupatione plantati, ita, & Fidei teſtimonio in Virginis famulatu, eorundem geſtis examinati, ſtabiles, ac firmi inuenti ſunt. Vnde, & benè de Prædicatorum Ordine concludebat Virgo Maria Diuum alloquens Dominicum. Pſalm. 132. *Super ipſum autem*, nimirum per Roſarium *efflorebit ſanctificatio mea*, ſcilicet *Diadema meum*. Etenim de Ordine Prædicatorum tot Virginis Deiparæ ſunt gemmæ, quot Re-



ligioſorum capita, quibus Dei Matrem talis Prædicatoria familia coronat. Ex P. M. Grauina in libello Vox Turturis p. 2. cap. 5. circa finem. Hæc ex Prædicatorum Ordine. Verum non ſolum ex Dominicanis, ſed etiam ab exteris Roſarij deuotio ſummoperè commendatur. *Vnde ſit.*

### *Sacratiſsimi Roſarij deuoti exteri.*

SAluberrimum hunc orandi modum per Roſarium, Benedictinorum Ordo ſemper coluit, ita communiter tradunt Hiſtoriæ. Verum Monachorum Ciſtercienſium Societas, pro ſummo duxit honore, Dei genitricem huiuſcemodi laudibus diurnis, nocturniſque celebrare, cuius Ordinis teſtimonia præſeferunt P. Ioannes Villarienſis, & P. Conradus Raſtoris, qui ſuæ Religionis nomine, Monaſticæque obſervantiæ titulo, in Virginem Deiparam, opuſcula pietate vndequaque ſpirantia de Roſarij excellentij ſcripſere. Ex Monologio Ciſtercienſium, ex Marraccio in Bibliotheca Mariana p.1.pag.293. & pag. 803.

Ordo Benedictinorum Caſinenſium in Roſarij exercitijs omnibus Chriſti fidelibus, in Virginis obſequium ad exemplum. Vnde ad Sancti Ottonis totius Sclauoniæ Apoſtoli Ordinis Sancti Benedicti imitationem tota illa Selauoniæ Prouincia Virginis Pſalterium pro ſummo ſuſcepit honore. Ex B.Alano p.1.cap.8.pag.16

Carthuſianorum Monachorum Ordo; ſicuti hilari vultu Virginis Pſalterium ad recitandum ſuſcepit, ita omnibus eſſe per vtile, verbo, atque exemplo demonſtrauit, eiuſque nomine P. Henricus Kalkarienſis Germanus Ordinis Carthuſiani, opus inſigne, de Roſario Virginis perſolvendo, compoſuit. Petreius in Bibliotheca Carthuſiana, & P. Petrus Caniſius in Martyrolog.

Ordo Minorum S. Franciſci. In recitatione Roſarij adeò fervens, vt illud nunquam, niſi ſequentibus ſignis ſingularis eius affectionis, erga Deiparã recitarit. Vnde, & B. Virg. Mariam in dicto Ordine ab Angelis Roſacea corona ornari; totquè ſpecioſiſſimas Roſas, quot Angelicæ Salutationes ex ore deuoti Nouitij, dum Virginis Roſarium perſolvit, exijſſe proditur. Chronic. Ordin. Minor. p 3.lib.1. cap. 36. & P. Franciſc. de la Cruz, in Hortulo Mariano Arcola 4. cap.1.pag.172.

Sanctimonialium Ordinis Benedictinorum veneratione erga Virginem Roſarij, talem ex-

extitiſſe, atque mirandam, vt Beata Geltruda, Virgo Angelicas Salutationes in Roſario pronunciatas in tot aureos denarios de theſauro cordis ſui Deiparæ oblatos, ſic contemplata. Lib. 4. Reuelat. cap. 55. & P. Franc. de la Cruz in Hortulo Marian. Areola 4. cap. 1. pag. 176.

Conſimilem viſionem B. Mithildam Ordinis Sancti Benedicti inter Roſarij exercitia habuiſſe fertur. Virginem namquæ Deiparam Salutationem Angelicam aureis litteris contextam in pectore geſtaſſe coram B. Methilda pro certò proditur. P. Franc. de la Cruz. Areola 4. pag. 163.

Quinimo celeberrimum quoddam Monaſterium Sanctimonialium non ſine magno zelantiſſimi Abbatis gaudio, ex ſolius Roſarij exercitijs mirabiliter reformatur. B. Alanus p. 5. cap. 32. P. Bonifacius lib. 4. cap. 9. Hiſtor. Virgin. & P. Franc. de la Cruz in Hortulo Mariano. Areola 3. pag. 187.

Alia pro laudibus huius ſæculi leguntur, apud Cæſareum lib. 7. c. 50. P. Michaelem ab Inſulis, & P. Ioannem de Monte in Mariali, quæ tamen Lectoris, diuotique Confratris ſtudio relinquimus, ſufficietque vobis pro Roſarij laudibus huius ſæculi, lumen ſaltem ſubminiſtraſſe. Sic namque, & Roſarij Confratres Virginem Deiparam alloqui poſſunt, atque merito ſibi vſurpare illud.

*In lumen tuo videbimus lumen. Pſal. 35.*

***

ME-



# MEMORABILIA

## TERTIJ SÆCULI

## VIDELICET.

## Ab anno 1412. vſque ad annum 1512.

## VICTORIÆ

# OPE ROSARIJ

## CONSEQVVTÆ.

INter Roſarij memorabilia huius ſæculi, non immerito enumeranda venit celebris illa Victoria, circa hunc annum 1412. ab Inuictiſſimo Ladislauo Poloniæ Rege ope Virginis Roſarij conſequuta. Adverſus namque Marianos Crocigeros ſtrenuè dimiccando, de interfectis inimicorum, copijs vſque ad quinquaginta millia enumerauit. Abraham Bzouius tom. 15. Annal. pag. 332.

Anno 1414. Ferdinandus I. Aragoniæ Rex Sacratiſſimi Roſarij per totam Hiſpaniam euulgati deuotiſſimus, hic pro gratiarum actione celeberrimæ cuiuſdam victoriæ adverſus Mauretanos ope Virginis conſequutæ, Ordinem Liliatorum Equitum, Roſarij ſodalitatis corelatiuum inſtituit. Gononus in Chronic. B. Virginis. Laurentius Valla de Ferdinando Aragoniæ Rege lib. 1. ex Abraham Bzouio tom. 15 Annal. pag. 377.

Anno 1419. Henricus V. Angliæ Rex. In Aſſumptionis Deiparæ conſuetis Eccleſiæ ſolemnijs, vnum ex præcipuis Roſarij Myſterijs, ter mirabiliter de hoſtibus triumphauit vnde, & Virginem Dei Matrem ſub nuncupatione Roſarij ardentius colore cœpit. Thomas Valdenſ. Coluin. in Kalend. Mariano 30. Auguſti, & Abraham Bzouius tom. 15. Annal. pag. 594.

Anno 1431. Ioannes Caſtellæ, ac Legiones Rex, in San-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Sanctiſſimi Roſarij deuotione alijs ad exemplar; hic ad Sanctiſſimi nominis Mariæ invocationem, de inimicorum copijs vſque ad interneccionem decem millium glorioſiſſimam victoriam reportauit. Abraham Bzouius tom. 16. Annal. pag. 24. ex Mariana lib. 20. cap. 7.

Anno 1443. Wladislaus Potentiſſimus Poloniæ Rex, Myſteriorum Roſarij Meditationi deditus, in Pruſſia apud Grunevaldum Pagum, pugnam viriliter cum hoſtibus aggreditur, de quibus celebrem victoriam Virginis ope conſequitur. Simon Staroloſcus in Diua Claramontana. Iuſtin. Miechov. in Litan. Lauretan. tom. 2. diſcurſ. 370. num. 22. & diſcurſ. 374. n. 55. & Bzouius tom. 16. Annal. pag. 755.

Anno 1453. Carolus VII. Galliarum Rex, ob ſingularem eius deuotionem in Deiparam Roſarij, pluries de hoſtibus Maria duce triumphauit; vnde, & ob eius in Sanctiſſimum Mariæ nomen incomparabilē deuotionem, quod in Roſarij exercitijs ſæpè ſæpius repetitur, totius exercitus Labarum inſigniri voluit. Balingen. in Kalend. Marian. 3. Iulij; Lyreus in Triſagio Mariano, lib. 2. & Gononus in Chronico Sanctiſſimæ Deiparæ ad annū 1445.

Anno 1471. Alphonſus V. Luſitaniæ Rex. Dum in Arzillam in Africa oppugnare meditaretur, non valens hoſtium reſiſtere multitudini, Virgine implorata, copijs ſigno dato, pugnam aggreditur, Arzillam Caſtrum occupat, atque inſigni victoria de Mauretanis mirabiliter triumphat quare & prò tanta victoria Roſarij Reginæ propè Æboram elegantiſſimum equum, Regemquè inſidentem ex argento puriſſimo conflatum, vt votum exſolveret dedicauit. Vaſconcellus de Regib. Luſit. in Alphonſo V. Abraham Bzovius tom. 18. Annal. pag. 5. & Marraccius de Regib. Marian. pag. 27.

Anno 1480. Ludouicus XI Galliarum Rex in Pſalterio Virginis Sancti Ludouici Regis imitator, ob ſingularem eius deuotionem Comitatum Bononienſem, quem ope Matris Dei Regno vniuit, gratitudinis gratia, eidem Virgini dicauit. Laurent. Chryſogonus in mundo Marian. p. 1. diſcurſ. 1. num. 70. Benedictus Gononus, in Chronic. Virginis ad annum 1483. & Balingen. in Kalendar. Mariano 30. Augusti.

Anno 1483. Ferdinandus V. Caſtellæ, & Legionis Rex vna cum Sereniſſima coniuge Iſabella, in grauiſſimis bellorum incommodis occupatus, Cælorum, Roſarijque, Impe-

ra-



tatrici, voto emiſſo glorioſam de hoſtium copijs victoriam reportauit. Iuſtin. Miechov. in Litan. Lauretan. diſcurſ. 374. num. 45. Marineus lib. 19. & Abraham Bzovius tom. 18. Annal. pag. 242.

Anno 1563. Sigiſmundus I. Poloniæ Rex. Glorioſiſſimæ Virginis Roſarij deuotiſſimus; apud Orſan viriliter pugnam cum hoſtibus aggreditur, Virgineque implorata, ſtatim illi præſtò fuit. Etenim cum hoſtium internecione, vſque ad quadraginta millia, decemque milibus alijs captivis de Moſcovitis, ad victoriæ coronidem Virginis Deiparæ ope enumerauit. Iuſtinu. Miechov. in Litan. Lauret. diſcurſ. 374. num. 57. Ioannes Herburt. in Hiſtor. Polon. lib. 29. ex Marraccio de Regibus Marianis, pag. 286.

Pro Roſarij Laudibus celebrandi, nonnullæ aliæ ſuppereſſent Roſarianæ victoriæ recenſendæ, quas tamen Confratrum curioſitate remittimus, pro nunc ſufficiat hucuſque relatas pro hoc ſæculo decerpſiſſe. De virginis namque Sāctiſſimo nomine eam aloquentes, Duces, Regeſque Chriſtiani Orbis Confratres dicere poſſunt. *In nomine tuo ſpernemus omnes inſurgentes in nobis Pſ lm. 43.*

* * *

## *Viſcera Materna Deiparæ ex Roſario in Fratres Prædicatores.*

SI vnquam Deipara in ſuos filios Fratres Prædicatores eius viſcera materna oſtendit; potiſſimè in hoc ſæculo 1400. præſtitit, in quo Roſarij deuotio mædijs Prædicationibus Fratrum Sancti Dominici, adeo creuit in Orbe Terrarum, vt nullus aſſigniabilis ſit locus, ad quem non æxierit ſonus prædicationum eorum. Vnde Ordo iſte Dominicanus per Roſarium Deo Virginique Matri non parum populum acquiſivit, hinc eſt, quod de

Anno 1414. B. Virgo Deipara ſpeciali gratia cellam B. Fr. Petri Blanes Galli ingreditur, vt eum in Sanctiſſimi Roſarij exercitijs, non modum recrearet. Diaz. Luſitan. in Chronic. Ordinis. Plod. de viror. illuſtr. lib. 1. col. 15.

Anno 1419. B. Virgo Maria ſpecialibus fauoribus B. Ioannem Dominicum Florentinum proſequitur vnde magis, ac magis in Myſteriorum Sanctiſſimi Roſarij meditatione accenditur. Leander Alberti lib. 5. & Plod. de viror. illuſt. lib. 1. col. 127.

Anno 1429. B. Virgo Maria, duas inter Virgines conſi-

lia tan-

tantes cellam B. Corradini de Brixia in Roſario ſibi famulantis ingreditur, Sacro vnguine ſuis Sacratiſſimis manibus pervngit; vnde nullum poſtea preſentit carnis in ſe ſtimulū, Leander Alberti, lib. 5. Abraham Bzouius tom. 15. Annal. pag. 736.

Anno 1430. Deigenitrix Virgo ſervitutem B. Thome de Antonijs Senenſis, ſibi in Roſario deſeruientis, adeo magni fecit; vt cum viſibiliter viſitaret, ſemperque ipſum conſolata fuerit. Plodius de viror. illuſtr. lib. 1. col. 132.

Anno 1433. B. Lyduinam Virginem in Comitatu Hollādiæ Virgo Deipara benigniſſimè viſſitat, ipſique ſe familiarem præbet, dum in recitatione Angelicæ Salutationis occupatur. Abraham Bzovius tom. 16. Annali pag. 294. & pag. 300.

Anno 1459. Beata Virgo Maria præſentia ſua B. Antonium Vercellenſem in myſteriorum Roſarij contemplatione occupatum recreat; vnde à focijs quandoque ſplendidiſſima facie conſpicitur, atque diverſis chariſmatum donis cælitus illuſtratur. Leander Alberti viror. illuſt. lib. 5. & Plodius lib. 1. col. 198.

Anno 1460. Beata Virgo Maria ad Roſarium eius in Orbe Chriſtiano iterum reſtaurandum, præ cæteris. Religioſos fratres ſibi elegit Prædicatores. Abraham Bzouius tom. 18. Annal pag. 82. Breviarium Ordinis Prædicatorū, & Plod. lib. 1. col. 109.

Anno 1460. Beata Virgo Maria, B. Fr. Alanum in ſummo rerum diſcrimine, tùm animæ, tum corporis, Lacte Virgineo ſuis ipſa manibus plagas medetur, lactat, atque in ſponſum ſibi dilectum eligit. Abraham Bzouius tom. 18. Annali pag. 84. & Plod. de vir. illuſtr. lib. 1. col.

Anno 1460. Beata Virgo Maria ad propagandum eius Roſarium inter cæteros, & Priorem Colonienſem delegit, atque de modo promouendi eius Pſalterium diuinitus inſtruit. Breviarium Prædicatorum, & Abraham Bzovius tom. 18. Annal. pag. 85.

Anno 1465. Dum Beata Margarita Sereniſſimi Ducis Sabbaudiæ Filia Ordinis Prædicator. in myſteriorum Roſarij meditatione occupatur, à Virgine Deipara glorioſa apparitione conſolatur, atque recreatur. Abraham Bzovius tom. 17. Annal. pag. 544. & Plod. de viror. illuſtr. lib. 3. col. 476.

Anno 1472. Beata Virgo Maria in extremo vitæ diſcrimine B. Petro Caraldo in Roſarij exercitijs aſſiduo viſibiliter apparens, illi præſto fuit; vnde & caput ipſius ſuis Sacratiſſimis manibus amplexata eſt, donec periculum euaderet. Franciſc. Diaz Luſit. in Chronico Ordinis, & Plod. de viror. illuſt. lib. 1. col. 33.



Anno 1476. B. Ioannes Auguſtinus Cathalanus Santiſſimi Roſarij per totam Hiſpaniam zelantiſſimus promulgator, hic crebris Virginis Deiparæ apparitionibus honoratur; cui eadem Dei Genitrix Virgo, in mortis articulo intereſſe voluit. Plod. de viror. Illuſtr. lib. 1. col. 17. & Franc. Diaz Hiſtor. Aragoniæ.

Anno 1490. Beata Virgo Maria deuotiſſimam ſibi Beatam Ioannam Luſitaniæ Regis Filiam Ordin. Prædicatorum in Roſarij exercitijs occupatam, ſæpè ſæpius Diuinis, è cælo reficiebat ſolatijs. Abraham Bzovius tom. 18. pag. 117

Anno 1493. B. Virgo Maria conſimilibus apparitionibus B. Sor Benuenutam ab Auſtria in Myſteriorum Roſarij meditatione detentam, & plurimum diuinitus conſolare, atque viſitare conſueuerat. Fernandez, Caſtillus, & Plodius de viror. Illuſtr. lib. 3. col. 492.

Hinc quantum Deiparæ Virgini accepta ſit Sanctiſſimi Roſarij per Fratres Prædicatores in toto orbe promulgatio, dum ſic frequenti apparitione, fouet, ac patrocinatur filios ſuos Fratres v3. Prædicatores. De quibus dicebat: *Et in plenitudine Sanctorum detentio mea.* Eccleſ. cap. 24.

### *Romani Pontifices erga Roſarij Confraternitatem inclinati.*

ROmanorum Pontificum extollendi Sanctiſsimi Roſarij Confraternitatem, vna fuit vnanimis omnium mens, atque firma ſententia, vti experientia docet. Verum inter cæteros huius ſæculi, meritò venit enumerandus.

Martinus Papa V. in Myſteriorum Roſarij meditatione aſsiduus, qui & Sacellum Sanctæ Mariæ Lauretanæ, vbi primò Angelica ſalutatio pronūciata fuit ab Arcangelo, myſterium Roſarij potiſsimum celebratum fuit, elegantiſsima Bulla extulit. Turcellinus in Hiſtoria Lauretana, lib. 1. c. 22. & Marraccius pag. 992. & de Pontificibus Marianis cap. 70.

Nicolaus Papa V. hic prædeceſſoris eius Martini V. non ſolum in myſteriorum Roſarij meditatione, verum etiam in veneratione Domus Lauretanæ, Sacellum illud in teſtimonium ſingularis eius pietatis elegantiſsimo ſtylo exaltavit, atque commendauit. Pl



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Turcellinus Hiſtor. Lauretan. lib. 1. c. 24. ex Marraccio p. 2. Bibliothecæ Marian. p. 176

Calixtus Papa III. Angelicæ Salutationis, Deiparæque Virginis deuotiſsimus, qui & Angelicam Domum S. Mariæ de Columna Ciuitatis Cæſar Auguſtanæ, vbi Roſarium recitari conſueuerat pro frequẽtiori populi deuotione ſpecioſiſsima Bulla commendauit. Ex Marraccio de Pontificib. Marianis cap. 77. & in Biblioth. Mariana pag. 258. p. 1.

Pius Papa II. Summæ erga Virginem Roſarij Obſervantiæ, atque pietatis, hic de mirabilibus in partibus Toloſanis aduerſus Albigenſes per Cruce ſignatos ope Roſarij patratis certioratus, in grauiſsimis Eccleſiæ incommodis ad mõtem Mariæ eleuans cum Propheta occulos, aduerſus Turchas præfatæ militiæ ſub Roſarij auſpicijs expeditionem fecit. Marraccius in Bibliotheca Mariana p. 2. pag. 302. & Abraham Bzouius tom. 17. pag. 231.

Sixtus Papa IV. ex Minorum Ordine aſſumptus, eximiæ pietatis erga Virginem Roſarij, qui ſupplicationibus Sereniſsimi Ducis Brittaniæ, eiuſque Duciſſæ; nec non Ciuium Colonienſium, ſpecioſiſſimis Bullis, Confraternitatem Roſarij confirmauit, Confratreſque eius ſpecialibus fauoribus ditauit. Petrus Louuet. in Theſauro Roſarij, & Abraham Bzouius, tom. 18. pag. 148. & 175.

Innocentius Papa VIII. Summæ Religionis, atque pietatis erga Dei matrem, vnde, & ſingularibus fauoribus Roſarij Confraternitatem, eiuſque pios Confratres de Theſauris Eccleſiæ Indulgentijs, benignè locupletauit. Leo X. in Bulla *Paſtoris Æterni*, & Sixtus V. in Bulla *Dum ineffabilia*.

Cærtum non ſolum Romani Pontifices erga hanc Sanctiſsimi Roſarij eorum ſingularis pietatis indicia dedere. Verum, & Eminentiſsimi S. R. E. Cardinales, alijque Prælati, qui hoc ſæculo, vel Indulgentias, vel eorum nomina Confraternitati dederunt, ſint ergo.

### *Eminentiſsimi DD. Cardinales, alijque Eccleſiæ Primates Sanctiſsimi Roſarij deuotiſsimi.*

GVillelmus Cardinalis Oſtienſis, hic ſodalitatem Indulgentijs ditauit. Abraham Bzouius tom. 18. Annal. pag. 176.

Rodericus Cardinalis Portuenſis ex ſingulari pietate in Virginem Roſarij, eius Confraternitatem ſpecialibus fauoribus cummulauit. Ex Abraham





ham Bzovius tom. 18. Annal. pag. 176.

Angelus Cardinalis Præneſtinus ſummæ deuotionis erga Dei parentem ſub nuncupatione Roſarij, huiuſque pietatem ſingularem eius geſtant declarant. Bzovius tom. 18. pag. 176.

Oliuerius Cardinalis Albanenſis, Virgini Roſarij deditiſſimus. Abraham Bzouius tom. 18. pag. 176.

Jacobus Cardinalis Tuſculanus, cuius pietatem in Dei genitricem, ex liberali in Confratriam Roſarij elargitione Indulgentiarum, coligimus ſingularem. Bzovius ibi.

Marcus Cardinalis Tituli Sancti Marci, non minoris pietatis in Virginem Roſarij, ac liberalitatis in conceſsione indulgentiarum in eius Confraternitatem. Bzovius ibi.

Iulianus Cardinalis Tituli Sancti Petri ad vincula in Cõfratribus Roſarij fauendo, cæteris ad exemplum. Abraham Bzovius ibi.

Hyeronymus Cardinalis Tituli Sanctæ Balbinæ, Virginis Roſarij, eiuſque ſodalitatis partialiſsimus. Abraham Bzovius ibi.

Stehanus Cardinalis Tituli Sanctæ Mariæ trans Tiberim apud Colonienſes Sanctiſsimi Roſarij Virginis, in elargitione indulgentiarum promotor, Abraham ibi.

Ioannes Cardinalis Tituli Sanctæ Praxedis, in Uirginis Roſarij obſequio aſſiduus. Bzovius ibi.

Antonius Iacobus Cardinalis Tituli Sancti Clementis, qui & ipſe Roſarij Confraternitatem, Indulgentijs ditauit. Bzovius ibi.

Ioannes Baptiſta Cardinalis Tituli Sanctæ Cæciliæ, maximæ pietatis erga Virginem Roſarij, qui & ſodalitatem eiuſdem ſpecialibus favoribus proſequutus eſt. Abraham Bzouius tom. 3. pag. 176.

Philibertus Cardinalis Tituli Sanctorum Ioannis, & Pauli, inſtituti Roſarij Pijſſimus promotor. Abraham Bzovius tom. 18. Annal. pag. 176.

Ioannes Michael Cardinalis Tituli Sancti Marcelli Roſarij Virginis, eiuſque Confraternitatis benemeritus. Abraham Bzouius t. 18. pag. 176.

Petrus Cardinalis Tituli Sancti Nicolai ad imagines, Sacratiſſimi Roſarij Virginis zelator. Abraham Bzovius t. 18. Annalium pag. 176.

Diaconi Tituli Sancti Vitalis Presbyter Cardinalis, Roſario Deiparæ, eiuſque Confraternitati deditus. Abraham Bzovius tom. 18. pag. 176.

Franciſcus Sanctæ Mariæ Nouæ, & Theodorus Tituli Sancti Theodori ambo S. R.

E. Diaconi Cardinales, qui æquali propenſione in Virginem Roſarij, eiuſdem Confraternitatem exquiſitis Indulgētiarum theſauris locupletarunt Abraham Bzovius tom. 18. pag. 176.

Ioannes Dominicus Florētinus Cardinalis Archiepiſcopus Raguſinus ex Ordine Prædicat. aſſumptus ſummis licet Eccleſiæ negotijs occupatus, nunquam tamē à Roſarij exercitijs ſe abſtinuit. Leander Alberti lib. 5. Plod. de viror. illuſtr. lib. 1. col. .& Bzovius tom. 15. Annal. pag. 567.

Raymundus Gerardus S.R.E. Cardinalis, per totam Germaniam Legatus à latere, qui ſpecialibus favoribus Confraternitatem, eiuſque Confratres ditauit. Leo X. in Bulla *Paſtoris, &c.* Coppeſtein in lib. 3. cap. 6. & 8. ex Marraccio p. 2. pag. 232. eius Bibliothec. Marianæ.

Sanctus Antoninus Archiepiſcopus Florentinus Ord. Prædicatorum in Oratione, myſteriorumque Roſarij contemplatione aſſiduus. Plod. de vir. illuſtr. lib. 1. pag. 126.

Ferricus Epiſcopus Tornacenſis SS. Roſarij partialiſſimus, cui, & tractatum de Ortu, & progreſſu Roſarij, B. Alanus dedicauit. B. Alan. præfatio.

Alexander Epiſcopus Forlivienſis, SS. Sixti Papæ IV. per totam Germaniam Legatus à latere, qui non ſolum Colonienſium Roſarij Confraternitatem confirmauit, & auxit verum, & in eam ad album ſive album inſcribi voluit. Ex Bulla *non defuit.* Leo X. Bulla *Paſtoris Æterni.* Petrus Louuet, in Theſauro Roſarij, & Marraccius in Bibliotheca Mariana p. 1. pag. 37. quibus ſucceſſive recenſendæ ſunt, &c.

*Regiæ Maieſtates, alijque Orbis Chriſtiani Principes SS. Roſarij dediti.*

QVantum per Orbem floruerit in hoc ſæculo apud Reges, alioſque Principes, Roſarij deuotio per fratres Prædicatores Apoſtolico zelo promulgata, atque exaltata, ex immediatè dicendis apud vnumque de facili apparebit. Etenim primo loco enumerandus eſt.

Federicus III. Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, qui per totam Germaniam Virginis Roſarium eiuſque Confraternitatem per Legatum à latere confirmatam, atque à fratribus Ordinis Prædicatorū euulgatam, exaltari, eiuſque indulgentijs ditari curauit. Ex Bulla *Alexander Forlivienſis Epiſcopi. Et ſi glorioſos.* & alia *Non defuit.* Et Leonis X. *Paſtoris Æterni.* & Bzovio tom. 18. Annal. pag. 117.



Ladiſlaus Poloniæ Rex Potentiſſimus, qui ſpeciale erga Virginem Roſarij pietate, eam ſemper coluit Dei Genetricē; vnde memorabiles victorias obtinuit. Abraham Bzouius tom. 15. Annal. pag. 332.

Ferdinandus I. Aragoniæ Rex Sanctiſſimæ Virginis Roſarij deuotiſsimus. Laurentius Valla lib. 1. de Ferninando Aragoniæ Rege.

Henricus V. Angliæ Rex meditatione myſteriorum Roſarij, vt plurimum deditus. Abraham Bzouius tom. 15. Anal. pag. 594. Et Hiſtoriæ Angelicanæ.

Ioannes Caſtellæ, ac Legionis Rex, erga Virginem Roſarij devotionis ſingularis. Mariana lib. 21. cap. 1.

Alphonſus V. Aragoniæ Rex, tantæ pietatis, nec non Religionis erga Deiparam Roſarij, vt magnificentiſſima Tēpla illi conſtruxerit. Cæſar Eugenius in Neapoli Sacra.

Vvladiſlaus potentiſſimus Poloniæ Rex in recitatione ſalutationis Angelicæ ſolicitus. Miechovienſis in Litan. Lauretan. tom. 2. diſcurſ. 370. n. 22. & diſcur. 374. n. 55.

Ioannes I. Luſitaniæ Rex, erga Deiparam Roſarij, in invocatione Sanctiſsimi nominis Mariæ deditiſsimus. Vaſconcellus de Regib. Luſitanis in tract. Ioannis I.

Carolus VII. Galliarum Rex, Sanctiſsimæ Mariæ nominis, quod centum, & quinquagies in recitatione Roſarij repetitur, ſemper douotiſſimus. Balingen. in Kalend. Mariano 3. Iulij.

Alphonſus V. Luſitaniæ Rex; ſummæ pietatis in Roſarij Deiparam, cuius protectionis non leuiſsima ſenſit indicia. Vaſconcellus de Regibus Luſitaniæ in perſonam Alphonſi V.

Ludovicus XI. Galliarum Rex, qui in teſtimonium eius obſervantiæ Reginæ Roſarij, cor, bonaque ſua, legauit, atque dicauit. Chryſogonus in Mundo Mariano. p. 1. diſcur. 1. n. 70. & Balingen in Kalend. Mariano 30. Auguſti.

Ioannes II. Luſitaniæ Rex, tanta in Virginem Roſarij fulgens pietate, vt nullam maiorem perciperet vnquam internam conſolationem, quam ex frequenti ſanctiſsimi nominis Mariæ, ac Iesv repetitione, quæ in Roſario iteratur. Vaſconcellus de Ioanne II. Luſitaniæ Rege.

Philippus I. Auſtriacu Hiſpaniarum Rex, tanta erga Sanctiſsimam Myſteriorum Roſarij inventricem pietate pollens, vt vltra meditationem Myſteriorum Roſarij, alia con-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

conſimilia de compaſione Virginis Deiparæ ad invenerit meditanda myſteria. Coluinetius in Kalendario Mariano die 26. Octobris. & Auguſtinus Vnichman in Brabantia Mariana lib. 2. ca. 64.

Sigiſmundus I. Poloniæ Rex, qui & à Virgine Roſarij gratias vndequaque ſingulares accepit. Iuſtin. Miechcov in Litan. Laurentan. diſcur. 374. & Ioannes Herburt. Hiſtor. Polon.

Carolus VIII. Galliarum Rex, tantæ obſervantiæ circa Sanctiſsimi nominis Mariæ invocationem, vt ad interpoſitionem Confratrum Sanctiſſimi Roſarij, pœnam civilem contra hoc Sanctiſsimæ Mariæ nomen temere blaſphemâtes promulgarit. Gononus in Chronico Deiparæ ad annum 1487. & Daurot. in Cathec. Hiſtor. cap. 2. tit. 49.

Ferdinandus V. Caſtellæ & Legionis Rex, ſummæ obſervantiæ in Virginem Roſarij; vnde in adverſis maximè, Dei matre implorata, ipſam ſibi promptam habere meruit Miechou. in Litan. Laurentan. diſcur. 374. num. 45. & Ioannes de Cartagena lib. 1. de Arcanis Deiparæ, Hom. 19.

Donna Iſabella Caſtellæ, ac Legionis Regina, Ferdinâdi V. vxor, ſingularis pietatis in Virginem Roſarij. Marraccius de Regibus Marianis pag. 82.

Donna Eleonora Petri IV. Aragoniæ Regis vxor, erga Virginem Deiparam tantæ obſervantiæ, vt Dei matri Regnum, Regem, atque ſucceſſores enixè commendaret. Hiſt. Arag. & Fernandez Caſtillus.

Franciſcus Dux, & Margarita Brittaniæ Duciſſa ex totis viſceribus in Virginis Pſalterium inclinati, qui & Confraternitatis confirmationem à Sixto Papa IV. impetrarunt. Bulla Sixti IV. *Ea, quæ fidelium.* & Leo X. in Bulla *Pa oris Æte ni*, atque Abraham Bzovius tom. 17. p g. 175.

Ernestus Saxoniæ Dux, Romanique Imperij Elector, vir pietatis gloria, aliarumque virtutum præſtantia cel bris, tantæ erga Deiparam Roſarij obſervantiæ, vt litteras circulares de Fraternitate Roſarij ad populos tranſmiſerit. Ioannes Andreas de Coppeſtein. lib. 3. de Fraternitate Roſarij, cap. 9.

Cœterum pro maiori rerũ indagine huius ſæculi, quæ per totam Germaniam ad Roſarij prædicationem circa hunc annum 1478. geſta ſunt, fideliter ex Abrahamo Bzouio Eccleſiaſtico Scriptore referremus. Vnde tenor ſit.

Primi



Primi, qui per Germaniam in album Confraternitatis Roſarij eorum nomina dederunt, fuerunt Alexander Epiſcopus Forlivienſis Legatus Apoſtolicus ad Federicum Imperatorem, & Cletus Baſilicæ Colonienſis, cum Rectoribus vrbis, atque Vniuerſitatis, quo facto nomina dederunt. Ex Bzouio tom. 18. Annal. pag. 148.

Imperator Federicus III. ſemper Auguſtus. Adulphus Archiepiſcopus, & Elector Maguntinus. Ioannes Archiepiſcopus, & Elector Treuerenſis, Guillelmus Archiepiſcopus Auriatenſis, Henricus Epiſcopus Monaſterienſis, Epiſcopus Spirenſis, Vangionum, cæterique plures Eccleſiaſtici dignitatis.

Ex ſæcularibus verò Principibus. D. Sigiſmundus Dux Auſtriæ. Ludouicus Dux Bavariæ. Albertus Dux Bavariæ à Monechen. Federicus Dux Bavariæ à Spauchen, Erneſtus Dux Saxoniæ, Henricus Landgravius Haſſiæ. Chriſtophorus Marchio Baden. Ludouicus Landgrauius Haſsiæ cum filio ſuo Vvillelmo, Sigiſmũdus, Erneſtus, & Rodulphus fratres, & Principes in Anhaalt & Comites Aſcaniæ. Henricus Comes Naſſaù, Dominus in Bylſtehen. Philippus Comes in Virnemberg, Ioannes à-Naſſaù, & quatuor eius heredes Theodoricus, Conradus, Ioannes, & Sigiſmundus Duces Babariæ, Vvillelmus Dux Saxoniæ. Ioannes Dux Bavariæ Præpoſitus Auguſtanus. Vvolfangus Dux Monachij. Maximilianus Arcidux Auſtriæ. Philippus Comes Palatinus Rheni Elector. Albertus Dux Saxoniæ, & Elector, & Albertus Dux, & Elector Brandemburgenſis; præ alios Comites, alioſque titulatos ad numerum xix. Ex Abraham Bzovio tom. 18. Annal. pag. 148

Ex Matronis verò Nobilioribus, quæ Confraternitati Roſarij præfata occaſione nomina dedere fuerunt. Donna Eleonora ſemper Augusta Imperatrix. Maria vxor Maximiliani Ducis Iuliacenſis, atque Montenſis. Sibylla Marchionis Brandemburgenſis vxor. Catharina vxor Vvillelmi Ducis Saxoniæ. Anna Mater Principum Anhaltioorum. Et aliæ quam plures nobiliſſimæ proſapiæ Matronæ Germanæ. Abraham Bzovius tom. 18. Annal. pag. 148.

Ex nobilioribus item Ciuitatibus, qui ſodalitati Roſarij dederunt eorum nomina, fuerunt Auguſtanorum civium triginta duo millia. Acquiſgranenſium terdecim millia. Baſilienſium ſeptem millia, qua-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tuor. Francofordienſium decem millia. Leodienſium quatuor millia, & Brabantinorum triginta millia, vltrà innumerabilem multitudinem aliarum ex diuerſis Ciuitatibus, Oppidis, ac Pagis, qui ad dictam ſodalitatem Roſarij Coloniæ inſtitutam confugerunt. Ex Abraham Bzouio tom. 18. Annal. pag. 148.

Hinc ſciamus Confratres Mariæ dilectiſſimi: *quam bonũ, & quam iucundum* ſit in Roſarij ſodalitate, cum tot Regibus, atque Nobilibus *habitare fratres in vnum*. Pſalm 133.

*Ex Ordine Prædicatorum ad Virginis Roſarium Selecti.*

NOn defuere ex Prædicatoria Familia viri pietate, ac Religione ſingulares, qui hoc ſæculo Roſarij exercitijs toto Spiritu ſe non dederint, inter quos iure merito enumerantur.

S. Vincentius Ferrerius Valentinus, Verbi Dei, Deiparæquè laudum Apoſtolico Spiritu Prædicator vndequaque celebris; cui à Filio, Diuaque Matre Dei, inſignia collata fuere priuilegia. B. Alanus p. 4. cap. 2. pag. 201. Plod. de viror. illuſtr. lib. 1.

S. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus ſummæ erga Virginem Roſarij obſeruantiæ. Plodius de vir. illuſtr. lib. 1. col. 126. & Abraham Bzouius tom. 17. Annal. pag. 297.

B. Antonius de Santo Germano Vercellenſis, ex deuotione ſingulari erga Deiparam, illi familiaris. Leander Alberti lib. 5. & Plod. lib. 1. col. 198.

B. Ioannes Dominicus Florentinus Archiepiſcopus Raguſinus, in Deiparæ laudibus celebrandis aſſiduus, cuius mentionem fecimus in tractatu Eminentiſſimorum DD. Cardinalium. Leander Alberti lib. 5. & Plod. lib 1. col. 127.

B. Corradinus Bononienſis, in Roſarij recitatione adeo frequens, vt neque inter manualia exercitia, à Roſarij recitatione ceſſare valeret. Leander Alberti lib. 5. & Plod. lib. 1. col. 171.

B. Ioannes Auguſtinus Catalanus per Hiſpaniam, & Ven. Fr. Iacobus Sperengerius Prior Colonienſis per totam Germaniam Roſarij Virginis Mariæ verè reſtauratores, atque promulgatores. Abraham Bzouius tom 18. Annal. Luſitan. Plod. & alij.

Ven. Sor. Maria de Reſurrectione. Sanctiſſimi Roſarij deuotiſſima, cuius geſta memoranda refert. Ioannes Epiſcopus Monopolitanus p. 4. lib. 3. Hiſtor. Ordin. Prædicator.

B. Petrus Caraldus. B. Thomas de Senis, B. Petrus Blanes Gallus.





Gallus. Pſalterij Virginis Deiparæ ad miraculum zelatores: vnde apparitiones mirabiles, illis frequentes fuere. Ex Franciſc. Diaz Luſit. Plod. & alijs.

Quibus in Summario, addo & infraſcriptos, nimirum B. Petrum Cerdanum, B. Anſelmum Hiſpanum, B. Damianũ de Finario, B. Ioannem Feſulanum, B. Marcum Mutinenſem, B. Sebaſtianum Brixienſem, B. Petrum de Confluentia. B. Matheum de Mantua, B. Andream da Pilcheria, & B. Ioannam Luſitaniæ Regis Filiam, in exercitijs Roſarij vere profeſſores. Ex Leandro Alberti, Abraham Bzovio, Franc. Diaz, & Plod. Quibus addendi pro complemento immediatè, &

*Sanctiſſimi Roſarij deuoti exteri.*

EX approbatis Religionibus, qui hoc ſæculo Roſarij deuotioni ex profeſſo ſe dederunt. Ordo Carthuſienſiũ primum ſibi promeruit locum Ex Ordine nempè Carthuſianorum nomina dederunt Fraternitati Roſarij. Conuentus Sancti Beati ad Confluentiam. Carthuſia ad Argentinam, & Conuentus Carthuſienſiũ propè Delſtium. Ex Abraham Bzovio tom. 18. Annal. pag. 148. In cuius obſervantiæ teſtimonium, mira de excellentijs Roſarij ſcripſerunt in hoc ſæculo ex Ordine Carthuſienſium, P. Henricus Diſſenius, natione Germanus; & P. Petrus Dorlandus, qui ambo tractatus mirabiles de vtilitate Roſarij nobis reliquerunt. Ex Theodoro Petreio in Bibliotheca Carthuſiana, & Marraccio in Bibliotheca item Mariana p. 1. pag. 554. p. 2. pag. 245.

Ex Ordine S. Benedicti nomina dederunt Fraternitati Roſarij infraſcripta Monaſteria, videlicet, Abbas Monaſterij S. Benedicti propè Baſileam cum toto eius Monaſterio. Abbas Monaſterij Sancti Benedicti Spauchemen centum Monachorum; Monaſterium S. Benedicti in Rothem ad Goringam: Monaſterium Sancti Benedicti in Norda; & Monaſterium S. Benedicti Tetzingæ. Abraham Bzovius tom. 18. Annal. pag. 148.

Ex Ordine Ciſtercienſium, Nomina dederunt Roſarij ſodalitati. Monaſterium Monachorum ad Salisburgum, & Monaſterium ad Goringam. Ex Abraham Bzovio tom. 18. pag. 148.

Ex Ordine Canonicorum Regularium, nomina dederunt Confraternitati Roſarij. Conventus Traiectenſis ad aquas Mariæ. Conuentus Bruxelenſis, Conuentus Ebersbegenſis; Truttenanſenſis, Mortzeuſtrallenſis, & Conuentus Bercklingen.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

gen. Ex Abraham Bzovio to. 18. pag. 148.

Ex Ordine tertiæ Regulæ Sancti Franciſci, Nomina dedere omnes, & ſinguli Fratres Conuentus Sancti Nicolai ad Nouefium, & ex Ordine Minor. conſtantes in Pſalterio Virginis perſolvendo permanſerunt. S. Bernardinus Senenſis, cuius fiducia in Roſacea corona tota poſita erat, & Venerab. Soror Catharina Bononienſis, quæ Myſticum Roſarium de vita Deiparæ meditãda nobis reliquit. Ex Abraham Bzovio tom. 18. Annal. pag. 148. P. Franc. de la Cruz in Hortulo Mariano Areola 4. c. 4. pag. 187. Et Marraccio in Bibliotheca Mariana p. 1. pag. 271.

Diuerſorum verò Ordinum Sanctimonialium per totam Germaniam, quæ hoc ſæculo 1400. nomina dederunt Confraternitati Roſarij, præſertim Benedictinorum, Ciſtercienſium, Dominicanorum, aut Minorum cœnobia fuerunt innumerabilia. Ex eodem Abrahamo Bzovio tom. 18. Annal. pag. 148. Quibus ſic prælibatis, quot, qualeſque fuerint in hoc ſæculo Roſarij progreſſus, cum dicta hucuſque, atque geſta ex probatis Authoribus ſint luce meridiana clariora, ſatis, lateque conſtat. Vnde progredimur ad

***

MEMO-



# MEMORABILIA
## QVARTI SÆCVLI
### VIDELICET.
### Ab anno 1512. vſque ad annum 1612.
## VICTORIÆ
# OPE ROSARIJ
## CONSEQVVTÆ.

ETſi innumeræ eſſent pro hoc ſæculo recenſendæ Sanctiſſimi Roſarij victoriæ; nos tamen pro Confratrum eruditione, celebrioribus duntaxat huius ſæculi, contenti erimus. Et primo de

Anno 1512. Memorabilis nobis occurrit celebris illa victoria Roſarij Virginis, qua Sigiſmundus I. Poloniæ Rex Potentiſſimus, de hoſtibus cæſis ad quadraginta millia, & de captiuis ad decem millia apud Oſran enumerauit; vnde, & pro commemoratione tantæ victoriæ ope Virginis conſequutæ, Leo Papa X. ad ſupplicationem pijſſimi Regis, inter Miſſarum ſolemnia, ad Virginis gloriam, in qualibet Poloniæ Regni Diœceſi per Ordinarios Anniuerſarium celebrari mandauit, vt Christi fideles de parta victoria adverſus Moſcovitas congauderent. Miech. in Littan. Laurit. diſcurſ. 374. num. 57. de qua victoria mẽtionem fecimus in præcedenti ſæculo, verum fuiſſe huius ſæculi fructum. Ex Ioanne Herburt. lib. 20. Hiſtor. Poloniæ. Exiſtimamus probabile.

Anno 1516. Emmanuel Luſitaniæ Rex hic ſub Virginis Roſarij auſpicijs grauiſſima hoſtium internecione, ſubiectis ſibi; ſuoque Imperio Goa, Armuſia, Malaca, Malucíſque dictione Orientaliũ, victoriam conſequitur, & pro tali triumpho coronam ſibi texit ad immortalitatem. Vaſconcellus de rebus Luſitanis, in

Em-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Emmanuelem. Miechou. in Littan. Lauretan. diſcurſ. 374. n. 69. & Balligen. in Kalend. Mariano 13. Decembris.

Anno 1559. Philippus II. Auſtriacus æternæ memoriæ, Hiſpaniarum Rex in Sanctiſſimi Roſarij deuotione celebris; hic nullo alio fretus auxilio, quam Deiparæ Virginis, validiſſimo ſubſidio, rebus Meſitenſibus à Turcarum exercitu perturbatis, ſedatis. Mauribus in Bœticæ Regno tumultuantibus domitis, tandem memorabili pugna vſque ad internecionem in Africa munitiſſimā Arcem del Pevol de Velez, nuncupatum è Turcarum manibus eripuit, atque ſibi vendicauit. Balingen in Kalendar. Marian. 13. Septemb. Miecho. in Litan. Lauret. diſcurſ. 374. num. 46. & Marraccius de Regibus Marianis, pag. 228.

Anno 1571. Dum res Chriſtiani orbis à validiſſima Turcarum claſſe in dies magis, ac magis præmerentur, ac proinde in ſummo rerum diſcrimine conſpicerentur Chriſtiani Principes indiſſolubili pacis fœdere ad inuicem confœderati, fuſis per Orbem Roſarij precibus Virgineque Deipara enixe implorata; illicò Angelico circumvallata ſubſidio, præſtò illis fuit; in Corintiacho ſinu ad Naupactum Achaici ſinus. Nam dum ſodalitates Roſarij ſolitas preces, ac proceſſiones ſufferent, de Turcarum Claſſe, Chriſtiana longè potentiori, vniuerſa ferè partim capta, partim depreſſa, cæſis ſuprà quinquaginta millibus, quindecim millibus captis, nec non ſeptem millibus Chriſti fidelibus iam captivis in libertatem redactis; glorioſiſſima per omnia ſæcula victoria ope Virginis conſequuta, de Chriſtiani nominis hoſtibus mirabiliter triumpharunt. Quare tantæ victoriæ cùm publicis inſcriptionibus, tum ſolemnijs Anniuerſarijs Romæ Santiſſimus Pius Papa V. in Hiſpania Philippus II. Auſtriacus, & Venetijs Senatus Venetus communis lætitia indicia, vniuerſaliſque gaudij ſigna dederunt. Cardinalis Cæſar Baronius in Martyrologio Romano die 7. Octobris. Ioannes Antonius Gabbutius in vita Pij V. P. Franciſcus Turcellinus Societatis Ieſu. Miechov. in Litan. Lauretan. diſcurſu 374. num. 46.

Anno 1593. Rupertus Princeps Egembergenſis Arciduci Erneſti Locumtenens, Cæſareæ Majeſtatis Dux militum apud Flumen Saua, atque culpam cum ſolis quatuor millibus Chriſtianis partim equitibus, & partim peditibus, præcedentis Pij V. Victoriæ Naualis aduerſus Turchas memor,

nec



nec immemor tanti beneficij. Dei exercituum, Bellatricisque Roſarij Mariæ, præſidio inuocato, pugnam cum paucis, viriliter aggreditur, in qua de viginti quinque millibus vſque ad internecionem decem, & octo millium Turcarum mirabiliter triumphauit. Vnde, & pro gratiarum actione Monaſterium Siſachienſe, vbi Roſarium Virginis de more recitari conſueverat, ſer victorioſus exercitus (juxta mirabilem Myſteriorum Roſarij partitionem) genua flectendò ante Templi Oſtium, citra ſuperſtitionis ſcrupulum, circumdedit: Campana lib. 4. Hiſtor. vol. 2. & Aſtolphius in Officina Hiſtorica lib. 4.

Anno 1606. Sigiſmundus III. Poloniæ Rex, Virgini Roſarij, nec non ſodalitati eiuſdem Virginis à teneris annis deditiſſimus; hic Deipara intercedente, ſui Regni dominis ſuperbis, profligatis hoſtiū exercitibus, glorioſéque in pace omnibus compoſitis, tandē pro coronide de contumacibus Rochoſcianis inſignem victoriā reportauit. Maximil. Sand. in Maria Lunæ Myſtica, pag. 616. Annal. Poloniæ, & Miechov. in Litan. Lauret. diſcurſ. 374. num. 59. Hæc breui manu de victorijs huius ſæculi celebrioribus ope Virginis Roſarij glorioſè conſequutis.

*Viſcera Materna Deiparæ ex Roſario in Fratres Prædicatores.*

EX promotione deuotionis Sanctiſſimi Roſarij Virginem Deiparam, ſpeciali quadam affectione ſuos adamare Fratres, ac Sorores Ordinis Prædicatorum. Vigore eius viuæ vocis oraculi: *Quandiu durauit hoc Pſalterium in tali Ordine ſancto, tandiù ſcientia, ſapientia, obſeruantia, miraculorū fama, & gloria apud Deum, & homines in immenſum florebunt.* B. Alanus p. 2. cap. 17. pag. 107. nullus ſani capitis eſt, qui in dubium revocare audeat, aut aſſerat contrarium. Cæterùm, quoniam experientia eſt rerum Magiſtra, idcirco ea, quæ Dominicana Religio experta eſt in hoc ſæculo fideliſſimè referremus. Etenim. De

Anno 1512. In actuali Roſarij lectione, aut Meditatione myſteriorum eiuſdem, Vener. Sor. Charitati de Gambra Ordin. Prædicatorum circa eadē Sanctiſſimi Roſarij Myſteria nonnulla revelantur abſcondita. Plod. lib. 3. vir. illuſtr. col. 465. & 466.

Anno 1513. Beata Virgo Maria. In nocte Sanctiſſima Natalis Dominici, Puellum Ieſum in vlnas B. Sor. Antoniæ

UASLP UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE SAN LUIS POTOSÍ BIBLIOTECA GENERAL

niæ Brixienſis viſibiliter conſignat, vt ab ipſo, omnibus alijs Sororibus, videntibus, Sanctam eius benedictionem accipiat. Plod. de viror. illuſtr. lib. 3. col. 464.

Anno 1530. B. Soror Stephana de Quintiano dicta de Soncino, dùm in meditatione Myſteriorum Roſarij occupatur B. Virgo Maria multa illi reuelat de Chriſti Vnigeniti Filij ſui paſſione. Plod. de vir. illuſtr. lib. 3. pag. 462.

Anno 1536. B. Virgo Maria, Infantulum Ieſum mira liberalitate in manus B. Sororis Luciæ Narnenſis conſignat, in teſtimonium gratæ ſibi ſeruitutis ex meditatione Roſarij. Luſitan. in Chronic. Martyrol. Ordinis Prædicat. & Plod. de viror. illuſtr. lib. 30. col. 433.

Anno 1537. Hoc idem præſtitit B. Virgo Maria in nocte Natalis Domini Venerabili Sorori Domicillæ Bononienſi Moniali in Monaſterio Sanctæ Agnetis Bononiæ. Ex Scripturis præfati Monaſterij, & Plod. de viror. Illuſtr. lib. 3. col. 441.

Anno 1538 Beata Virgo Maria viſibiliter apparet Ven. Sorori Potentianæ Florentinæ, oſtendens ei annulum, quo Vnigenitus Filius eius B. Catharinam de Riccijs ſibi in Sponſam ſubarare intendebat. Plod. lib. 3. vir. illuſt. col. 413.

Anno 1539. Beata Virgo Maria ad promovendum, Roſarium in partibus Hiſpaniarũ præ cæteris ſibi elegit B. Ioannem de Amato Valentinum, cui viſibiliter apparens Roſarij prædicationem, non niſi Apoſtolico zelo eſſe exercendam, conculcat, qui & Roſario Virginis mulierem à dæmone obſeſſam, mirabiliter liberauit. Franc. Diaz Hiſtor. Aragoniæ, & Plod. lib. 1. vir. illuſtr. col. 43.

Anno 1547. B. Soror Catharina de Racconiſio in meditatione Myſteriorum Roſarij occupatiſſima, ad Mariæ interpoſitionem ter à Chriſto Domino in Sponſam ſubaratur, qui & Virginem Deiparam eidem Sorori Catharinæ in dilectiſſimam Matrem aſſignauit. Seraphin. Radius, & Plod. viror. illuſtr. lib. 3. col. 470.

Anno 1559. Bononiæ dum in Venerab. Monaſter. Sancti Mathiæ Moniales Ordinis Prædicatorum in recitatione Roſarij de more ſalutationem pronunciant Angelicam, Virginique Deiparæ illam humiliter offerunt, quoties id præſtant, toties Regina Cælorum virentes, atque ſuaue olentes Roſarum Ramos, de ore Sancti Monialium exeuntes colligit, atque ſibi aſſumit. Plod. de viror. Illuſt. lib. 3. col. 448.

Anno



Anno 1560. Beata Virgo Maria ſervo ſuo B. Thomæ à Sancto Ioanne in ſummo tentationum diſcrimine, illi manu ſua glorioſiſſima occurrit, eique ſic manu apprehenſo inquit: *Eia Fili, ecce ego tibi preſto ſum. Vade meum prædica Pſalterium.* Qui, & primo ad Indos Roſarium Apoſtolico ſpiritu promulgauit, ab Angeloque de hora mortis certior factus, & tandem Virgine Maria comitante Cœlum ingreditur. Auguſtinus Dauila, Padilla Hiſtor. Mexic. & Plod. de viror. illuſtr. lib. 2. col. 20. & 21.

Anno 1565. Beata Virgo Maria, vt B. Soror Oſſana de Cartaro in meditatione Roſarij cœleſtium Myſteriorum fieret particeps, viſibiliter ei apparens in nocte Natalis Domini: omnia, & ſingula Myſteria circa puelli Ieſu natiuitatem occurrentia exponit, atque patefacit. Plod. de viror. illuſt. lib. 3. col. 506.

Anno 1568. In venerabili Monaſterio Ferrarienſi S. Catharinæ Virginis & Martyris, à Virgine Deipara eadem fere gratiam Venerab. Sor. Cecilia Sancti Monialis Roſarij Virginis deuotiſſima conſequitur in nocte natalis Dominici. Seraphinus Radius, & Plodius de viror. illuſt. lib. 3 col. 489.

Anno 1573. Bononiæ in Ven. Monaſt. S. Petri Martyris B. Virgo Maria Monialibus dicti Monaſterij affabilem, familiarem, nec non veluti contubernalem illiſse oſtendit potiſſimè verò Ven. Euſraſiæ de Accurſio in exercitijs Roſarij, vt maximè occupatæ. Ex Plod. de viror. illuſtr. lib. 3. col. 450.

Anno 1574. Beata Virgo Maria Bononiæ cellam Ven. Soror. Clementiæ de Baneis in mortis eius articulo ingreditur, eam benignè in agone cõfortat, atque eius animam ad amena paradiſi gaudia perducit. Ex Plod. de vir. illuſtr. lib. 3. col. 449.

Anno 1581. Beata Virgo Maria cellam Beati Ludouici Bertrandi ſplendidiſsima luce ingreditur, eumquè de excellentijs, & virtutibus Roſarij erudit; vnde non ſolum in Hiſpania, verum & apud Indos Pſalterium Virginis Apoſtolico zelo prædicando mirabilia per Roſarium patrauit. Franc. Diaz. Vincent. Antiſt. & Plodius de vir. illuſt. lib. 1. col. 40.

Anno 1582. B. Soror Maria de Popilio in Roſarij exercitijs, dum deuotè occupatur, à Virgine Deipara viſitatur, de eiuſdem Roſarij Myſterijs inſtruitur, ac tandem conſolatione cæleſti recreatur. Seraphinus Radius, & Plod. de viror. illuſtr. lib 3. col. 428.

Anno 1590. B. Virgo Maria

ria filio eius Benedictiſſimo aſſociata cellam Vener. Soror. Catharina de Riccijs ingreditur, acceptaque à Deipara Sororis Catharinæ manu, illam porrigit Filio, quam in teſtimonium gratæ ſervitutis ex Roſario ſibi deſponſat. Seraphin. Radius, Plod. de viror. illuſt. lib. 3. col. 405.

Anno 1591. Bononiæ in Venerab. Monaſterio Sanctæ Agnetis Ordinis Prædicatorũ, Moniales ibi ſtupenda vident à Virgine Deipara ſibi revelata; dum in recitatione Roſarij occupantur. Plod. de vir. illuſt. lib. 3. col. 443.

Anno 1591. Beata Virgo Maria deuotum Roſarij filium ſuum B. Ioannem Uallis oletanum in vltimo rerum diſcrimine conſtitutum benigniſſimè in lectulo decumbentem viſitat, ipſumque recreatum ad Cœli gaudia introducit. Padilla Hiſtor. Mexicana, & Plod. de vir. illuſt. lib. 1. col. 47.

Anno 1596. B. Virgo Maria, adeò gratas ſe habere oſtendit Angelicas Salutationes, quæ ex Fratrum Prædicatorũ perſolutione Roſarij ore procedunt; vt Salutationes Angelicas ab ore P. Generalis totius Ordinis prædicti procedentes, non niſi ſub forma pulcherrimarum Roſarum ad eius coronidem acceptare voluerit. Ex Angelo Florillo in Chronologia Roſarij pag. 568.

Anno 1602. B. Dominicus de Annadon Hiſpanus Sanctiſſimi Roſarij de mandato Virginis Apoſtolicus Prædicator, quem Virgo Deipara tanta extimatione apud deuotos populos ſublimauit, vt eius Roſaria, ſeu Patriloquia ex contactu ſumma in veneratione apud Reges, ac Principes communiter haberentur. Plod. de vir. illuſt. lib. 1. col. 30.

Neque mirum ſit inter iſtius ſæculi curicula intra Prædicatorum Ordinis ſepta Virginem Deiparam tam admiranda patraſſe, ſe in exordio Sæculi in Opido Soriani deferendo Fratribus ſuis memorabilem Sancti Patris Dominici Imaginẽ. Ordini Prædicatorum eadem Virgo Maria: *Cor ſuum tradidit in ſimilitudinem picturæ*. Eccleſ. 94. Ex Brev. Ord. Prædicator. Hinc, &

### *Romani Pontifices erga Roſarij Confraternitatem inclinati.*

TAnta fuit Summorum Pontificum erga Virginem Roſarij in hoc ſæculo deuotio, atque reverentia, tantvm eius Confraternitatis augendæ, atque exaltandæ ſtudium, tam ingens amor, tanta patrocinij ex ſodalitatis precibus fiducia; vt nullus ferrè extiterit Summus Pontifex, qui eam ingreſſus non ſit, præcipuis gratijs, ſpecialibus favoribus ditauerit, vel ſaltem clemẽtiſſimo ſtylo in forma Brevis eam non commendarit. Etenim.

Iulius Papa II. Ita Dei Parentem ſub nuncupatione Roſarij veneratus eſt, vt prædeceſſorum eius inhærendo veſtigijs, inque eius pietatis argumentum. Recitantes Sanctiſſimum Virginis Roſarium locupletauit. Sixtus Papa V. in Bulla *Dum ineffabilia*, & Marraccius in Bibliothec. Mariana p. 1. pag. 839.

Leo Papa X. Summæ pietatis in Virginem Deiparam ſub nuncupatione Roſarij. Vnde & Indulgentias Sixti Papæ IV. & Innocentij Papæ VIII. nonnullis alijs à ſe liberaliſſimè conceſſis, ex certa ſcientia, motuque proprio confirmauit. Ex Bulla *Paſtoris Æterni*. Sixto V. in Bulla *Dum ineffabilia*, & Bullario Romano.

Adrianus Papa VI. eadem affectione, qua Leo Papa X. Roſarij Confratriam proſequutus eſt. Etenim viſitantibus Altare, ſiuè Cappellam SS. Roſarij de Victoria ſpecioſiſſimis Indulgentijs ditauit. Ex Bulla *Illius, qui Dominicum*, & Sixto V. *Dum ineffabilia*.

Clemens Papa VII. tantæ obſervantiæ in Virginem Roſarij, vt omnes, & ſingulas Indulgentias Adriani VI. & Sixti IV. & Leonis X. Confratribus Roſarij conceſſas præſertim viſitantibus quinque Altaria in Eccleſijs Ordinis Prædicatorũ de benignitate, Apoſtolica liberaliſſimè confirmat. Ex Bulla *Ineffabilia*. Bulla *Etſi temporalium*. Sixto V. *Dum ineffabilia*, & Marraccio in Bibliotheca Mariana, p. 1. pag. 290.

Paulus Papa III. Non minoris pietatis erga Deiparam prædeceſſorum eius, Indulgẽtias ſtationum conceſſas viſitantibus quinque Altaria, vbi ſitum ſit Altare Sanctiſſimi Roſarij inhærendo veſtigijs Leonis Papæ X. & Clementis Papæ VII. auctoritate Apoſtolica confirmat. Bulla *Rationi congruit*, & Sixto V. in Bulla *Dum ineffabilia*. Comppeſtein, & Marraccio in Bibliot. p. 2. pag. 214.

Iulius Papa III. Confraternitatis Roſarij maiora in dies deſiderans incrementa omnes, & ſingulas Indulgentias conceſſas Confratribus Roſarij à Sixto Papa IV. Leone X. Clemente VII. & Paulo III. Auctoritate Apoſtolica benigniſſimè confirmat. In Bulla *Sinceræ deuotionis affectus*, & Sixto V. *Dum ineffabilia*, & Marraccio in Bibliotheca Mariana





UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

riana part. 1. pag. 839.

Paulus Papa IV. Sanctiſſimi Roſarij Virginis deuotiſſimus, qui & dictæ Confraternitatis ſodales de Eccleſiæ cæleſtibus theſauris locupletauit. Ex Bulla Sixti V. *Dum ineffabilia*, & Marraccio in Bibliotheca Mariana p.2.pag. 215.

Pius Papa IV. Ad augendam Fidelium Confraternitatis Roſarij pietatem inclinatus, duplici reſcripto in forma Breuis, ſpiritualibus fauoribus ſodalitatis prædictæ augmento intereſſet voluit multiplicando Confratrum Sacrarum Indulgentiarum dona. *Dum præclæ a meritorum inſignia, & cum ſicut accepimus*. Ex Sixto V. Bulla *Dum ineffabilia*. Petrus Louuet.& Marraccius in Bibliot. Mariana p.2.pag.305.

Pius Papa V. Ex Ordine Prædic. aſſumptus tantæ Religionis, ac obſeruantiæ erga Virginem Roſarij, vt meritò dici poſſet in deuotione Roſarij ad miraculum: hic namque Apoſtolico zelo Roſariū Virginis, eiuſque Confraternitatem exquiſitiſſimis fauoribus, nec non ſpecioſiſſimis encomijs, atque priuilegijs per totum Orbem pro viribus exalari curauit. Ex Bullis *Iniunctum nobis. Inter deſiderabilia*,& Bulla *Conſueuerunt*. Ex Sixto V. Bulla *Dum ineff bilia*. Bullario Cherubini, Petro Louvet. in Theſauro Roſarij, & Marraccio in BibliothebaMariana p. 2. pag. 303. Nauarra Lezana, Valentinus Zagaſtazaval,& alij.

Gregorius Papa XIII. deuotionis Sanctiſsimi Roſarij promotor zelantiſsimus, qui ter decim,& amplius Bullis in forma Breuis iuraConfraternitatis mirificè roborauit, atque confirmauit. Ex Sixto V.Bulla *Dum ineffabilia*, Petro Louvet. in Theſauro Roſarij, Ioſepho Valentino. Chriſtophoro Zagaſtazaual,& Marraccio in Bibliotheca Mariana p. 1. pag.517.

Sixtus Papa V. Ex Ordin. Minor.aſſumptus, non minus, ac ſi ex Dominicana familia oriundus tantæ propenſionis indefeſionem Iurium Confraternitatis Roſarij,vt ſpecioſiſſima Bulla omnes, & ſingulas Indulgentias, indulta, ac prærogatiuas à Ioanne XXII. Vrbano IV. Sixto IV. Innocentio VIII. Alexandro VI. Iulio II. Leone X. Adriano VI. Clemente VII. Paulo III.Iulio III.Paulo IV. Pio IV.Pio V. & Gregorio XIII. Confraternitati Roſarij conceſſas Plena manu confirmarit, ac aliàs de nouo conceſſerit.Bulla *Dum ineffabilia*. Ex Bullario Cherubini. Petro Louuet. in Theſauro Roſarij, Valentino, & Marraccio in Bibliotheca Ma-



Mariana p.2.pag.374.

Clemens Papa VIII. tantæ affectionis erga Roſarij ſodalitatem,vt in teſtimonium ſingularis eius obſeruantiæ vltra magnum numerum Indulgentiarum liberaliſsimè eidem Confraternitati conceſſarum Bullam ſpecialē in forma Breuis de ortu,& progreſſu Pſalterij Virginis ad augēdam Chriſti fidelium deuotionem ediderit, quæ incipit *Ordo Prædicatorum*. Ex Petro Louuet. in Theſauro Roſarij, & Marraccio in Bibliotheca Mariana p. 1.pag.290.

Verum viſis Summorum Pontificum vniuerſalibus de excellentijs Roſarij acclamationibus, qui ſenſerint in hoc ſæculo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales videndum eſt. Vnde ſint.

### *Eminentiſsimi DD. Cardinales, erga Roſarij Confratriam inclinati.*

VBeres pro hoc ſæculo 1500. Roſarij fructus, non ſolum ex geſtis Romanorum Pontificum, qui exquiſitiſsimis Bullis, ſpecialibuſque fauoribus ſodalitatem ditarunt conſtare fatemur; verum, & ex communi Eminentiſsimorum DD. Cardinalium applauſu comprobari experientia docet, teſſeraque Purpuratorum declarat, quorum primus.

Fr. Garcia de Loayſa S. R. E. Cardinalis Ordinis Prædicator. qui pro Confratribus Roſarij Indulgentias omnes ſtationum Vrbis Romæ pro ſingulis EccleſijsOrdinis Prædic. in toto Orbe exiſtentibus à Leone Papa X. impetrauit. Ex Petro Louuet.inTheſauro Roſarij pag. 19. & Sagaſtazaval.

Ægidius tit. S.Matthæi S. R. E. Presbyter Cardinalis, ac per totam Hiſpaniam Legatus à Latere, qui ob ſummam erga Virginem Roſarij deuotionem, Roſarij Confratriam nōnullis Indulgentijs in forma Breuis condecorauit. Petrus Louuet. in Theſauro Roſarij pag.16.& Zagaſtazaual.

Fr.Thomas de Vio tit.Sancti Sixti Cardinalis Caietanus ex Ord. Prædic. aſſumptus in promotione Sanctiſsimi Roſarij zelantiſsimus, qui apud Leonem X. pro ſodalitatis augmento plurimum inſudauit.Angelus Florillus inChronologia Roſarij pag.562.

Fr.Ioannes tit. Sancti Syxti Cardinalis de Toleto ex Ordin.Prædic.aſſumptus, qui ad augendam fidelium in exercitijs Roſarij deuotionem, pro recitantibus Roſarium,ſpeciales fauores à Paulo Papa III. impetrauit. Ex Petro Louuet. in Theſaur.Roſarij pag.52.

Ale-

Alexander tit. Sancti Ioannis ante Portam Latinam Cardinalis Crabellus, Iurium Cõfraternitatis Roſarij, nec non eiuſdem immunitatis defenſor accerrimus. Ex Petro Louuet, in Theſauro Roſarij pag. 203.

S. Carolus Mediolanenſis tit. Sanctæ Praxedis Cardinalis Borromeus eximiæ deuotionis erga Virginem Roſarij, qui pro erectione Confraternitatis eiuſdem in Eccleſijs ſuæ Diœceſis ex profeſſo ad excitandam populorum deuotioné litteras Paſtorales vulgauit. Marraccius in Bibliothec. Mariana p. 1. pag. 262.

Fr. Michael Bonnellus tit. Sanctæ Mariæ ſuper Mineruã Cardinalis Alexandrinus Ord. Prædicator. hic Iurium ſodalitatis Roſarij apud Sacras tam Sacrorum Rituum, quam Epiſcoporum Congregationes pro viribus defenſor; quin, & apud Pium Papam V. Gregorium XIII. & Syxtum V. pro augmento priuilegiorum eiuſque manutentione plurimum ipſum coadiuuaſſe compertum eſt. Ex Petro Louuet. in Theſauro Roſarij pag. 203. Petro Martyre feſto, & ex Bullæ Syxti V. *Dum ineffabilia.* Ex Bullario.

Cæſar tit. SS. Nerei, & Achilei Cardinalis Baronius ſummæ deuotionis erga deuotionem Roſarij, qui & elegantiſsimo ſtylo quantum in Eccleſia Dei proficua ſit Roſarij deuotio in Martyrolog. Romano die 7. Octobris oſtendit. Ex eius commentarijs ad diem 7. Octobris de excellentijs Roſarij in Nauali Victoria.

Fr. Hieronymus Xauiere titul. Sanctæ Sabinæ Presbyt. Cardinalis ex Prædicatoria Familia aſſumptus, tantæ deuotionis erga Virginem Roſarij, vt primò in Eccleſia Sanctæ Mariæ ſuper Mineruam applauſibilem modum recitandi Roſarium, per Choros Romæ ipſe introduxerit. Ex Caliſto Meſſanello de legibus Confraternitatis Roſarij, & Angelo Florillo in Chronolog. Roſarij pag. 566.

Hic recenſendi eſſent, & alij ſummæ integritatis Eccleſiæ Prælati, qui tum in eorundem Diœceſibus ad praxim, tùm in publicis ad populum Concionibus, tùm elaboratis eorundem ſcriptis Roſarij vtilitatem, profectum, atque vtilitatem oſtentant, quos tamen breuitatis gratia acuratiſsimo Lectoris ſtudio ex Lectura Scriptorum remittimus.

### *Regiæ Maieſtates, alijque Orbis Chriſtiani Principes SS. Roſarij dediti.*

PLures in hoc ſæculo erga Virginem Roſarij dicatas,



deditas Regis, atque Chriſtiani Orbis Principes extitiſſe, qui hanc Sanctiſſimi Roſarij Reginam in Dominam, ac Patronam ſibi acceptarint; extra dubium eſt. Etenim

Carolus IX. Galliarum Rex tantæ deuotionis erga Deiparentem extitit, vt in teſtimonium eximiæ eius obſeruantię pluries in die ſtatuam Virginis Roſarij ſibi dilectæ viſitare conſueuerit Poyre de triplici Corona B. Virginis tract. 3. cap. 7. & Marraccius de regibus Marianis pag. 41.

Emmanuel Luſitaniæ Rex, qui inter cætera eius deuotionis teſtimonia in memoriam Myſteriorum Roſarij. Ediculam Virginis Deiparæ à Bethleem in Magnificentiſſimum Templum ædificauit. Vaſconcellus de Regibus Luſitan. in Emmanuel, & Balingen. in Kalendario Mariano 13. Decembris.

Franciſcus I. Galliarum Rex in Diuinis Virginis Roſarij laudibus celebrandis aſſiduus, hic de victoria aduerſus Heluetias ope Virginis conſequuta Monaſterium Regale, in quo Roſarium Virginis recitari conſueuerat à fundamentis erexit. Gregorius Calvanerius in Mariano Kalend. die 31. Maij. Baligen. & Miechov. in Litan. Lauretan. diſcur. 374 num. 37.

Henricus II. item Galliarũ Rex in recitatione Angelicæ Salutationis (ex qua Roſarium conflatur) adeo frequens, vt ne ad paululum ſiue Deipara Roſarij detineretur, per omnia cubicula Regij Palatij Virginis Mariæ Iconas collocari mandauit. Baligen in Kalend. Mariano die 12. Iulij, & Marracius de Regibus Marianis pag. 105.

Henricus I. Luſitaniæ Rex à Sapientiſſimo Ludouico Granatenſi Ordinis Prædicatorum in meditandis Sanctiſſimi Roſarij Myſterijs inſtructus, tantum profecit, vt in teſtimonium ſingularis eius pietatis erga Virginem Deiparã, pias nonnullas Roſarij meditationes in lucem ediderit Vaſconcellus de Regibus Luſitan. Balingenſ. in Kalend. Mariano 31. Ianuarij, & Miechov. in Litan. Lauretan. diſcurſu 374. num. 70.

Ioannes III. Luſitaniæ Rex Virgini Roſarij adeo deditus, vt in commodiorem vſum cõtemplandi Incarnationis Myſterium potiſsimum Gaudioſorum obiectum. Sacellum Vliſſipone, ſub nuncupatione Sanctæ Mariæ ad Bethleem ſibi inſtruxerit. Antonius Vaſconcellus de Regibus Luſitan. & Balingen. in Kalend. Mariano 19. Decembris.

Philippus III. Auſtriacus Hiſ-

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Hiſpaniarum Dei gratia Rex Catholicus, tanta pietate in Virginem Roſarij pollens, vt eiuſdem Roſarij clientelam, atque ſodalitatem intrare pro ſummo honore duxerit. Hyacinthus Choquetius in Triumpho Roſarij cap. 9. & 12. & Marraccius de Regibus Marianis pag. 230.

Stephanus Batorius Poloniæ Rex ſummi ſtudij in Virginẽ Roſarij, eiuſque Confraternitatem, vbique terrarum per Fratres Prædicatores celebratam; adeò in Dominam, ac Patronam agnouit, vt nil vnquã; Deipara Roſarij in conſulta, deliberaſſe feratur. Ioannes Rzerius in Regum Palladio diatriba 6. & Turcellin. Hiſt. Lauretan. lib. 2. c 6.

Sebaſtianus Luſitaniæ Rex eximiæ obſervantiæ in Virginem Roſarij, hic non niſi perſoluto prius Deiparæ conſueto Roſarij penſo Regni negotijs aſſiſtere audebat. Vaſconcellus de Regibus Luſitan. Ioannes Nadati in Annal. Marian. ſabb. 3. & Marraccius de Regibus Marianis pag. 282.

Donna Conſtantia Sigiſmundi III. Poloniæ Regis vxor. tantæ deuotionis extit erga Roſarij Deiparam, vt totam eius fiduciam in Angelica Salutatione per Roſarium repetita repoſuerit. Maximilian. Carderus in Maria Luna Myſtica pag. 656. & Annal Polon.

Hic enumerandi eſſent, & Sigiſmundus I. Sigiſmundus III. Potentiſſimi Poloniæ Reges. Rupertus Egembergenſis Princeps, & Philippus II. Auſtriacus ſemper Auguſtus, qui de manu Reginæ Cælorum de hoſtibus eius ope celeberrimas à ſæculo victorias reportarũt. Cæterum quia iam ſatis de his tractarum habuimus cum de eorundem glorioſiſſimis victorijs egerimus; idcirco breuitatis gratia ad ſupperius dicta pium Lectorem remittimus.

*Ex Ordine Prædicatorum Sanctiſſimo Roſario Virginis deditiſsimi.*

SI deuotionem erga Virginis Roſarium in Prædicatoria Familia eradicatam pro hoc ſæculo 1500. ex intimis rimari voluerimus certè deficiet enarrationi tempus, & nõ enarratio tempori: præſertim cum nullus ex æquo Ordinis Prædicatorum ab hoc Roſariano Cathalogo ſecerni, aut ſecludi poſſit. Verùm celebriores referendo, qui in Virginis obſequio inſudarunt, breuique manu ex pluribus, dicimus quod enumerandus ſit inter cæteros.

B. Fr. Ioannes de Hurtado Salmaticenſis in meditatione Myſ-



Myſteriorum Roſarij ad miraculum aſſiduus. Ex Plod. vir. illuſtr. lib. 1.

B. Alfonſus de Almazata Hiſpanus tantæ obſervantiæ in promotione Sanctiſſimi Roſarij, vt nunquam concionem ad populum haberet, quin de excellentijs Roſarij Virginis Sermonem Apoſtolico ſpiritu non texerit peculiarem. Franciſc. Diaz Hiſtor. Aragon. & Plodius de vir. Illuſtr. lib. 1. col. 41.

B. Chriſtophorus de Siuiglia in meditatione Myſteriorum Roſarij aſſiduus, eiuſque promotionis feruentiſſimus zelator. Padillæ Hiſtor. Mexico, & Plodius de vir. Illùſtr. lib. 1. col. 54.

Ven. Fr. Michael Ortiz Tertiarius ſummæ deuotionis in Roſarij recitatione, vndè in Mexico per os omnium ad miraculum commendabatur. Padilla Hiſtor. Mexic. & Plodio lib. 1. col. 57.

B. Vincentius de Sancto Stephano in recitatione Roſarij vnicus. Ex Plod. viror. illuſtr. lib. 1. col. 226. ex Martyrolog. Ordin. Prædicat.

B. Dominicus de Monte Maiori, cui Roſarij occupationes, erant ſummæ delitiæ. Frãciſcus Diaz Hiſtor, Aragon. & Plod. de viror. illuſtr. lib. 2. col. 303.

Ven. Fr. Ludouicus Granatenſis morum probitate, atque ſcientia celebris; Sanctiſſimæ Virginis Roſarij deuotiſſimus, vnde in teſtimonium eius pietatis libellum de meditationibus Roſarij compoſuit. Plod. de viror. illuſtr. lib. 1. & Marraccius in Bibliotheca Mariana p. 2. pag. 28.

B. Petrus de Praccia, qui Virginis Roſarium cum tanto zelo Apoſtolico apud Indos prædicauit, vt ex illis gentibus magnum populum Domino acquiſiuit. Auguſt. Dauila. Hiſtor. Mexico, & Plod. de viror. illuſtr. lib. 1. col. 23.

Ven. Fr. Ioannes de Calarogia Virginis Roſarij adeò deuotus, vt apud Indos in ſumma habitus fuerit veneratione. Auguſt. Dauila Hiſtor. Mexico, & Plod. de viror. illuſtr. lib. 1. col. 45.

B. Petrus de Corduba apud Indos in promotione Roſarij Virginis verè Mariæ Apoſtolus, præſertim in Mexico. Auguſt. Dauila Hiſtor. Mexico, & Plod. de viror. illuſtr. lib. 1. col. 50.

Ven. Fr. Dominicus de Sancta Maria ex ſingulari affectione in pronuntiatione Sanctiſſimi Nominis Mariæ in Roſario ſic nuncupatus. Aug. Dauilæ Hiſtor. Mexico, & Plod. de viror. Illuſt. lib. 1. col. 52.

B. Dominicus Fycia Indus



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

in Roſarij exercitij vſque ad hominum admirationem deditus. Auguſt. Dauila Hiſtor. Mexico, & Plod.de vir illuſt. lib.1.col.84.

B. Soror Margarita de Mutina Tertij Ordinis Prædicatorum tantæ fiduciæ in Roſarij Reginam, vt panis fragmenta, dum in eleemoſynam pauperibus diſtribueret, in eius manibus multiplicari, nec non in ſuauè olentes Roſas pulcherrimas conuerti mereretur. Seraphin Radius, & Plod. de vir. illuſtr. lib. 3. col. 452.

B. Soror Maria de Reggio, quæ dum in prædicatione Myſteriorum Roſarij occuparetur tanta refundebatur dulcedine, vt ſæpè ſæpius extra ſe ipſam in extaſim rupi viderentur, Seraphin. Radius, & Plod. de vir. Illuſtr. lib. 3. col. 453.

Quibus hucvſquè enumeratis recenſendi eſſent, & pro hoc ſæculo in devotione Roſarij ferventes ex Ordine prædicatorum Venerabiles PP. Fr. Franciſcus Garzias Hyſpanus, Fr. Michael Cuba Indus, Fr. Ioannes de Treuino ex Provincia Mexico, B. Calimerius de Monte claro Diœceſis Brixenſis, qui ad cumulum aliorum multorum ex frequentia exercitorum Roſarij, cum ſcientia, tùm morum bonitate ſemper illuſtres claruere. Iuxtà Virg. Deiparæ vaticinium, *Flores mei fructus hon.ris, & honeſtatis Ecc. cap.* 24. Quorum geſta ex approbatis authoribus: Aug. Dauila in Hiſtor. Mexico. Padilia in in Hiſtor. Mexico. Seraphin. Rad. & Ioannes Michael Plod. de vir. Illuſtr. Ord. Prædicatorum, quiſquis ſit conſulere poterit, hæcquè expredicatoria Familia pro complemento huius ſæculi ſint. Et

### *Exteri in devotione Sanctiſsimi Roſarij ſingulares.*

Singularem, pepetuamque Exterorum in Deiparam Roſarij fiduciam melius comprehēdere nequimus, quā ex Cænobiarum Collegijs; in quibus omnium virtutum genera præſertim pietatis, atque perpetuæ obſervātiæ erga Dei Genitricem ſub nuncupatione Roſarij mirabiliter effulſere; inter cæteras autem Religioſorum Congregationes.

Benedictina Religioſorum hanc Roſarij obſerrantiam, tam quò ad Monachos, quàm quò ad Sanctimonialēs, ſicuti iam Hilari vultu eam ſuſcepit, ita & eandem pari cultu in dies ſemper venerata eſt; quare in tantæ obſervantiæ teſtimonium inter cæteros Caſſinēſes nomine totius Benedicti-





næ Religionis P. Angelus Sagrius Abbas Caſinenſis verè virtutis, ac ſapientiæ exemplar. iibellum de Roſario Virg. eruditiſſimè conſcripſit. Arnoldus de Vecione in Ligno Vitæ, & Marraccius in Bibliotheca Mariana p. 1. pag.103,

Carthuſiana Religio à primæua ætate fermè ſolo Roſarij lacte enutrita, ne dum in eadē deuotione perſuerare dicitur; verum, & modo cæterarum in comparatione, quodam modo eas videtur antecellare. Hinc nomine totius Carthuſiæ P. Antonius DulcKmus natione Germanus nonnulla Opuſcula ſingulari pietate fragrantia Virginis Roſarium exulit. Ex Petreio in Bibliotheca Carthuſiana, & Suerto in Athenis Belgicis.

Religio Canonicorum Regularium S. Auguſtini ex devotione Sanctiſſimi Roſarij in hoc ſeculo iure merito iluſtris, hæc inter cætera eius pietatis monumenta erga Virginem Roſarij dedit P. Martinum Nauarrum, P. Theſeum Manſuetum Vulſnatenſem, & P. Ieannem Mauburnum Bruſelenſem, qui omnes eruditiſſimè de excellentijs Roſarij ſcripſere. & Marraccio in Bibliotheca Mariana,

Franciſcana Religio ab incunabulis inter Roſarij Virginis exercitia enutrita, atq; educata, vt communis lætitiæ huiuſcemodi Seraphicæ pietatis erga Virginem Roſarij ſufficientia teſtimonia daret. Sixti Papæ V. largiſſimæ cōceſſiones in favorem Confraternitatis, nec non elaborata monumenta de excellentijs Roſarij in lucem ædita à Patre Ioanne Carthagena, Patre Marcello de Ribandeneira, & P. Paſchali Baylon Valentino, pro hoc ſæculo ſatis comprobarunt. Ex Marraccio in Bibliotheca Mariana p. 2. pag. 75. & pag. 200.

Carmelitarum Diſcalceatorum, altera Seraphica Religio in Roſarij exercitijs à Sancta Matre Thereſia fundata, quanti; meriti quantæque vtilitatis ſit hic modus ſalutandi Dei Genitricem, per Roſarium ſatis, ſuperque eadem Seraphica Thereſia agnovit; Dum Roſarij Deiparæ Monaſterij curam ſibi demandatam Thereſiæ nomine benignè ſuſcepit. Quantum pro indè, hæc Roſarij deuotio in Carmelitarum Diſcalceatorum Ordine creverit, teſtis ſit, omne acceptione maior, P. Ioannes à Ieſv Maria Hiſpanus, qui pro eius Religione modum facilem, atque omnibus pervium meditandi Virginis Roſarium præſcripſit. Marraccius in Bibliotheca Mariana p. 1. pag. 744. & P. Fran-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ciſcus de la Crux Soc. Ieſu in Hortulo Mariano Areola. 3. cap. 2.

Societas tandem Ieſu toto Orbi celebris non minus pietate fulgens ac huius ſaluberrimæ deuotionis Roſarij honorem zelans; hæc diuinis ſemper intenta, non ſolum Alumnos ſuos hoc Roſarij ab incunabulis lacte enutrivit, verùm etiàm ad proximi commodum inter cætera Societatis pia exercitia, iſtud Roſarij Virginis penſum introduxit: vnde tantum profectum Societas ſuſcepit; vt tam publicè, quam priuatim, P. Lucas Pinellus, P. Petrus Thyreus, P. Thomas Vvortoigromus Anglus, P. Ægidius à S. Aldegunde Duacenſis, P. Franciſcus Arias, P. Franciſcus Coſterus, P. Iacobus Alvarez, P. Ioannes Buſeus, P. Ioſeph Creſuuellus Anglus, alijque PP. ſolito elegantiſſimo Societatis ſtylo, purgatoque calamo, & pietatem oſtenderint, & Dei Genitricem Mariam ſub nuncupatione Roſarij pro viribus eorum ſcriptis exulterint. Ex Alegambe in Bibliotheca, & Marraccio in Bibliotheca ſimiliter Mariana p. 1. & 2.

Cum igitur Celebriores in Eccleſia Religionis inter cætera earundem pietatis obſequia, inditam ſibi vindicent in Mariam Roſarij ſummam Religionis obſervantiam, extra dubium eſt, quin *ſurrexerint Filij eius, & Beatiſsimam eam prædicaverint. Multæ nanq; Filiæ congregauerunt divitias.* At hæc Roſarij Confraternitas *ſupergreſſa eſt univerſas.* Proverb. cap. 31. Quæ dicta ſint in ſummario pro quarto ſæculo in ordine. Quibus nonnulla addenda erunt fragmenta, pro dimidia ſubſequentis ſæculi. Sint ergo.

FRAG.

# FRAGMENTA PRO MEMORABILIBVS QVINTI SÆCULI VIDELICET.

Ab anno 1612. vſque ad annum 1664.

## VICTORIARVM ROSARIJ FRAGMENTA

PRo Animæ totius Alaneæ operis Complemento, memorabiliumque ſummario, quæ hoc in dimidiato ſæculo Virginis ope acciderunt, currenti calamo nonnulla duntaxat in teſtimonium eorum, quæ diffuſiſſimè dici poſſent quibuſdam fragmentis referemus, & primò. De

Anno 1621. Ludovicus XIII. Galliarum Rex in Britanico Bello, Virgine Roſarij enixè implorata Oceano hoſtili ſanguine cruentato Anglicanam Claſſem centum vicenis Nauibus conflatam, Gallicis armis, eam confregit, atq; depreſſit; ita vt ope Virginis Roſarij nimirum. Lilijs Galliarum Roſaceis mixtis Coronis de Anglicana Barbariæ mirabiliter triumphavit. Franciſcus Poyre de triplici corona B. Virginis tract. 3. & Marraccius de Regibus Marianis pa. 173.

Anno 1624. Vvladiſlaus IV. Invictiſſimus Poloniæ Rex Sanctiſſimæ Virginis Roſarij deuotiſſimus, in Turcico ſæviſsimo Bello adverſus Poloniæ Regnum concitato ad Virginem converſus, votoque pro ſubſidio emiſſo; illicò pugnam aggreditur, & eſſe hoſtiles, cum tanta Turcarum internecione proſternit co-

pias;

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

pias; quod à Polonia condita numquam Poloniæ Principes conſimilem victoriam obtinere. Quare pijſſimus Roſarius Rex pro gratiarum actione Virginis Sacellum ſupplex viſitat. Simon Staroloſcus in Diva Claramontana.

Anno 1630. Idem Vvladislaus IV. Poloniæ Rex adverſus Moſcchos Poloniæ confina devaſtantes equitibus atq; peditibus ſuis in vnum redactis, Virgineque Claramontana, in cuius Æde Roſaria, aliaſque preces ſupplex offere cõſueuerat invocata, illicò illi preſto fuit, etenim hoſtibus fugatis copijs, Moſchoviam victor egreditur, pugnat, vincit, eodemque ſigno mirabiliter triumphat. Vnde ad perpetuam rei memoriam in ſignum tan celebris victoriæ ope Roſariarum præcum conſequutæ Palmas, atque Coronas Divæ Claræmontanæ ſibi dilectæ ſacrauit. Andreas Golponouſti in Diua Claramontana, Simon Staroloſcus, in Deipara Claramontana, & everardus Vvſumbergius de geſtis Vvladislai IV. Ex Marraccio de Regibus Marianis pag. 319.

Anno 1638. Ludovicus XIII. Galliarum Rex Chriſtianiſſimus apud Roccellam, vnitis militum copijs, cum Roſarianis paæcibus, adeo invaluit pijſſimus Rex, vt depreſsis hæreticorum animis, tormentorum vi collapſis mœnibus ex hæreticis plurimis ſis, ad Virginis tandem gloriam, Vrbe capta, mirabiliter triumphat. Quare pro gratiarum actione tantæ victoriæ magnificentiſsimum Templũ in Deiparæ cultum, quo Chriſti fideles pro Roſario Virginis perſolvendo faciliùs convenirent, à fundamentis conſtruxit. Franciſcus Poyre de triplici Coron B. Virginis tract. 3. & Marraccio de Regibus Marianis pag. 174.

*Materna Viſcera Deiparæ in Fratres Prædicatores ex ſumma Roſarij devotione.*

QVod Virginis Deiparæ ſingularis affectio in Fratres Prædicatores ab Ordine condito fuerit illi congentia nullus ſani capitis eſt, qui neget; ad quod huvcſque eadem Paterna propenſione, indiſſolubile pacis fœdere, vt ita diccamus, ſine vlla prorſus diminutione, quinimo integerrima perſeverauerit, hoc eſt quod ex frequentibus Deiparæ Virginis apparitionibus, hiſce noſtris fragmentis, etiam pro hoc & dimidiato ſæculo demonſtrare ſtatuimus; exitus namque acta probant. Quare de

An-



Anno 1613. Beata Virgo Maria, ob ſummam Roſarij devotionem Venerabilis Sororis Roſæ Peruanæ in Filiam ſibi adoptauit: eamque Filio eius Vnigenitum ſummoperè commenduit. *Ex Proceſſu Canonizacionis eius im reſſo Romæ* 1664.

Anno 1616. Beata Virgo Maria in Hiſpania magna circumfuſa luce, Curiaque Cæleſti aſſociata Cellam Venerab. Sororis Franciſcæ de Sancto Dominico ingreditur, quæ ob ſummam Roſarij deuotionem, in Sponſam Dei Filij dilectã, deſponſari meruit. Ioannes Epiſcopus Monopolitanus p. 5. Annal. lib. 5. cap. 46.

Anno 1617. In Venerab. Monaſterio S. Dominici de Sanctarent Beata Virgo Maria viſibiliter viſitare dignata eſt Venerab. Sororem Mari am de Apoſtolis ſibi in Roſario deſervientem, quæ & Roſarium, quod Dœmon violenta manu de manibus præfatæ Sororis eripuerat, Ancillæ ſuæ Regina Cœlorum illicò reſtitui mãdavit, & ita effectus comprobavit. Ioannes Lopez par. 5. Hiſtor. Ord. Prædic. lib. 2. cap. 35. §. Suor Maria de gli Apoſtoli.

Anno 1618. Beata Virgo Maria, adeo ſibi in exercitio Roſarij deſeruientibus aſſiſtit; Venerab. P. Fr. Alphonſus de Peces ſolo Roſarij præſidio munitus, adverſus innumerabilem Dœmonum multitudinem in agone poſitus, Virginis ope mirabiliter triumpharet. Ioannes Lopez p. 5. Hiſtor. Ord. Prædic. lib. 3. cap. 38.

Anno 1621. Beata Virgo Maria, Adeò deamat ſibi in Roſario famulantes, vt Roſario Venerab. Sororis Vgathæ à Cruce Tertij Ordinis S. Dominici tantam virtutem conferre dignata ſit vt in ſola Roſarij virtute eius ancilla mirabilia opera ſit. Quare, & Roſarium eius, poſt mortem; *Parturientur Roſarium*, dici meretur. Ioannes Epiſcopus Monopolitanus p. 5. Hiſtor. Ordin. Prædicatorum lib. 3. cap. 69. pag. 745.

Anno. 1630. Fontanellati Parmenſis Diœceſis, in Conventu, & Eccleſia Domus Fratrum Prædicatorum, Beata Virgo Maria ſub nuncupatione Roſarij toto Orbi Chriſtiano, publicum aperuit valetudinarium. Ex libris Miraculorum S. Mariæ Fontanellati ab Ordinario Parmenſi approbatis.

Anno 1652 die 4. Auguſti currente Dominica prima huius Menſis, Virgini Roſarij conſecrata pro converſione Magni Imperatoris, Imperatricisque Imperij Menomotapæ Maioris Ætyopiæ, Beata Virgo Maria pro Sacro ſolemni-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nique Lavacro Imperatoris, aliorumque Palatinorum, ac Procerum præfati Imperij, inter cæteros elegit ſibi Fratres Prædicatores, vt ſciamus conſtanterque teneamus, quod etiã in extremæ Ætyopiæ partibus, media ſalutatione Angelica, per Fratres Roſarij, iuxta Santictiſſimum Pij Papæ V. vaticinium in Bulla *Conſueverunt*: Lux Catholicæ Fidei cæpit aperiri. Ex relatione Fidedigna, exque publicis Tabellis: non ſine Superiorum permiſſu Romæ prælo, ac luci æditis, atque impreſſis. Sic namque Virgo Deipara ſolitis favoribus ſequentibus ſignis ex ſumma Roſarij deuotione ab Ordine condito, vſq; in præſentem diem, Prædicatoriam Familiam proſequuta eſt. Quibus fauoribus diligẽter perpenſis, & Romani Pontifices ſolitas gratias Roſarij Confraternitati non denegarunt, ſint ergo.

*Romavorum Pontificum fragmenta*

INter cæteros Romanos Pontifices, qui ſingularibus gratijs hanc Roſarij Confraternitatem dimidiato hoc ſæculo quo decorarunt recẽſentur infraſcripti; nimirum.

Paulus papa V. ſummæ affectionis, non tantùm erga Religionem Ord. Prædicatorum, verùm etiam erga Roſarij Confraternitatem, qui vltrà ſolitas gratias Indulgentiarum eidem Confraternitati conceſſas ad ſupplicationes Magiſtri Generalis Ordinis Prædicatorum Prioribus Indulgentijs, cæteriſque immunitatibus, nec non privilegijs; quibuſcumque in contrarium non obſtantibus, reſtituit. Ex Bulla: *Cum olim*, & ex Petro Louuet. in Theſauro Roſarij pag. 125.

Gregorius XV. Iurium Confraternitatis Roſarij piiſſimus *Defenſor*, qui in Bulla revocationis omnium vivæ vocis Oraculorum ab eius Prædeceſſoribus emanaterũ; Roſarij Confraternitatem, eiuſque vivæ vecis Oracula ſpeciali ſtudio videtur, quod excipere voluerit: Ex Bulla *Romanus Pontifex*. Ex Bullario.

Vrbanus Papa VIII. Mirabilis obſeruantiæ erga Virginẽ Roſarij, eiuſque Confraternitatem, vt non ſolùm in eam ſe inſcribi curaverit; verùm & horam pro agonizantibus dictæ Confraternitatis, quam vocant perpetuam, ſibi aſſignari poſtularit. Ex Ioanne Paulo à Maro in Joiello Roſarij, & Caliſtus de Meſſanello de legibus Confraternitatis, qui nonnulla alia refert de ſũma pietate tanti Pontificis.

Alexander Papa VII. quem





D. O. M. pro maiori Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione incolumen, per tempora conſervare dignetur, hinc non ſolum recitantes horam perpetuam pro Agonizantibus ſpecialibus Indulgentijs locupletavit; verum, & huiuſmodi Sacratiſſimum Roſarij Inſtitutum eſſe, duntaxat Filiorum Divi Dominici ampliſſimum Patrimoniũ ſpecioſiſſima Bulla contra vſurpantes oppoſitum, ad futuram rei memoriã auctoritate Apoſtolica, die 28. Maij 1664. Decreuit, atque declarauit Ex Bulla; *In ſupremo militantis Eccleſiæ*, & in Bulla in forma Breuis. *Ad augendam Fideliam deuotionem.*

*Eminentiſſimorum DD. Cardinalium Fragmenta.*

NEque deeſſe huic dimidio ſæculi ex Sacro Eminentiſſimorum D D. Cardinalium cætu ſolitos applauſus erga Virginem Roſarij, eiuſque Confraternitatẽ, iam pro comperto habemus; verum quinam ſint præfati Eminentiſſimi, Sanctæque Romanæ Eccleſiæ Principes, hoc eſt, quod his noſtris fragmentis notificamus. Inter cæteros autem in deuotione Sanctiſſimi Roſarij feruientes, ordine primo enumerandus venit Eminentiſſimus D.

Fridericus tit. Sanctæ Praxedis Cardinalis Borromeus Archiepiſcopus Mediolanenſis, qui Sancti Caroli in devotione Roſarij, eiuſque Spiritualium exercitiorum ſequẽs veſtigia, pro maiori animarum ſibi cõmiſſarum commẽdo, pro Inſtitutione Altaris Sanctiſſimi Roſarij in Metropolitana Eccleſia à Magiſtro Ordinis Prædicatorum erectionem impetrauit. Ex actis Cancellariæ S Mariæ Super Minervam, exque Decretis Sacræ Congregationis in vna Mediolani.

Ioannes Baptiſta tit. SS. Nerei, & Achilei Cardinalis Spinula, tantæ deuotionis erga Virginem Roſarij, vt Sanctimonialibus Eccleſiæ Toletanæ Roſarium Virginis, tanquam debitum penſum in ſingulis diebus Matri Dei per Choros perſoluendum mandarit. Ferrerius in tractatu in ſcripto de Los Roſarios à Choros.

F. Auguſtinus tit. S. Mariæ de Aracœli Cardinalis Galaminus ex Ord. Prædicatorum aſſumptus in promotionẽ Sanctiſſimi Roſarij, eiuſque Indulgẽtiarum vigilantiſſimus qui & à Paulo Papa V. Indulgentias omnes, & ſingulas à Prædeceſſoribus, Confraternitati quomodolibet conceſſas



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

confirmari, ac manuteneri perpetuis futuris temporibus curauit; ſicuti, & de facto auctoritate Apoſtolica impetrauit. Ex Bulla *Cum olim*. Et Petro Louuet. pa. 125. Theſ. Roſarij.

Fr. Deſiderius Scalea Cardinalis de Cremona nuncupatus Ord. Prædic. Iurium Confraternitatis Roſarij adeò defenſor, vt in Publicis Congregationibus DD. Eminentiſſimorum Cardinalium pluries in Priuilegiorum eiuſdem manutentiones inſudauerit. In vna Bononienſi. Ex Petro Louuet. in Theſauro Roſarij pag. 155.

Franciſcus tit Sancti Euſtachij Cardinalis Boncompagnus Archiepiſcopus Neapolitanus, qui in eius Vrbe Neapolitana, non ſolum verbo, & exemplo Roſarij deuotionem in populo ſibi commiſſo promoueri curauerit; verum vti populo ſibi demandato, per neceſſariam in actis Synodalibus, publicis encomijs plurimum celebrauit, atque ad maiorem animam fructum hauriendũ ex conſimilibus exercitijs Oratoria, Eccleſias, atq; Monaſteria, in quibus per Choros commodius Pſalteriũ Virginis recitaretur, ſub nuncupatione Roſarij à fundamẽtis erexit. Angelus Florillus in Chronologia Roſarij, pag. 572. & Caliſtus de Meſſanello de Regulis Confraternitatis.

Aſcanius tit. S. Mariæ de Aracœli Cardinalis Philamarinus Archiepiſcopus Neapolitanus, cuius virtutum præclariſſima merita in Eccleſia Neapolitana regenda ad perennem gloriam, per omniũ ora volitant, tantæ pietatis, tanque mirabilis Obſervantiæ erga Virginem Roſarij hucvſque dedit indicia, vt inherendo Sanctiſſimi Pij Papæ V. veſtigijs in promotione exercitiorum Roſarij, maximè quo ad ſolitas Proceſsiones habendas, hanc Roſarij Confraternitatem à legibus, cæterarum Confraternitatum ſpecioſsiſimo decreto plena manu excipiendo; eam extulerit, atque exaltarit. Vnde eximiæ, Religionis tanti Principis maius argumentum deſiderari nequeat. Ex actis Divi Gregorij Piccerilli 1657.

Paſchalis tit. Sanctæ Balbinæ Cardinalis de Aragonia ad præſens in Regno Neapolitano nomine Catholicæ Maieſtatis dignisſimus Pro Rex, totiuſque Senatus Eminentiſſimorum DD. Cardinalium gloria; in pietate erga Deiparam Roſarij maiorum ſuorum nemini ſecundus, qui Dominica prima Octobris elapſi anni





1664. pro gratiarum actione memorandæ, per ſæcula victoriæ Navalis adverſus Thurcas, aliàs Auſtriacis, aliorumque confæderatorum armis, ope Virginis Roſarij conſequutæ non ſolum Virginis Roſarij Sacellum viſitauit; verùm, & eiuſdem Roſarij, omnium Nobilium comitatu ſolemnem Proceſsionem, alijs ad exemplum aſſociauit.

F. Michael Torres Epiſcopus Potentiæ ex Ordine Prædic. aſſomptus, tantæ efficaciæ in promotione Roſarij in Ciuitate Neapolitana tempore Veſſuuiamni incendij, ſola Roſarij Prædicatione ad pœnitentiam, aliaque opera pia exercenda: adeo populos commouerat, vt nullus extiterit locus, aut vicus, in quo Roſarium Virginis die, noctuque, per choros non recitaretur, vnde, & plura loca ſub tutela Roſarij, ad converſionem perditarum animarum, à fundamentis erexit. Angelus Florellus in Chronologia Roſarij pag. 571.

Marcus Maurocenus Epiſcopus Brixienſis eximiæ obſervantiæ in Virginem Roſarij, in cuius pietatis teſtimonium Anno 1649. Dominica prima Octobris in Eccleſia Sancti Dominici Domus Fratrum Prædicatorum de excelentijs, vtilitateque deuotionis Roſarij concionem ad populũ habuit; atque eadem die, per totam Vrbem, non ſine animarum ædificatione, Roſarij proceſſionem, cum innumerabili populi deuoti concurſu aſſociauit. Vnde, & nonnulla Miracula ope Virginis Roſarij in loco Ponteuici Diœceſis Brixienſis patrata, iuridica præm iſſa informatione ad augendam fidelium deuotionem, in autentica forma plena manu publicauit. Ex actis Curiæ Epiſcopali Brixienſis.

*Regeum aliorumque Principum Fragmenta.*

FAmiliares extitiſſe Regnũ applauſus erga Roſarij Confraternitatem, ex hucvſque relatis, ex approbatis ſcriptoribus ſatis conſtare compertum eſt; verùm ſi Sermo ſit de dimidiato hoc ſæculo 1600. fateri poſſumus cum Pſalmiſta: quod iuxta Davidicum vaticinium ad laudes Dei Matris celebrandas in devotione Roſarij omnes in vnũ conuenerint. In conueniendo populus in vnum, & Reges, vt ſeruiant Domino. Pſal. 101. inter cæteros autem enumerandus eſt.

Vvladislaus glorioſiſsimus Poloniæ Rex, qui vt grates Virgini Deiparæ referret gratias, in exercitijs Roſarij, re-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

petitioneque Angelicæ ſalutationis, vt plurimum occupabatur. Euerardus Vveſembergenſes de geſtis Vvladislai IV.

Philippus IV. Auſtriacus Dei gratiæ Hſpaniarum Rex, ob inſignem eius pietatem erga Virginem Roſarij merito Europæ ornamentũ, Catholicæque Eccleſiæ gaudium, hic Pijſſimi Philippi III. ſequens veſtigia, Sodalitati Roſarij Summa, cum veneratione in album nomen dedit. Barthol. de Los Rios, in Epiſt. Dedicator. Hier. Marianæ.

Ludouicus XIII. Galliarum Rex Summæ Religionis, ac pietatis in Deiparam Roſarij, hic dum bellis præmeretur in adverſis in Roſacea Corona, quam, vt plurimum manibus, pro ſammo honore geſtabat, ſummoperè confidebat. Franciſcus Poyre. de triplici Corona Beatæ Virginis tract. 3. cap. 9. & Marraccius de Regibus Marianis pag. 173.

Ludouicus XIV. Galliarum Rex, ex Voto ad Deiparam, veluti aliter S. Ludouicus tẽpore Diui Dominici natus, erga Roſarij Reginam è pectore Sereniſſimæ D. Annæ piæ Auſtriacæ Philippi III. Catholici Regis filiæ ſimul cum lacte, pietatem ſingularem bibit, eius obſeruantiæ non ſemel ſpeciem dedit; Vnde, & ſingularem gratiam in regendos populos ſibi promeruit. Marraccius de Regibus Marianis pag. 181.

D. Margarita Auſtriaca Philippi III. Hiſpaniarum Regis vxor, tantæ affectionis in Uirginis Roſarium, vt in repetione Angelicæ Salutationis, ſiuè *Aue Maria*, Spiritus hilaritatem frequnter in ſe experiri ſentiret. Barthol. de los Rios in Hierarc. Mariana lib. 1. cap. 7. & Marraccius de Regibus Marianis pag. 227.

D. Cæcilia Renata Vvladislai IV Poloniæ Regis Vxor In Roſarij Deiparam totius devotionis exemplar. Quare in eius pietatis teſtimonium copioſiſſimis elargitionibus in honorem Reginæ Angelorum Altaria erexit, atque Capellas Marianas dotauit. Simon Starolouſcus. Ex Marraccio de Regibus Marian. pag. 319.

D. Anna Pia Auſtriaca Ludouici XIII. Galliarum Regis Vxor; hæc veluti nova D. Regina Blanca Ludovicũ XIV. nunc regnantem ex Virginis Miraculo ſibi datum, Virgini Roſarij, Lauretanæque Deiparæ dicauit, atque eius Regni directionem Dominæ Dominantium Supplex, enixèq; conſecravit. Ex Hyacintho Choquetio de Triumpho Roſarij, & ex Marraccio de Regibns Marianis pag. 179. Hæc præſtitere Eulogia Sacræ Maiſtates, Modo

Ex-



### *Ex Ordine Prædicatorum Fragmenta.*

PRædicatoria Familia, quæ in dies vberes Roſarij protulit fructus, vberrimos in hoc dimidiato ſæculo procùl dubio protulit, atque profert; inter cætéros autem Virginis Roſarij partiales, celebriores fuere infraſcripti nimirùm.

V. Soror Paula à Conceptione, tantæ deuotionis erga Virginis Roſarium, quod in folijs nonnullarum Roſarum in eius Cælla exiſtentium, quádoque ad viuum Roſarij Myſteria, veluti in ſpeculo relucentia extitiſſe, ſeu repræſentata fuiſſe feratur. Ioannes Epiſcopus Monopolitanus p. 5. Hiſtor. Ord. Prædicatorum pag. 306. cap. 40. libro 2.

V. P. Fr. Magiſter Seraphinus Capponius à *Porrecta*. Sanctiſſimi Roſarij partialiſſimus; cuius Roſarium poſt mortem in teſtimonium eius ſingularis pietatis, mirabilia patraſſe fertur. Lopez part. 5. lib. 3. Hiſtor. cap. 28. pag. 568.

V. Sor. Catharina de Herrera, tantæ deuotionis erga Roſarium Virginis, vt non ſolum pro ſe ipſa; ſed & pro alijs, nimirùm peccatoribus; ilud recitare conſueverat: vnde & eius Roſaria mirabilia patrarunt. Ioannes Lopez par. 5. Hiſtor. Ord. Præd. cap. 13 lib. 3.

Ven. P. Fr. Marcus de Martheſino, ſummæ integritatis apud Clementem Papam VIII. in exercitijs Roſarij aſſiduus, qui maximo cum fructu, animarum ſaluti Roſarij deuotionem debitam fore ſuper neceſſariam Neapoli prædicauit, eiuſque exercitio exaltauit. Ioannes Lopez par. 5. Hiſtor. Ord. Prædicatorum lib. 4. cap. 18. ll. 1.

Ven. P. Fr. Ioannes de Livana in promotione Sanctiſſimi Roſarij ardentiſſimus, cuius Roſaria à deuoto Populo, vti Sanctorum Reliquiæ venerata fuiſſe fertur. Ioannes Epiſcopus Monopolitanus par. 5. lib. 3. Hiſt. cap. 39.

P. Fr. Auguſtinus de Torres, qui Summo cum Apoſtolico Spiritu in populos, Roſarij deuotionem, Chriſtiano Orbi, per vtilem ad ſalutem, ſummoperè promouebat. Lopez par. 5. Hiſtor. Ord. Pred. lib. 3. cap. 40.

Ven. P. Fr. Ioannes Leonardus de Neapoli, qui vltra a ia virtutum ſemina, in exercitio Roſarij aſſiduus, vnde Virginem Deiparam ſimili pẽſo venerabatur, & populos erga eamdem Dei Genitricem

ger-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

verbo, & exemplo conſimilem ſtimulo ad pietatis opera occupatos tenebat in obſequium illi debitum. Lopez par. 5. Hiſt. lib. 3. cap. 32.

Ven. P. Fr. Petrus Rodonenſis, promotiones Sanctiſſimi Roſarij zelantiſsimus hic in Inſula Philippinarum Sodalitates, cum tanto Spiritu erexit; vt meritò veluti alter Beatus Alanus in partibus illis Roſarium Virginis, ſequentibus ſignis mirabiliter propagarit. Ioan. Epiſcopus Monopolitanus par. 5. Hiſt. lib. 3. cap. 33.

Ven. P. Alphonſus Nauarrete, apud Indos in Iapponio Regno Apoſtolico Spiritu Roſarium Virginis prædicans innumerabiles ad fidem conuertit. Quare & in Martyrio à Deipara Virgine conſtantiã, & à Regina Martyrum firmitatem ſibi promeruit. Ioannes Lopez lib. 3. Hiſtor. p. 5. cap. 53. pag. 678.

Ven. P. Fr. Hernandus Sanctiſsimi Roſarij in Ciuitate Vomarenſi promotor, qui, & ſe ipſum in obſequium Virginis Dei matris veluti Hoſtiã offerens, Martyrij Laureola fuit coronatus. Ioannes Lopez part. 5. Hiſt. lib. 3. cap. 53. §. 10. pag. 678.

Ven. P. Fr. Sebaſtianus Montagnus apud Indos Roſacea corona Virginem Deiparã in Pſalterij exercitijs coronando, in Ciuitate Guadiena; vti Deiparæ fideliſsimus Atletha, Martyrij Aureola coronatus eſt. Ioannes Lopez part. 5. Hiſt. lib. 3. cap. 23.

Verùm, vt quid Religioſos in deuotione Roſarij dicatos recenſere, ſi ex Prædicatoria Familia Prouincias apud Indos, & Monaſteria ipſa tàm Fratrum, quàm Sanctimonialium, tùm in Hiſpania, tùm in Gallia, tùm in Luſitania, tùm in Italia, tùm apud Indos ſub Sanctiſsimi Roſarij Vexillo, cognomentoque militare dignoſcuntur? Ex quibus ſemmam Dominicanæ Religionis obſeruantiam erga Roſarij propagationem ſibi coæuam, vndequaque inalteratam, atq; invariabilem, vſque in præſentem diem comprehendimus: atque comprobamus. Ex Ioanne Epiſcopo Monopolitano. part. 5. Hiſtor. lib. 2. & 3. exque dictis Capitulorum.

### *Deuotorum Extraneorum Fragmenta.*

NEque deeſſe approbatarũ Religionum, pro hoc dimidiato ſæculo communes in Roſarium Virginis pietatis, atque obſeruantiæ applauſus, ratio ipſa ordoque rerum poſtulat vt oſtendamus. Quare per ſingulas percurrendo; ab antiquiore exordium ſumimus.



Benedictina namque Religio, ſicuti in Regulari Obſeruantia, monaſticaque diſciplina ſemper floruit, ita ab vſitatiſsimo Roſarij penſo Virgini Deiparæ perſoluendo nunquam ceſſauit, Teſtis ſit P. Cornelius Lumineus Caſſinẽſis, qui de excellẽtijs Roſarij, egregium libellum conſcripſit. Marraccius in Bibliotheca Marianæ part. 1. pag. 301.

Canonicorum Regularium S. Auguſtini Religio, laudabiliſſimam Roſarij deuotionem à prioribus Patribus dictæ Religionis antiquitùs acceptam, eandem hucvſque in viridi obſeruantia interruptam ſemper ſeruauit; Quare in teſtimonium huius veritatis P. Joſeph. Geldulphus, & P. Theſeus Manſuetus, hanc Roſarij deuotionem elaboratis eorundem ſcriptis ſummoperè commendarunt. Ex Marraccio in Bibliotheca Mariana. part. 1. pag. 819. & part. 2. pag. 398.

Seraphica item Religio à tempore Divi Franciſci, eandem deuotionem erga Roſarij Patronam, quam ſemèl profeſſa eſt, eandem prorſus vſque in preſentem diem cantat, hinc eſt quod eleganter de Virginis Pſalterio, nomine totius Seraphicæ Religionis, ſcripſere P. Fr. Bartholomeus à Saluthio, P. Fr. Hugo Cauellus; & P. Fr. Ludouicus Hieronymi ab Ore ex Ordine Minorum. Ex Bibliotheca Mariana Marraccij part. 1. pag. 197. & 608. & part. 2. pag. 58.

Carmelitarum ſimiliter Religio, vt ſuæ pietatis in Virginem Roſarij Chriſtiano Orbi proferret argumenta, præmiſit nonnullos Scriptores, nõ tã pietate, quam ſcientia præclaros, qui Roſarij laudes propalarent, inter quos enumerantur meritò P. Fr. Benignus de Martinis, P. Fr. Hieronymus Gratianus Hiſpanus & P. Fr. Philocalus Caputus tus Neapolitanus. Ex Marraccius in Bibliotheca Mariana part. 1. pag. 216. & 583. & part. 2. pag. 300.

Congregatio item Clericorum Regularium, Diui Pauli, præſertim, cæterarum Religionum inherendo veſtigijs, hanc Roſarij deuotionem, nõ ſolum eius Patres pro ſe ipſis ad profectum hilarij vultum ſuſcæperunt, verùm & alijs Chriſticolis amplectendã calamo deuoto propoſuerunt, inter quos enumerantur Pater Blaſius Palma, & Pater Dominicus Flamara Neapolitanus. Ex Bibliotheca Mariana Hyppoliti Marraccij part. 1. pag. 237. & pag. 344.

Verùm celeberrima Societas Ieſv, Orbis decor, Religio-

niſ-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

niſque gloria, ne inter cæteras Religiones in celebrandis laudibus Roſarij Virginis videretur ſecunda, hanc Roſarij Confraternitatem, eiuſque deuotionem purgatiſſimo calamo, elegantiſſimo ſtylo, phraſe ſuperba, ex pietate meditandorum, ex grauitate Orationum, vnicuique per vtilem, omnibus perviam, adeò celebrem per ſæcula reddidit; vt in promovenda Roſarij deuotione cæteras Religiones antecellare videbatur. Eruditiſſimique Societates PP. qui alti de excellentijs Roſarij ſcripſere, fuerunt P. Antonius Rouolutius Belgicus; P. Balthaſar Kitzuerus Germanus P. Bernardinus Zononus, P. Franciſcus Pavonus, P. Franciſcus Poyreus Burgendius P. Hieremias Druxelius Germanus, P. Ioſeph. Chiſuelus Anglus, & P. Michael Coyzardus Gallus, qui omnes pro hoc dimidiato ſæculo claruerunt. Ex Alegambre, atque Biblotheca Mariana Hyppoliti Marraccij.

Cum igitur nulla extet Religio, quæ ex ſumma deuotione Roſarij, vberes virtutum in ſe non ſenſerit fructus; nullusque in Eccleſia approbatus Ordo; qui pro gratiarũ actione glorioſiſſimæ Dei Matri eximiæ obſervantiæ pro celebrandis Roſarij laudibus, inſignia non tribuerit teſtimonia. Certè: ſi nomine tot Religionum Virgine Deiparam ſub nuncupatione Roſarij alloqui mihi liceret; non alium texerem Sermonem niſi ad eãdem Benedictiſsmam omniũ Religioſorum Patronam converſus Eſaiæ vſurpando verba, ſic auſerim dicere.. Leva in circuitu (ò benigniſsima Maria) oculos tuos, & vide: Omnes iſti per Roſarium ſcilicet venerunt tibi; quare Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent, Tunc videbis, & afflues, & merito mirabitur & dilatabitur cor tuũ, quando multitudo gentium venerit tibi. Eſaia cap. 60.

Cæterum pro coronide nõ prætereundum eſſe cenſeo, quod in Irlandiæ Inſula de Anno 1575. in quodam agro ditionis Catholici Comitis de Eſmon, præter omnium exiſtimationem, nec non ſine miraculo orta fuerit Arbor altitudinis vnius hominis, è cuius ramis vice frondium, fructicæ veluti Coronæ Roſarij pendebant, filij videlicet, quibus decades globulorum inſertæ cum notabili diſtinctione maiuſculorum ad ſenſum videbantur, atque contemplabantur, quæ Roſaria ex pietate memorari Comitis inter Catholicos ad Roſarij Mariani deuotionem augendam libe-





raliſsimè diſtributa fuere; Ex Rebellio, & Romanio tom. 3. lib. 4. narrat. 3. Vberrimi fructus Eccleſiæ Catholicæ in partibus Anglicanis ex Roſarij prædicatione tunc inſtantis verum omen.

Etenim ſub dira Anglicanæ Ieſabellis perſecutione in martyrio conſtantiam, in diuerſis tormentorum generibus tollerantiam inter deuota Virginis Roſaria, chatolicæ fidei proteſtativa cum Sereniſsima (æternæ memoriæ) Maria Stuarda, Tomaque Mauro, tot Atletæ, tot Martyres, tùm Ordinis Prædicatorum, tùm Minorum, tùm Societatis Ieſu ſibi adinuenere. Vnde ex Roſarij, meritis glorioſiſsimis martyrij palmis, & Roſeas. Marianas Coronas coniungere meruerunt, de qua perſecutione abundè tractatum habent. Fernandez in concertat. Prædicatorum Ioannes Epiſcopus Monopol. par. 4. Hiſt. lib 2. Sander. de Schiſ. Anglic. lib. 1. Dominicus Grauina, in Opuſculo vox. Turtur, & acta Capitu: Gen. Ordin. Prædic.

Et nedum ex Patribus Anglicanis vberrimi Roſarij fructus ab Eccleſia expectandi erant, verùm è novo mundo, ex Indis nimirum populis nobis ignotis. Etenim vix fructifera hæc Deiparæ Ierico-tina Roſa, per Fratres Prædicatores ibi fuit plantata, atque eorundem ſudoribus irrigata, quot namquè ſtatim attullerit Eccleſiæ Roſaceos fructus vt vix à quouis humano intellectu enumerari, aut à quavis creata lingua fari poteſt.

De Anno namque 1619. Dominico die 1. Menſis Octobris, Roſarij ſolemnis dicato, in ſola Ciuitate Moncenſi Iaponenſis Regni, ex Chriſti fidelibus Virgine Deiparæ in Roſarij exercitio dicatis. Quinquaginta quatuor tùm Roſarum coronis, tùm laureola martyrij enumerantur coronati. Ex Ioanne Lopez par. 5. Hiſtor. lib. 3. c. 53. §. 13. & cap. 59. §. à 6. de Octobre. & de

Anno 1622. die 17. de Auguſti in Ciuitate Nagaſachi ex Ordine Prædicatorum poſtquam multum populum, per Roſarium Domino acquiſiſſent in præparatione Evangelij, ſæuiente Iapponica perſecutione, lenta flama, Fr. Aloyſius de Flores, P. F. Thomas de Spiritu Sancto, P. Fr. Angelus Orſuchius Lucenſis, P. Fr. Ioannes de Sancto Dominico, P. Fr. Franciſcus Morales, P. Fr. Alphonſus Mena, P. Fr. Ioſeph de Sancto Hyacinto, P. Fr. Hyacintus Orphanellus, Fr. Martinus de S. Thoma, & Fr. Tho-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

mas de Roſario Martyrio Coronati ſunt. Ex autenticis informationibus Archiepiſcopi Maniliæ, Ioanne Lopez, Epiſcopo Monopol. par. 5. Hiſt. cap. 53. & ſequentibus, & P. Dominico Grauina in Epuſ. Vox Turtur p. 2. cap. 23. §. anno verò pag. 189.

Hinc eſt, quod Sanctiſsimus D. N. Alexander diuina prouidentia Papa VII. tanquam in ſpecula ſedens, hoc mirabili Roſarij fructu ex converſione gentium in prædicatione Pſalterij Virginis diligenter inſpecto, dum de promotione Sanctiſsimi Roſarij, apud Indos, per Fratres Prædicatores agitur, ad magis, magiſque augendam illarum gentium in Virginem Roſarij deuotioné, Largiori manu, abundantiorique promptitudine Cæleſtes Eccleſiæ theſauros Indulgentiarum Apoſtolica auctoritate aperire conſueverat. Ex Bulla in forma Brevis vniverſis. Dat. Romæ 1656. & Brevi ad augendã Dat. Romæ 1663. Pontificatus eiuſdem Anno octavo.





## PROSEQVVNTUR
# FRAGMENTA
## PRO
# MEMORABILIBVS QVINTI SÆCVLI
## CIRCA ROSARIVM MARIANVM
## VIDELICET
## Ab anno 1664. vſque ad 1693.

*Romani Pontifices Roſario addictiſsimi.*

CLemens Nonus non ſolum ſpeciales indulgentias cõceſsit Confratribus Sanctiſſimi Roſarij: ſed etiam ipſe in articulo mortis cõſtitutus voluit abſolvi, vt confratrer; petens enixè à Magiſtro Generali Ordinis Prædicatorum talem abſolutionem, & candelam benedictam, quæ ſolet dari pro talibus in hora mortis. Acta Capituli Generalis celebrati Romæ anno 1670. fol. 43 ſub Reuerendiſs. Fr. Ioann. Thom. de Rocaberti. Et Lorea in vita B. Pij V. cap. 24. fol. 301.

Clemens Decimus Confratribus Roſarij particulares indulgentias dedit, & alijs Fidelibus aſſiſtentibus feſtis Beatiſſimæ Virginis, recitantibus Roſarium, vel dicentibus Miſſam in Altaribus Roſarij. Idemque ſtatuit poſſe has omnes applicari fidelibus defunctis per modum ſuffragij. Ribas in Manuali indulgentiarum Roſarij fol. 97. & 99. Acta Generalia citata fol. 45. vbi & de vtriſque Clementibus in Roſarinm favores aſiguant.

Innocentius XI. non ſolum confirmauit indulgentias Roſarij viſis his, & ablatis alijs per examen antecedens; ſed etiam illas auxit ſpeciali fidelium ſolatio non ſolum pro vivis, ſed etiam pro defunctis. Ribas citatus fol. 99. & 100. & fol. 13. & 14.



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Alexander VIII. tam citò è viuis euolauit; vt nec in fauorē Roſarij, nec aliarum Confraternitatum quidquam indulgētiarum emiſerit, attamen quia Ordinem Prædicatorum ſpeciali cultu proſequebatur, quare ipſum Eccleſiæ dextrum brachium appellauit indubitatum eſſet, quin Confratres Roſarij ſpecialibus fauoribus donaret, niſi immatura mors, quæ æquo pede pulſat Regum turres pauperumque tabernas illum è viuis rapuiſſet. Quęſada in efigie S. Thomæ cura ipſius illuminata, quam eidem Sanctiſſimo Domino dicauit Romæ anno 1690.

Innocentius XII. qui nunc viuit, & præeſt Eccleſiæ nil adhuc in fauorem Roſarij emiſſit. Attamen non longe abeſt, quin Confratres Roſarij ſpecialibus indulgentijs donentur, cum eius cura ſit populum Chriſtianum in via Dei indeſſa cuſtodia munire.

### *Eminentiſsimi Cardinales, Epiſcopi, qui Roſarium proſequti ſunt, & qui in memoria ſunt.*

EMInentiſsimus Cardinalis Aſtalius, qui ſua relatione Sacram Congregationem allexit, vt iuberet quod Confraternitas Roſarij erecta in Collegiata Mediolanenſis Eccleſia S. Laurentij, quamvis eſſet in Clericorum Eccleſia, deberet viſitari, & erigi à Magiſtro Generali Ordinis Prædicatorum. In Actis citatis fol. 12.

Eminentiſsimus Cardinalis Albicius approbavit, & examinavit placidiſſimè indulgentias Roſarij iuſſu Sacræ Congregationis. In Actis Generalibus citatis fol. 45.

Illuſtriſsimus Archiepiſcopus Hiſpalenſis Palafox, ſpeciali cultu Roſarium Marianum proſequitur, illudque frequentantibus indulgentijs fouet.

Illuſtriſsimus Epiſcopus Malacitanus à S. Thoma, vti verus Sancti Dominici filius hanc Virginem, eiuſque Roſarium pro viribus in cordibus fidelium introduxit, qui niſi grauiter detentus in primis menſis Dominicis proceſſioni aſſiſtens ſuo exemplo fideles alliciebat.

Illuſtriſſimus Epiſcopus Gaditanus à Barcia merito inter huius Reginæ devotos coaptari debet: cum feruorem Roſarij promoverit, ſpecialeſque indulgentias, illud venerantibus impertiuerit: illis benedicens, qui hanc B. Virginem benedicunt.

### *Reges, & proceres in Roſarium inclinati.*

CLariſſimus Romanorum Imperator Leopoldus. Sereniſſimus Ioannes Poloniæ Rex;



Rex; ceteriquè proceres ad Bellum contra Turcas confluentes expeditionem nullam commiſſere: quin fauorem Marianum in Roſario primum non quererent, ob quod ſpeciales victorias, in præcipuis feſtiuitatibus illis contulit.

Cæſarea Caroli Secundi Hiſpaniarum Regis in Roſarij meditatione dies noctesque inſumit, à Beata Virgines fælices Regni ſucceſſus in omnibus ſemper ſperans.

Domina Domina Mariana Auſtriaca non parum fecit: vt feſtum Roſarij, quoad officium Diuinum ad Clerum extenderetur, vt in Actis Capituli de Rocaberti, folio 39.

### *Ex Ordine Prædicatorum fragmenta de Roſario.*

VEnerabilis Pater Magiſt. Fr. Angelus Nuzare, & nomine Angelus, qui obijt in Prouincia Romana in Cænobio S. Mariæ de la Nouella Roſarium in prætermiſsè prædicans: ob quod à B. Virgine meruit honorari. Acta citata fol. 136.

Venerabilis Pater Magiſter Fr. Franciſcus Orſuccius, qui mortuus eſt in Conuentu Lucenſi S. Romani, qui præter alias virtutes vitam adornavit indefeſſa Roſarij prædicatione, in qua mortem invenit prætioſam. Acta citata fol. 138.

Venerabilis Soror Angela de Pace, Deo, eiuſque matri additiſſima, in Roſario nocte, dieque occupata gaudia ſpenſi ſpectabat vigilans: vt mereretur accipere æternæ gloriæ Coronam, fol. 142.

Venerabilis Soror Maria Villana, quæ de nobili ſtirpe nata, ad Chriſtum, & Matrem eius tranſtulit nobilitatem. Quare obdormivit in Domino non ſemel Beatiſsimæ Virginis illuſtrata viſione, quam in Roſario quotidie ſalutabat, in Monaſterio diuini amoris. In Act. fol. 145.

Venerabilis P. Fr. Ambroſius Deuve, qui non ſolum pater pauperum indigitatus; verum etiam Roſarij Mariani promotor extitit tanta deuotione: vt vnus in hoc pro milibus computaretur. Deceſſit e viuis in Prouincia Germaniæ inferioris. In Actis fol. 157.

Venerabilis Soror Anna Labruto in Prouincia Calabriæ. Quæ ſuper alias deuotiones in Roſarij recitatione feruebat. fol. 160.

Venerabilis Pater Magiſter Fr. Xantes Mariales addictiſſimus Virgini Mariæ eiuſque Roſario: ob quod nomine eius inſigniri voluit. Deceſſit e viuis Venetiis in Conuentu Ss. Joannis, & Pauli, fol. 161.

Venerabilis Pater Præſenta-

tatus Fr. Petrus à S. Maria alias Villoa virum in Marianis Roſarijs exercitijs apprime excultū manus noſtræ eſſe contrectauerunt, non ſolum apud nos, ſed apud Indos quam plures annos in tan ſancto exercitio conſumpſit, & velut alter Petriarcha Dominicus in Dei Matre ſalutanda indefeſſus, extendens plantationes jericuntinas vſque ad mare, donec relinquens ſuæ deuotionis, quam plures imitatores reſolvtus in morte glorificando fine quievit, de quo Provincialia acta, & generalia ſequentia facient mentionem, & Deus, cui nec animæ, nec corpora noſtra moriendo pereunt intra Paradiſi amena vireta habebit. Obijt in Sancti Pauli Hiſpalenſis Cænobio.

*Extranei, & Roſarij addictiſſimi.*

ET quoniam Spiritu Santo monente homines in fine vitæ laudandos; ideo diſtuli alicuius facere mentionem, quoniam noſtris diebus Roſario propagato fervente Spiritus ardore non deſunt, qui propriæ commoditatis obliti in Roſarij exercitijs nocte dieque perſeverent. Hic aſignari poterant Clerici, Religioſi, & Sæculares, quos perſeverantes in tali deuotione nomina ſcripta prædeſtinationis liber tenebit, habebuntque laudationem ſuā cū in portis mortis ſcilicet ſint, Deo volente conſtituti; nam instituti huius ſolum eſt: illos, qui Beatiſſimæ Virgini deſerviunt aſignare è viuis ſublatos.

Quibus dilgenter conſideratis, cum ex ſubſtatialibus huius Confraternitatis, Roſarij, tum ex exequtis per tot ſæcula; tum denique ex multis bravi manu in vnum collectis in noſtris fracmentis, de hac ſodalitate vniverſali in toto orbe Chriſtiano erradicata; merito vſurpare poſſumus cum Divo Auguſtino Serm. 27. de ſanctis, *O vere beata Sodalitas, quam vincentium glorioſus Martyrum ſanguis exornat, & candida induit Virgnitas, nec Roſa nec Lilia deſunt, certatim igitur ſinguli ampliſsimas accepere Confraternitatis roſaceas Coronas, vel de Virginitate candidas; vel de paſsione purpureas, in Cœleſtibus tamen Caſtris pax, & acies habent flores ſuos, quibus in ſidalite Roſarij milites Chriſti, & Mariæ coronantur.*

F I N I S.

Ad opus B. M. Alani de Rupe Doctoris illuminati.

IN-

# INDEX RERVM

## NOTABILIVM

## IN B. ALANVM.

Primus numerus notat Capita, ſecundus folium marginalem.

### A

ACedio beſtia eſt, Cap. 21. fol. 140.

Accediosi in Pſalterio redarguũtur. cap. 13. fol. 105. & 106.

B. Alanus tentatur ſeptennio. cap. 10. fol. 21. Deſperatus à B. V. ſervatur, collaphiſatur. cap. 4. fol. 73, & 74. Oculto morbo punitur. cap. 4. fol. 74. Multatus malè à dæmonibus ſanatur à B. V. cap. 4. fol. 75. Deſponſatur à B. V. dato annulo, & Pſalterio. cap. 4. fol. 75. Lactatur à B. V. oſculatur: ibidem: Potatur è vulnere Chriſti. f. 23. Eſt peccator. cap. 5. fol. 76. Pro converſione eius orat. B. V. fol. 85. Donatus XV. monilibus fol. 77. Iubetur à Chriſto prædicare Pſalterium, cap. 13, fol. 106, à B. M. V. fol. 69. cap. 3. Tepeſcens in prædicando Pſalterio arguitur à Chriſto, cap. 13. fol. 106. Preuidet tres plagas orbis, cap. 8. fol. 87. Videt Chriſtum concipi. cap. 12. fol. 99. Aridus in oratione reformatur à B. U. fol. 288. Accipit 150. puncta meditandi. cap. 33. fol. 290. Morbi impatiens arguitur à Chriſto, cap. 12. fol. 100. Pſalmos, vt Cantarit. cap. 7. fol. 82. In raptu confitetur S. Petro, cap. 26. fol. 247. Paſſo Chriſto pene commoritur, cap. 14. fol. 106. Stigmata Chriſti habet cap. 12. fol. 98. Sentit dolores Chriſti, cap. 13. fol. 105. Vnitus eſt intimè Deo, cap. 5. fol. 78. Chriſto, cap. 12. fol.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

fol.99. Mariæ, cap. 5. fol. 77. & cap.6. Sanctis, cap. 5 fol. 77. Sentitin ſe Ieſum poſt Euchariſtiam, cap. 7. fol.83. Scrupuloſus à Ieſu communicatur, cap. 26. fol. 247. Preguſtat in dies vnum gaudiorum cæli, cap.17.fol. 338. Evulnere Chriſti potatur, ibidem. Raptus in cælum ſeuidet in terra, cap. 12. fol.99. Teſtatur de reuelationibus, cap.10.fol.21. Fraternitatem Roſarij innouare videtur à B. Virgine, cap.16 fol.37. Fit Bachallaureus, c. 24.fol.186. In viſione 15. beſtiarum pœnas orci ſentit, cap.21.fol.158. Ex Ave ſignum prædeſtinationis, cap. 12.fol.101. Sancta Trinitas loquitur ei de Chriſto paſſo, cap. 14. fol. 106. Moritur cap.32.

Alani Ave peculiare, cap. 11. fol.98. B. Magdalenæ, & alliarum aſsiſtentia, cap. 5. fol.78. Solatium à Chriſto, & B.V. cap.4. fol. 75. Os eius dulceſcit ab Euchariſtia, cap.5.fol. 79. Reuelatio de Aſſumptione Mariæ Alano à Ieſu facta, cap. 8. fol. 85. De excelentijs Angelicæ Salutationis, cap.10.fol.95. De tribus mundi plagis, cap. 8. fol. 87. De arbore Crucifixi, cap. 12. fol. 101. In Miſſa reuelatio Alani de inferno cap. 13. fol. 105. De compaſsione Chriſti, cap. 14 fol.106. De Ieſu celebrare viſo, cap. 26. fol. 246. De Florentina peccatrice, cap. 27. fol. 357. De Hiſtoria Toloſana, cap.3.fol.68. De deſponſatione reuelatio cap. 4.fol.73. De Monilibus c. 5 fol. 77. De modo conſiderandi in Imagine B. Virginem cap.6. fol. 80. De vſu Pſalterij antiquo, cap.3.fol. 67.68.69. De ſuccubis XV. cap.20.fol.135. De excellentijs Ave, cap. 10. fol.95. De brevibus revelationibus, cap.7.fol.82.83. de 15 beſtijs, cap.21.fol.139. De 15 Reginis, cap.23.fol.163. De Fratrum Statutis, cap.17.fol. 109. De fructibus Pater, & Ave, cap.18.fol.42. De 15 terribilibus iudicij, cap. 25. fol.222 De 30. excellentijs Religionis, cap.31.fol.283. De ornatu humilitatis, cap. 23. fol. 163. De modo orandi coram icone Chriſti, aut Beat. Virg. cap. 32. fol.285. De punctis in Pſalterio meditandis, cap. 33 fol.287. De tribus Ciuitatibus, & tribus ſcalis, cap. 32 fol.287 De ariditate in orādo, cap.33.fol.288. De probatione apparitionis ibidem. De oratione Pſalterij cum diſciplinis ſecretis, cap. 3. fol.67. De S. Dominico capto, cap.17.fol.109 De Cardinali Roſarij deuoto, cap. fol.319.

Alani revelationes factæ à S. Dominico. De Ave Sermo, cap. 19. fol. 127. De Scala Cæli cap. 32. fol. 285. De geſtis ſuis, cap.22.fol. 159. & ſequentib.

Amicitia quæ quanti? cap. 23. fol.165.

Angeli concinunt Ave, cap. 8. fol.86. Gerunt Pſalteria. ib.

Apoſtaſia beſtia, cap. 21. fol. 152.

Avaritiæ beſtia, cap. 21. fol. 142.

S. Auguſtinus ſcivit pſalere, cap.2.fol.66.

Ave Maria. Vide Pſalterium. Renovat orbem, cap.8.fol. 85. Genuit quaſi Chriſtum cap. 10. fol. 99. Eſt fabrica mundi, cap.10.fol.96. S. Trinitas id fecit, cap.8. fol. 14. Dictum eſt ab Angelis, à Chriſto, à B. V. ab Apoſtolis, cap.15.fol.29. & ſequēt.

Angeli id pſalunt. cap.8.fol.86 Repetuntque ſine tædio, c.8 fol.86. Eſt Corona, & Scala, cap.24.fol.192. Eſt prædulce, cap 8.fol.86. Eſt vetus, & novum teſtamentum, cap. 1. fol. 60. Eſt ſignum prædeſtinationis, cap.11.fol. 98.

Ave ſunt duo Euangelia, cap. 15.fol.29. Semper nota, & culta, ibid. Ad Religionem confert, cap.10.fol.97. Prophetat, ibidem.

In Ave in ſunt XV. Monilia, cap.5.fol.76. Regna XV. cap. 8. fol. 87. Excelentiæ multæ, cap.10.fol.95. Effectus miri, cap. 12. fol. 26. Gemmæ XV. cap. 24. fol. 190. Sacerdotum excellentiæ XV. cap. 27. fol. 250. Terribilia XV. iudicij. cap. 25.fol.220. Rami XV. arboris Crucifixi, cap.12. fol. 101. Vnius Avæ prætium 7. fol.13.

B.

S. Bartholomæus orat. in dies 200. adgeniculatus, cap. 2. fol.63.

V. Beda Pſalterium vulgat, cap. 2. fol.65.

Belli beſtia, cap. 21.fol.153.

S. Bernardi Pſalterium, cap. 2. fol.65. Eius viſio, cap.15. fol.107. Reuelatio eidem de XV. terribilis iudicij, cap. 25.fol.219.

S. Benedictus Pſaltes, cap. 2. fol.65.

C.

Carthuſiani Pſaltæ, cap.2.f.66.

Charitas Regina, cap. 23. fol.176.

Chriſtus per Ave Incarnatus, cap.11. fol.98. Sæpe naſcitur, cap.27.fol.256.

Docet Pater noſter, cap. 2. fol.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

fol.63.Orat.cap.15.fol. 33. Iratus orbi placatur per B. Virginnem, cap. 8. fol. 88. Sacrificans communicat Alanum, cap. 26. fol. 247. In communicatis quomodo inſit, cap.7.fol.83. Vnitus eſt intime Alano, cap.6.fol.82. Chriſti 15. arma paſſionis ſoſpitant, cap. 29. fol. 289. Imago vti veneranda, cap. 32. fol. 285. Ad membra quomodo meditanda, cap. 32.ibidem. Paſſi, & patientis dolor, cap. 12. fol. 101. Vulnera quot, cap. 15. fol. 107. Paſſo vt omnia compaſſa, cap. 14.fol.106. Alanus Chriſto compaſſus, cap. 13.fol.105. Item S. Dominicus, cap.33 fol,290.

Communicare vide Euchariſtia. Communicatio meritorum, cap.16.fol.34.

Concordiam gignit Pſalterium, cap. 26.fol.245.

Confitetur Alanus in raptu S. Petro, cap.26.fol.247.

Conſuetudinis malæ beſtia, c. 21.fol.150.

Continentia quæ quanti, cap. 23.fol. 170.

D.

Dauidis Pſalterium eſt typus Pſalterij Chriſti, & Mariæ, cap.7. fol.82. Vtrùm præſtet alteri, cap 11.fol.25.

Deſperationis beſtia, cap. 21. fol.146.

Deus eſt hominum Sponſus, cap.7.fol.83 Eſt in Sanctis, & contra, cap,21.fol.285.

Dei ira in in mundum placatur per Ave, cap.3.fol. 71. Per Virginem Mariam, cap. 8. fol.88. Deuotionis medium cap.7.fol. 84.

Diuitiarum gemma, cap 24.fol. 193. & ſequentibus.

Dæmones Pſalterio ligantur, cap.3.fol.7. Servatis pyratis fremunt cap.17.fol. 109. & ſequentibus. Succubi nocere nequeunt ob Pſalterium, cap.20.fol.132 Exibeat ſe ſe fœdiſſimos ibidem. Quare vt beſtiæ pingantur, cap. 21. Viſus eſt ſpecie catti, cap.21

S.Dominicus mirificus Pſaltes cap.3.fol.68.

E

Ebrioſorum pœnæ, cap.21.fol. 158.

Eccleſiæ bonorum invaſores, cap.21.fol.156.

Eremitarum tentatio, liberatio per Pſalterium, cap. 2. fol. 64.& cap.8.fol.14.

Euchariſtia facit Alano os dulce, cap.5. fol. 78. Datur ei à Chriſto ſacrificante, cap. 26.fol.246.

Euchariſtiæ diuerſi effectus, cap.23. fol.182.

Exempla plurima à fol. 305. vſque ad 395.





F.

Fides quanti, cap. 22. fol. 174.

Fortitudo quanti, cap. 23. fol. 173.

S,Franciſcus Pſaltes, cap.8. fol. 17. Fraternitas orta mari, cap.17.fol.109. Eam intrādi votum liberat à periculo. ibidem fol.113. Prædicatur à S.Dominico, ibidem, fol. 116. Omnes ſumus Fratres, ibidem, fol.118.

G.

Germanis eſt vſus Pſalterij, cap.3.fol.7.

Gratiæ gemma, cap.24. f.197.

Gulæ beſtia, cap.21.fol.144.

H.

S.Hieronymus eſt Pſaltes, cap. 2.fol.66.

S. Hugoni XV. excellentiæ Sacerdotum revelantur, cap. 26.fol.246.

Humilitas quanti, cap.22.f.63.

I.

Ideæ rerum B.Virginis, &c. in Deo, cap.6.fol.80.

Imago Chriſti, & Sanctorum, vt conſiderandæ, cap.32. fol. 285. Cor quædam locutæ, ibidem, fol.287.

Impatientia morbi, cap.12.fol, 104.

Innocentiæ gemma, cap. 24. fol.193. Fr.Ioan. de Montequis, cap.23.fol.183

Beſtia iræ, cap.21.fol.241.

Pſalterij iubilea, cap.1. fol. 62.

Iudicij extremi terribilia XV. cap.25.fol.219.

Iuſtitia quanti, cap.23.f.172.

L.

Lætitia ſpiritualis, cap.23.fol. 166.

Luxuriæ beſtia, cap.21.f.144.

M

Maria dat Sponſis oſcula, lac, ſanitatem, vt Alano, cap.3.fol. 75. S. Dominico, ibidem, fol.69. Eremitæ, cap.27. fol. 278. Vt oranti conſideranda, cap.6.f.81. Quanti ſit Deo, cap.7.fol.84. Docet per Ave repare orbem, ibid. fol. 83. Reparatrix orbis, cap.8.f.88. & 89. Conceptrix, cap. 12. fol.99. Mediatrix, cap. 11. fol.98.& cap.7.fol.83. Liberatrix è Purgatorio, cap.7 fol.84. Renouatrix Pſalterij cap.1.fol.62. Eſt fons Sacramentorum, cap. 11. fol. 98. Eſt ipſum Pſalterium, cap.8. fol.10. Patrona peccatorum, cap.7.fol. 84. Eſt Sponſa Chriſti, & Sanctorum, cap.7. fol.82. Sacerdotum, & Chriſtianorum, cap.8.fol 85. & 84. Colitur ab omnibus Sā-



UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ctis,cap.32,fol.285,& cap. 7.fol.83.Cultus eius quanti,ibid.fol.83.Laudatur,ibid. Eſt Regina iubileorum,cap. 5.fol.69. Eſt gemma quindena,cap. 24. fol. 193. Eſt triclinium Sanctiſsimæ Trinitatis,cap.9.fol.90. Illuminat cap. 5. fol. 76. Docet Alanum de ariditate,cap.33. fol. 288. Dominico loquitur,cap.3.fol.69. Eſt cuſtos generalis hominum, cap. 7. fol.83. Vis nominis Mariæ, ibidem. Impetrat quidquid orarit.cap.7.fol.83.Impetrat Sanctis beatitatem,cap. 8. f. 90. Curat prouideri Sacramentis,cap.11.fol.98.Compaſſa Chriſto,cap.14.f. 106. Aſſumptio eius.cap.8.fol.85 Apparet Toloſſanis, cap. 3. fol.68.Apparet pyratis, cap. 17.fol.112. Britanis,cap.22 fol.159. Epiſcopo, cap. 4. fol.312. Meditatio eſt medium perfectionis,cap.6.fol. 79.Ad membra Chriſti, & Mariæ,ibidem.Miſericordiæ Regina.cap.9.fol.91. Gemma,cap.24.fol.201.

Miſſa eſt maximum miraculorum,cap.27.fol.256.Quando ob pollutionem omittendam,cap.26.fol.247. Damnat omiſſa, ibid. fol. 248. Dicta ad orationem Dominicam,Apol.cap.4.fol.8.Sacerdos deſponſatur Chriſto, cap.7.fol.84.Pſalterio continetur, cap.17.fol.114.

Miſſam celebrat Chriſtus, cap. 26.fol,246.Raptus S. Dominici in Miſſa,cap.22. fol. 160. Mors Pſaltis in gratia, cap.1.fol.61.&cap.5.fol.78

Mundus à Chriſto puniendus, cap.8.fol.87.& 86.

O

Odij beſtia,cap.21.fol.149.

Orationis ariditas pena, cap.33. fol.288.

Ordo Tertiarorum oritur, cap. 17. fol.109. Prædicatorum, cap.3.fol.67.

S.Otto prædicator Pſalterij, c. 2.fol.65.

P.

Pater noſter Eccleſiam parit, cap. 1.fol.61. Eſt teſſera fidei,cap.18. fol. 121. & 43. Ad Horas Canonicas dicitur, cap.4.fol.7. Cum XV. dicuntur in Pſalterio, ibidem. Cur in Miſſa, ibidem.Pater & Ave duo Euangelia, cap. 32. fol. 287. Sunt ſalutis principia, cap. 20. fol. 50. Vtrum præcellat, cap. 15. fol. 33. Vtriuſque manus, cap.12.fol. 101.

Patientia quanti, cap. 23. fol. 167.Peccati fœditas,cap.21 fol.139. Cernitur ſubmiſſa, cap.22.fol.161.

Peccatori fœdæ inſunt beſtiæ, cap. 21. fol. 139.

Pœnitentia quanti,cap.22.fol. 177.

Prædicatori ſuadetur pſalteriū, cap.18. fol. 125. Miraculis cap.3.fol. 70. Eloquens per B. V. cap.5.fol.77.

Proceſsio Toloſæ, cap. 3.f.72

Prudentia quanti, cap. 22. fol. 172.

Pſalterium vide Ave. Pater. Dauid. Quid? cap.1.fol.60. Duplex Chriſti, & Mariæ, cap. 2. fol. 63. Chriſti eſt potius,cap.8. fol.11. Reuelatum Eremitis,cap.8.fol.11 & cap.2.fol.65. S. Dominico,cap.3.fol.67.& 8.f.17 Datum Alano à B.V.cap.4. fol.73. Antiquum eſt, cap. 3. fol. 6. Vnde ſic dictum, cap.1.fol.1.Aptè,cap.3. fol. 6. Notum re ipſa ſemper. cap. 15. fol. 29. Ignoratum nomine, cap.9.fol.19. Oratum ſub horis, cap. 3.fol. 6. Mandatum orari,cap.15.fol. 29.Suaſum orari, cap.2.fol. 63. Iuſſum prædicari, cap. 3.fol.67.& 20.fol.48.Portatum, cap.4.fol. 76. & 8. fol.87. Diſtributum,cap.3. fol.69. Oratum cum diſciplinis, cap.3.fol. 66. Quam atentionem requirit.cap.19. fol. 46. Comparatum cum Miſſa,cap.26.fol.215. Gratum Deo,cap.7.fol.83. Miraculis clarum, cap. 17. fol. 109, & 2, fol. 5. Eſt vtile Eccleſiæ, cap. 10.fol.95. Eſt proprium Sacerdotum, cap. 26.fol.245.Penſum eſt horæ, cap.5. fol. 10. Spretum vindicatur, cap.8.f. 11.Quid melius prædicare, vel meditare, & propugnare illud, cap.19.fol.46.Placat Deum cap.2.f.5. Reformat orbem, cap.3.fol.72.Toloſanos cōvertit,ibidem. Pyratas, cap. 17.fol.110. Prædones, cap. 20.fol.134. Religioſos,Comitem, Vſurarium,Cardinalem, & alios,vt in exemplis. Ornat donis orbem,cap. 22. fol. 159. Illuminat. Vide Ave. Fugat tentationes,cap. 2.fol.64.Religat dæmones, cap.3.fol.71.Sucubum, cap. 20. fol. 133. Moribundis oppitulatur, cap. 7. fol. 83. Mala publica avertit, cap.8. fol.86.Diluvium beſtiarum, cap. 20. fol. 137. Pacificat homines, cap.2.fol. 4. Deſponſat inter Deum, & B. V. ibidem, & cap.3.fol.69. & cap.10. fol. 23. Pſalterij laus.cap.1.fol.61. Effectus, cap.1.fol.62.& 10. fol. 21. Fructus, cap.3.fol.68.& 12 fol. 26. Deſpectus vindicatus,cap.8.fol.90.& cap. 24. fol 57. Promotores laudati, cap.23.fol. 56. Vſus vulgo mirus, cap. 19. fol. 46. & cap.17. fol.113. Voces in eo ſunt,cap.25.fol.219.Signum ſalutis æternæ,cap.24. fol.

fol.215.Iubilei,cap.1.fol.62
Ad membra Chriſti, cap. 6.
fol. 81. Schemata Pſalterij.
In Regnis,cap.3. fol. 69. In
organo,cap.1.fol.62. & cap.
2.fol.63.& 1.fol.1. In Pſal-
terio Dauidico, ibidem. In
fornacibus orci,cap,8.fol.87
In XV. beſtijs, cap. 21. fol.
138.In XV. Ramis,cap. 12.
fol.101. In XV.gemmis,cap.
24.fol.185. In Scala,cap.22
fol. 287. In XV. turribus
iudicij,cap.31. fol. 283. In
tribus Ciuitatibus, cap. 32.
fol.287. In membris Chriſ-
ti, & Mariæ, cap. 6. fol. 81.
In annulo, & torque, cap.
10.fol.23.Numerus Pſalte-
rij ternarius cur. quia iubi-
lea tria,cap.5,fol.14. Regi-
næ tres, cap.3.fol. 69. Reg-
na tria,cap.8.fol.88. Pſalte-
rij quinquagena cæpta, cap.
8. fol. 11. Habet peculiares
gratias, cap.28.f.266. Pſal-
tæ fuerunt Sancti PP. cap.
2.fol.64.Angeli, cap.8. fol.
86.Sacerdotes, cap.7.fol.83
Typi de ijs,cap.23. fol. 56.
Sunt Reges,cap.8. fol. 201.
Exaudiendi impetendis, cap.
16.fol.108. Gaudia ſpecialia
pſaltis, ibidem.Pſalterij fru-
ctus, cap.17. fol. 116. Sunt
fratres Cælitum, cap.19.fol.
47.Plures erunt non pſaltæ,
cap.9.fol. 19. E purgatorio
liberat, fol. 108. cap.16. &
cap.7.fol.84. Pſaltarum do-
tes,cap.9.fol.92.Gratiæ cap.
7.fol.84.Gloria, ibid. Pur-
gatorij an inſcribendi in
Pſalterio, cap.16.fol.35.

## Q.

Quinquagena vide Pſalt.

## R.

Religio quanti,cap.22.fol.177
Religionis Scala 28.fol.280.
Excellentiæ,cap.31.fol.283.
AdReligionem quid confert
Ave,cap.10.fol.97. Revela-
tio. Vide Alanus. Non ſunt
neceſſariæ Pſalterio,cap. 10.
fol.21. Eas merentur pſaltæ.
cap.2.fol. 63. Sunt creditu
difficiles, cap.10.fol.22.Ro-
ſarium ex crinibus B.V.cap.
cap.10.fol.23.Vnde dictum,
cap.1.fol.1.An bene, cap. 3.
fol.6.Oritur,cap. 8. fol. 14.
Triplices Roſarum, Gem-
marum, Stellarum, cap. 18.
fol.45. Item telorum, lan-
cearum haſtarum,cap.1.f.61

## S.

Salutatio Angelica, vide Ave.
Sacerdotes habent XV. ex-
cellentias,cap. 27. fol. 250.
& 259. Sunt Chriſti patres,
ibidem. Sunt Sponſi Mariæ,
cap.7.fol.83.& cap.27. fol.
254. Ardeant charitate in
Miſſa, cap.27.fol.263. Vn-
de



de vileſcunt, ibid. fol. 264.
Eorum proprium eſt Pſalte-
rium, ibidem, & ſequentib.
Sunt Chriſti,ibid. fol. 269.
Quid non offerens Miſſam.
fol.269.Non eſt poteſtas,vt
illorum, ibid.fol. 276. Sa-
cramentorum fons B.V.cap.
11. fol. 98. Sancti ſunt in
Chriſto, & Maria,cap.7.fol.
84. Sunt in Ave, cap.10.fol.
97.Quomodo Deum vident
cap.7. Gaudent, ibidem, fol.
83. Chriſto compaſſi, cap.
14. fol. 106. Eorum viſio,
cap. 7. fol. 84. Concinunt
Pſalterium, cap.16.fol.108.
Sunt fratres pſaltarum, cap.
19. fol. 47. & 23. fol. 56.
Orarunt pſalterium, cap. 8.
fol.14. Sponſati Chriſto,vel
B.V. cap.10.fol.21. & cap.
4.fol.75. Qualis ſit & quo-
modo fiat deſponſatio, ibid.
& cap.6.fol.79.Spes quanti
cap.23.fol.175.

## T

Tranſportatio Sancti Domini-
ci corporalis, cap.23.f.184.

## V

Viſio vide Alani revelationes.
Viſionis explicatio de pug-
na Reginarum,cap.9.fol.92
De beſtijs, cap.21.fol.138.
De Regnis viſſis, cap. 23.
fol.162.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# INDICVLVS BREVIS

perſonarum Sanctiſsimo Roſario affectarum ſingulari deuotione, nec non gratiarum à B. Virg. exhibitarum erga Ordinem Prædicatorum: & deuotos in Roſario deſervientes.

Numerus ſignat folium marginalem.

## A


ABbates S.Benedicti. 445
Adrianns VI. 453
B.Ægidius Luſitanus. 41[illegible]
B.Agnes Politiana 414
Alphonſus IX. Rex. 420
Alanus quidam 411
Alphonſus X. 412
B.Albertus Magnus 414
Alphonſus X. 418
Alphonſus XI. 423
Alexander de Ales. 421
Alexander Forliviensis. 440
Alphonſus V. 441
Alphonſus 441
V. Alphonſus Almazata. 459
V.Alphonſus de Pezes. 465
Aloiſius de Flores 476
Alphonſus de Mena. 476
Alphonſus Nauarrete. 472
Alexander VII. 476
Alexander VIII. 477
Albicius Cardinalis. 478
Alphonſus à S.Thoma. 478
Ambroſius Druve. 480
Andreas Rovetta. 396
Antonius Toloſanus. 419
Antonius Patavinus. 421
Angelus de Peruſio. 429
Antonius Vercellencis. 436
Antonius Cardinalis 439
Antonius de S. Germano 445
Antonia Brixienſis 450
Ana de Auſtria. 470
Ana Anhaltiorum. 445
Antonius Belvolutius 474
Angelus Orſuchius 476


An-




Angelus Nuza 479
Angela de Paz. 480
Aſtalius Cardinalis 478
Aſcanius Philamarinus. 468
Auguſtinus Galaminus. 467


## B


Balduinus. 416
Bartholomæus Parvus. 430
Benedictus IX. 417
Benedictini Monachi. 421
Benevenuta de Auſtria 437
Bernardinus Zononius 464
Bonaventura Cardinalis. 422
Boniſacius IX. 427
Blaſius de Palma. 473
Blanca Regina. 417
Bruxulenſis Conuentus. 445
Benignus de Martinez. 477
Bernardinus de Sena. 446


## C.


Carolus Andegavenſis. 411
Carolus IV. Rex. 424
Carthuſianorum Ordo. 421
Catharina Senenſis. 430
Calixtus III. 438
Catharina Bononienſis. 446
Charitas de Gambra. 449
Catharina de Raconiſio. 456
Catharina de Ricijs. 452
Carolus Mediolanenſis. 456
Canonici Regulares. 461
Carmelitæ Diſcalciati. ibid.
Catharina de Herrera. 471
Cæſar Baronius. 456
Cecilia Renata. 470
Conradus 415
Conradus Suevus. ibid.
Conradinus Bononienſis. 444
Cornelius Lumineus. 473
Clemens V. 417
Clemens VI. 427
Clemens VII. 453
Clemens VIII. 455
Clara Dominicana 426
Clemens IX. 477
Clemens X. ibid.
Ciſtercienſium Ordo. 421
Chriſtophorus Baden. 445
Chriſtophorus Siviglia. 459


## D.


Damianus de Finario. 445
Deſiderius Scalea. 468
Dominicus Anadon. 453
Dominicus deMõtemayor 459
Dominicus de S.Maria. ibid.
Dominicus de Ficia ibid.


## E


Ægidius Luſitanus 421
Ægidius Cardinalis. 455
Ebersbegenſis Conuentus 443
Eduardus III. 423
Eduardus II. 427
Euphemia Domicilla. 431
Eufraſia de Acurſio 451
Eleonora Regina. 443
Emanuel Rex 447
Erneſtus Dux 442


## F


Ferdinandus Rex 412
Ferdinand us Rex 418




UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ferdinandus Rex. 428
Ferdinandus Rex. 433
Ferdinandus V. 414
Ferricus Epiſcopus. 440
Federicus III. Imperator. 441
Federicus Dux Bauariæ. 443
Franciſcus Diaz 420
Franciſcus S. Mariæ Nouæ. 439
Franciſcus Rex 457
Franciſcus Garcia 460
Franciſcus Arias 462
Franciſcus Coſterus ibid.
Franciſca de S. Dominico. 465
Franciſcus Cardinalis 468
Franciſcus Pavonus 474
Franciſcus Poyre ibid.
Franciſcus Morales 475
Fridericus Cardinalis 467

G

Gandavenſe Monaſterium 416
Garcia Loayſa 455
Gnidus Regiolanus. 430
Geltruda Monialis 432
Guillielmus Cardinalis 438
Guillielmus Auriatenſis. 445
Gregorius IX. 416
Gregorius XIII. 454
Gregorius XV. 466

H

Hermanus Polonus. 415
Henricus Suſo. 425
Henricus V. Rex. 433
Henricus Langravius 443
Henricus Diſſenius. 445
Henricus Rex I. 457
Henricus II, Galliæ. ibid.
Hernandus à S. Roſario. 472
Hyacintus Polonus 415
Heremias Drexelius. 474
Hyeronimus Xauiere. 456
Hyeronimus Gratianus. 473
Hyacintus Orphanellus. 475
Humbertus Generalis. 419

I

Iacobus I. Rex 411
Iacobus de Mevavia. 424
Iacobus II. Rex. 428
Iacobus Salomonius. 430
Iacobus Venetus. 430
Iacobus Cardinalis. 439
Iacobus Sprengerius. 444
Iacobus Palafox. 479
Iacobus Alvarez. 462
Iordanus Saxo. 419
Ioannes II. Rex. 423
Ioannes Baptiſta. 425
Ioannes XXII. 426
Ioanna de Orbieto. 430
Ioannes Villarenſis. 431
Ioannes de Monte. 432
Ioannes Dominicus. 435
Ioannes Auguſtinus. 437
Ioanna Luſitana. ibid.
Ioannes Cardinalis. 439
Ioannes Baptiſta. ibid.
Ioannes Michael. ibid.
Ioannes I. Rex. 441
Ioannes II. Rex. ibid.
Ioannes à Naſao. 443
Ioannes Dux. ibid.
Ioannes Auguſtinus. 444
Ioannes Feſulanus. 445
Ioannes Rex Poloniæ. 477
Ioannes de Amato 450
Ioan-



Ioannes Valliſoletanus. 452
Ioannes Toletus. 455
Ioannes III. Rex. 457
Ioannes Hurtado. 458
Ioannes de Caralogia. 459
Ioannes de Treuino 466
Ioannes de Cartagena. 461
Ioannes Maburnos. ibid.
Ioannes à Ieſu Maria. ibid.
Ioannes Buſſeus. 462
Ioannes Baptiſta. 467
Ioannes de Lievana. 471
Ioannes Leonardus. ibid.
Ioannes à S. Dominico. 475
Ioſephus Barcia. 480
Ioſephus Geldulphus. 473
Ioſephus Chiſnelus. 464
Ioſephus à S. Hyacinto. 475
Iulianus Cardinalis. 439
Iullius II. 453
Iullius III. ibid.
Ildephonſus à S. Thoma. 479
Innocentius V. 417
Innocentius IV. 427
Innocentius VIII. 439
Innocentius XI. 477
Innocentius XII. 478

L.

Ladislaus Rex. 433
Leodatus. 414
Leo X. Pontifex. 447
Ludovicus IX. Rex. 418
Ludouicus Rex. 428
Ludouicus Dux. 445
Leopoldus Auſtriacus. 479
Ludouicus Landgravius. ibid.
Ludouicus Bertrandus 451
Ludouicus Granatenſis. 459
Lucas Pinellus. 462
Ludouicus Rex XIII. 463
Ludouicus Rex XIV. 470
Ludouicus Hyeronimi. 473
Lyduina in Hollandia. 436
Ludouicus XI. Rex. 434

M

Margarita Filia Regis Hungariæ. 416
Mauritius Dominicanus. 425
Marcolinus Dominicanus 426
Mauritius de Hungaria. 429
Marcolinus de Forlivio. ibid.
Mathildis Monialis. 432
Margarita de Sabbaudia. 436.
Maria de Reſurrectione. 444
Marcus Muſinenſis. 445
Matheus de Mantua. ibid.
Monaſteria Monachorum. ibid.
Michael Bonellus. 456
Michael Ortiz. 459
Maria de Regio. 460
Margarita Mutina. ibid.
Michael Cuba. ibid.
Martinus Nauarro. 461
Maria de Apoſtolis. 465
Michael Torres. 469
Michael Coizardus. 474
Martyres Anglicani. 475
Martinus à S. Thoma. 475
Maria Auſtriaca 479
Maria Villana. 480
Maria Virgo Beata Angelorum & hominum Regina in terris iuuat Alphonſum IX. in prelio. 410
Favet Antonio Toloſſano ibid.
Alano militi. ibid.
Philippo. ibid.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Iacobo I. ibid.
Ferdinando Tertio favet. ibid.
Carolum Andegavenſem. 411
Eligit Fratres Prædicatores. 412
Illos protegit. ibid.
Illos viſitat. ibid.
Illos communit. ibid.& 413
Viſitat B.Reginaldum. 413
In infirmitate ſanat. ibid.
Dat benedictioné Fratrib. ibid.
Mitit Dominicum ad reformandum orbem. ibid.
Scalam mitit cum filio obitu S. Dominici. ibid.
Conſolatur Dominicum. ibid.
Commendat Prædicatores. ibid.
Aſſiſtit Fratribus prædicantibus. 414
Eligit S. Raymundum. ibid.
Ingreditur cellam S.Petri Martyrij. ibid.
B.Albertum iuvat. ibid.
B.Nicolao apparet. ibid.
B.Ægidium tutatur à dæmone. ibid.
Viſitat Vlricum infirmum. 414
Alloquitur S.Hyacintum. 415
Apparet B.Hermano. ibid.
Solatur Novitium. ibid.
Conſolatur Conradum. 415
Protegit Ordinem. ibid.
Coronat Fratres recitátes. ibid.
Hortatur Petrũ Gonzaluũ. ibid
Porrigit vinum. 416
Apparet Petro Podienſi. ibid.
Agnetem Politianá viſitat. 424
Cellam Simonis ingreditur. ibid
B.Iacobum recreat. 425
Revelat Cæleſtia ſecreta, ibid.
B.Dalmatium viſitat. ibid
Ditat rore Cæli. ibid.
Propalat arcana Cæleſtia. ibid.
Recreat Euphemiam. ibid.
Apparet Henrico Suevo. ibid.
Conſolatur B.Sibilinam. ibid.
Ingreditur domum S. Catharinæ ibid.
Apparet Mariæ Speſalta. 426
Favet B.Nicolao. ibid.
Cellam Beatæ Claræ ingreditur. ibid.
Apparet Guidoni. 430
Francisco Betza. ibid.
Viſitat Petrum de Blanes. 435
Favet Ioanni Dominico. ibid.
Viſitat Conradinum. 436
Favet Thomæ de Senis. ibid.
Viſitat Lyduinam. ibid.
Antonium Vercellenſem recreat. ibid.
Lactat Alanum. ibid.
Priorem monet. ibid.
Conſolatur Margaritam. ibid.
Petro Coraldo apparet. 437
Honoratur Ioannem Auguſtinum. ibid.
Reficit Ioannam Luſitaná. ibid.
Viſitat Bene venutam. ibid.
Docet charitaté de Gábra. 449
Præſentat filium ſuum Antoniæ. 450
Viſitat Stephanam. 456
Tradit Filium S. Luciæ. ibid.
Idem facit Domicillæ. ibid.
Viſitat Potentianam. ibid.
B.Amatum recreat. ibid.
Deſponſat Filium S. Catharinæ. ibid.
Colligit Roſas Bononiæ. ibid.





Recreat Ioanné à S. Thom. 451
Apparet Oſanæ de Mantua. ibid.
Favet S. Ceciliæ. ibid.
Monialibus exibet ſe familiaris. ibid.
Clementiã in morte iuvat. ibid.
Cellam ingreditur S. Ludonici. ibid.
Viſitat Mariã de Popilio. ibid.
B.Ioannem Valliſoletanũ. 452
Mitit prædicaret Dominicũ. ib.
Viſitat Roſam Peruanam. 465
Ingreditur cellã Franciſcæ. ibid.
Viſitat Mariam Apoſtolorũ. ibi.
Accipit Roſarium ſublatũ. 465
Triunfare facit Alphonſum. ibi.
Amat Vgatam de Cruce. ibid.
Apperit publicum valetudinarium. ibid.
Eligit in Ætyopia Prædicatores. ibid.

N

Nicolaus de Iuvenatio. 414
Novitio Ordinis ſubvenitur. 415
Nicolaus Ravenatenſis. 426

O

S.Otho Selavoniæ Apoſt. 431
Ordo Benedictinorum. 421
Ordo Carthuſianorum. 422
Ordo S.Auguſtini. 421
Ordo S. Franciſci. 421
Ordo Canonicorum. ibid.
Ordo Carmelitarum. ibid.
Oliverius Cardinalis. 439
Oſſana de Carthato. 451
Oſſana de Mantua. 455

P

Paula de Conceptione, 471
Paulus III. 453
Paulus IV. 454
Paulus V. 466
Paſchalis Bailon. 461
Petrus Martyr. 414
Petrus Gonſaluus. 415
Petrus Podienſis. 416
Petrus de Blanes. 435
Petrus Coraldus. 436
Petrus Rodonenſis. 472
Petrus Cardinalis. 439
Petrus Cerdanus. 447
Petrus de Confluentia. ibid.
Petrus Dorlandus. ibid.
Petrus de Ficia. 459
Petrus de Corduba. 459
Paſchalis Cardinalis. 468
Petrus à S. Maria. 480
Philippus II. Rex. 418
Philocalus Caputus. 473
Philibertus Cardinalis. 439
Philipus I. 441
Philipus Comes Palatinus. 445
Philippus Comes Witeerbemg. ibid.
Potentiana Florentina. 450
Philippus III. 457

R

Raymundus de Peñafort. 414
Raymundus de Capua. 430
Raymundus Gerardus. 440
Reginaldus Aurelianenſis. 419

S.

Sebaſtianus Rex Luſitan. 458
Sebaſtianus Montagnus. 472
Simon Monfortius. 410
Simon de S.Archangelo. 424
Sibilina Papienſis. 425
Sigiſmundus I.Pol.Rex. 435
Sixtus IV. 438

Sibilla Brandemburgenſis. 445
Sixtus V. 454
Stephanus Cardinalis. 439
Stephana de Quintiano. 450
Stephanus Batorius. 458

T

Theclaneret Indus 425
Theodoricus Conradus. 445
Thereſia Abulenſis à Ieſu. 462
Theſeus Manſuetus. 472
Thomas de Aquino. 420
Thomas à S. Ioanne. 451
Thomas Caietanus. 455
Thomas à Spiritu Sancto. 476
Thomas de Roſario. ibid.

V

Wadiſlaus Poloniæ Rex. 434
Wadiſlaus Poloniæ Rex. 469
Wadiſlaus IV. Rex Poloniæ. 463
Venturinus de Vergomo. 430
Willielmus Dux Saxoniæ. 443
Willielmus Dux Haſſiæ. 444
Wgata à Cruce. 465
Vlricus Frixiacenſis. 420
Urbanus V. 427
Vrbanus VI. ibid.
Vrbanus VIII. 467

X.

Xantes Mariales. 480



# AD QVOS OMNES, ET ad cæteros B. Uirgini ſervientes: & in ſuo Roſario famulantes illud Flaci lib. 10. adaptari poteſt.

Gaudete Heroum fœlix genus, impia quando
Vis maris, & crebris ceſſabunt flabra procellis.
Lætitiæ, cantuſque aderunt, mox pectine Phæbi
Dulcior attollet veſtros ſuper aſtra labores,
Annorum ſuperans voluentia ſæcula Clio.
Rurſus ab Ægina redeuntibus aſpera bella,
Nulla ratem præſſura manent, nec turbinis atri;
Immanis qne; noti rabies, ſed ſtrata quietis
Vnda maris Zephiris, leni vos provehet aura
Cecropios portus, emenſique Aulidis oram.
Euboiæque ſinus, & opuntia mænia locrum,
Littora mox Sacra Pegaſeia puppe legetis,

FINIS

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UAN
SIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO
CCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECA